CODICIS DN. IVSTINIANI SACRATISS. PRINcipis P P. Aug. repetitæ prælectionis LIB. XII

cum multis Græcis Latinisque Constitutionibus, inscriptionibus, notis, & summariis, ut vocant, aucti & locupletati.

Accesserunt Chronici canones, Fasti regij & Consulares vsque ad Iustiniani mortem, ex optimis libris collecti, Anton. Contio auctore.

LVGDVNI,
Apud Gulielmũ Rouillium.
1581.

Extraict du priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne fois ou plusieurs, *Le Cours de droict ciuil de nouueau reueu corrigé & sommarisé, par Antoine le Côte Docteur regent en l'vniuersité de Bourges, & enrichy de plusieurs annotations, loix, inscriptiõs, constitutions, & nouuelles Grecques, auec leurs versiõs Latines nõ encor imprimees.* Et est faict defence à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ny distribuer en ses pays, terres & seigneuries, ledict liure imprimé par ledict Rouille, si ce n'est par son consentement: & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & datte que sera paracheuee la premiere impression, sur peine d'amende arbitraire & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez: voulant en outre, ledict Seigneur que l'extraict d'iceluy priuilege mis au commencement, ou à la fin dudict liure, serue pour toute notification, comme si la signification estoit faicte sur l'original. Car tel est son plaisir, comme plus à plein est contenu & declaré par les lettres de priuilege, sur ce donnees au chasteau de Bologne le 17. de Ianuier, L'an de grace, mil cinq cens soixante vnze, & de son regne l'vnziesme.

Par le Roy en son Conseil.

Signé, de Lamonere

Et seellé du grand seau en cire iaune à simple queue.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET CARDINALI, CAROLO Lotharingo, Remensium Duci & totius Belgicæ secundæ metropolitano.

ANTONIVS CONTIVS S. P. D.

NON falsò à ueteribus dictum compe-rio, Illustrißime Antistes, nihil esse patria dulcius, nullas opes aut diuitias patria terra mortalibus esse chariores. Quinimo & illud uerißimum esse didici, quod Euripides in Phœnißis ait, necessario quodam homines amore patriæ teneri, ita ut si quis aliter loquatur, uer-

bis ludat & uocibus: animum uerò ipsum in patriæ cogitatione defixum habeat. Nam etsi nos eo potissimum tempore, Et patriæ fines & dulcia liquimus arua, quo ingens belli externi & Burgundici rabies ferro ac flammis in Belgicum sæuiebat, & eam uitæ rationem, eaq; studia sumus secuti, quæ in illa patria aut nullum aut minimum retinent locum, sponteq; à nemine pulsi, reclamantibus etiam parentibus hîc peregrinari & quasi exulare studiorum causa maluerimus, quàm inerti otio, & ab omni literarum commercio sciuncto in patria terra torpescere, tamen cum nuper Belgicam secundam, nostrosq; Veromanduos, Remos, Suessionas, Axonas, (Picardos à longis armis dictos) & Nouiomenses, post longum tempus reuiserem: tum demum nescio quod flagrantius solito in patriam remigrandi desiderium incessit, cui restinguendo cum illud Herculis opponerem, quod interrogatus Argiuus an Theba-

banus esset, respondit, nihil se de una aliqua Græciæ parte laborare, omnem sibi esse pro turri & perfugio Græcorum terram, nullum tamen tanto amori delendo satis efficax reperi remedium. Succedebat enim animo glebæ & soli fertilitas, syluarum decus, uitium in collibus, pratorum in uallibus distincta coloribus, & usibus uarietas, Lutetiæ uicinia, fluuiorum inæstimabile uectigal, hominum uita simplicior, sed fides maior, lingua certè minus suspecta, minúsque fallens, & quod omnium mihi uidetur præcipuum, tali tantóque Archiepiscopo decorata prouincia, sub quo & ecclesiastica disciplina integrior, & plebis in omnem sacrum ordinem reuerentia maior, minúsque ab hæreticis concussa ecclesia. Equidem quemadmodum magnus ille Gregorius splendidißimũ Græcæ ecclesiæ iubar, hoc potißimum nomine Cappadocas suos commendat, quod aures hæreticis non tam faciles ac cæteri

Græci præberent, quódque mordicus in tradita sibi à maioribus fide & simplicitate perseuerarent, ita eodem quoque nomine Veromanduos meos, seu uerius tuos commendare non uerebor. Quo nomine ut ego quoque in illa tua prouincia natus, & sacris lauacris initiatus, aliqua ex parte tibi gratuler, & tantæ laudis maximam partem acceptam feram, simúlque in dulci patriæ recordatione aliquantulum à tristiore hoc, sed uoluntario exilio respirem, hanc nouißimam Codicis editionem multis emendationibus & scholiis auctam, & inter cæteras accesßiones, permultis constitutionibus ecclesiasticis Græcis locupletatam, ad sacra tua altaria adfero, atque offero. In his enim multa pro religione catholica, pro sedis Romanæ, & canonum auctoritate, quam quidam sacrilego ore deminuere conantur, non pauca & aduersus hæreticos, Iudæos, Paganos pleraque, sicut & de tota Ecclesiæ clericorúmque

rumque disciplina, paßim toto opere sparsa sanctißima edicta offendes, quæ usui nostris fortè temporibus, si res armis geri desinant, esse poßint. tametsi quædam postea sequentium Pontificum & Imperatorum legibus sint mutata.

Dat. Kal. Ianuar. anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo.

***

Gulielmus Rouillius Lectori.

NISI bene tibi notus essem, Lector, excusarem me de negligentia, quòd tamdiu magnum hoc à multis expetitum, ne dicam efflagitatum opus detinuerim: causamque aliquam aut veram, aut verisimilem afferrem, quare humanissimis multorum literis prouocatus, crebrísque plurimorum expostulationibus lacessitus, nihil tamen ante hunc diem respondetim, quo omnibus vno collyrio, quod aiunt, satisfacere parabam. Verùm apud te nihilo opus est: accusa me pigritiæ quantum voles: statui hoc crimen ne nutu quidem refellere. Sed caue ne propterea quidquam de mea erga te beneuolentia detractum suspicere: sícque habeto, me cùm diutissimè promouendæ rei literariæ ergò insudarim, doctissimis nostri temporis

hom

hominibus sic adfixus, vt ab illorum latere ne tantillum quidem, ita dixerim, discederem, quò nouum subinde quidpiam & inauditum è nostra officina prodiret: operas prætereà gnauiter vrgens & impellens, (cui rei vel Herculem illum Libycum exoptarim, vsqueadeò mihi cæterísque qui hocce saxum voluunt, immensi laboris & indefatigabilis molestiæ est: omitto sumptus & impensas, quibus equidem quantum hactenus pepercerim, vt tibi non ignotum, ita mihi commemorare graue est) nunquam tamen vllum me negotium tam sollicitum habuit, quàm operis istius, id est corporis quod aiunt Iuris ciuilis, integra curatio. Nam vt verum loquar, non prius formari fœtus hic cœptus est, sex aut septem abhinc circiter annis, quin extemplò de abortu magna orta sit suspicio. Quæ enim ab illis ferè temporibus turbulentissimæ tempestates bellorúmque strages, totam hanc nostram Galliam exceperint, agitarint, fœdarint, si dicere occipiam, non aliud quàm cicatricem fortasse obductam, denudem, tibíque magna ex

parto totius Tragœdiæ bene conſcio lachrymas vel inuito excutiam. Attamen omnia hæc & longè grauiora perpeſſus eſt noſter hic embryo, dum diligens ille non minus quàm eruditus Doctor Contius, in eadem naui cum cæteris melioris notæ viris, huc illuc terra iactatus & vndis, graue nimium ac horrendum totius Galliæ incendium euitaret. Sed vt homo bellus eſt, & rei literariæ aſſiduus vindex & aſſertor, ſic eum quem ſemel occuparat locum tutatus eſt, ſic eam, quã ſemel arripuerat, ſententiam mordicùs & pertinaciſſimè defendit, vt noſtrum ſeu potius ſuum hunc feliciſſimum fœtum, nunquam abiecerit, dimiſerit, deſeruerit. De cuius onere, vt dicam liberè quod ſentio, mirificè torquebar, neque quid optare deberem ſatis ſciebam. Illi quidem honeſtiſſimum, & reipublicæ literariæ vtiliſſimum videri ſentiebam: ſed ego non tam initia rerum, quàm euentum ante oculos mihi proponebam: quæ quamquam dubia ſunt, tamen in alteram partem, id eſt internecionem, facilius caſura mihi videbantur. Interea temporis in officina noſtra

ſtra mirum ſilentium, omnibus ad arma potius conclamantibus, quàm iſti aut vlli alij rei intentis. Quid plura? his moleſtiis, quæ me tot annos acerbiſſimè torquent, tantiſper vexatus, tandem ad veteres, ſed aliquandiu intermiſſas edendi exercitationes referendum me conſtitui: cúmque hæc omnia non tam facilè interquieſcere poſſe ſperarem, quàm audacter & temerè orta eſſent & ſparſa, ære me alieno liberare aliquando, quamuis difficili conditione, cogitaui. Quare meum illud iuuandæ reipubli. propoſitum & ſolemne iterum arripui, muniendámque arcem iſtam literarum, temporum iniuria in Gallia penè deletam, proſtratam, dirutam, non ſolum contra vim præſentem impetúmque barbarorum, verumetiam vt longæ obſidionis incommoda, ſi foſſa & vallo cingemur, ſuſtinere poſſimus, exiſtimaui. Nactus itaque poſtremis hiſce diebus iampridem formatum ac inchoatum iuris ciuilis corpus, educatum, auctum, & collocupletatum, quantum optare perpaucis, ſperare certè nemini in mentem veneat, quando ea quæ reſtabant erant eiuſ-

modi,

modi, vt ſine illis hæc quæ præclarè inſtituta erant, diutius ſtare non poſſent, etſi arduum, prorſúſque velut media in acie videretur ἀδύνατον, tamen prælo ſupponendum curaui, neque ante perficiendæ rei omnes occaſiones vrgere deſtiti, dum omnia ex animi ſententia confecta perſenſi. Abſoluto igitur bonis auibus fruere, & quoniam ex præfatione quæ Pandectarum libris præfixa eſt, quid illic præſtitum ſit facilè perſpici poteſt, ſcito in hoc Codice (qui commodioris vſus gratia in quatuor tomis colligari poterit) omnia à nobis eſſe obſeruata & notata, quæ in poſtrema Pariſienſi editione idem Contius præſtiterat, ac multa alia de integro, ab eodem repetita codicum manuſcriptorum collatione, nunc accedere: & inter cætera ampliſſimum & copioſiſſimum Græcarum conſtitutionum theſaurum, ex Anton. Auguſtini collectione Ilerdæ typis edita, locupletatum, & aliis quas proprio labore, propriiſque ſumptibus ex variis libris exſcripſit Contius, velut l. j. C. de ſportul. & alias nonnullas. Atque has quidem omnes conſtitutiones, ad-

dita

dita singulis Latina κατὰ πόδας inter-
pretatione, suis locis reddi nunc primũ
curauimus: Authenticorum fragmen-
ta similiter velut postliminio in anti-
quam sedem reposuimus, additis breui-
bus ac quæ rem nonnihil explanent sin-
gularum legum argumentis siue sum-
mariis, vt vocant: subscriptionibus quo-
que ac inscriptionibus antiquis reme-
dium attulimus, nouas aliquot adin-
uenimus & adscripsimus, ab historia
nunquam discedentes, sic nullus iam
in his amplius ambigendi disputandí-
que locus relinqui possit.

Excuso verò toto iam hoc iuris cor-
pore, in lucem & manus nostras vene-
re Doctissimi Iacobi Cuiacij in Nouel-
las adnotationes, & aliquot obserua-
tionum libri, in quibus quædam Græ-
carum constitutionum epitomæ à no-
bis prætermissæ referuntur, quas in am-
plioris formæ codicem, quem iam du-
dum parturimus, edituri propediem,
seruari, quia suo loco amplius re-
poni non poterant, curauimus. Sunt
autem hæ.

L. vlt.

L. vlt. C. de in ius vocando. ex lib. 10. obser. Cuiac. c. 10.

L. 12. C. de Iudiciis. est quidem à nobis & Ant. Augustino edita, sed pleniorem edidit Cuiacius lib. 9. obs. cap. 20.

L. 13. C. de testibus. edita est à nobis ex Anton. Augustino suo loco, sed pleniorem edidit Cuiac. lib. 8. obs. cap. 13.

L. 16. C. de fide instrumentorum ex Cuiac. lib. 10. obs. c. 8.

L. 22. eam etiam edidit Cuiac. lib. 10. obs. c. 8.

L. 1. C. de pign. actio. ex Cuiac. lib. xj. obs. c. 31.

L. vltim. C. de sponsalibus. à nobis ex Augustino edita est, sed pleniorem edidit Cuiac. lib. xj. obs. c. 18.

Errata

Errata vel delenda.

Lib. 3. *Cod. pag.* 960. *uerſu* 8. *& ſequentibus uſque ad illa uerba* DE RELIGIOSIS. *dele totum hoc fragmentum. erat enim breuis epitoma l.* 26. *Græca de epiſcopali audient. & l. ult. titu. ult. lib.* 12. *infrà, ubi epitomam duntaxat edidit doctißimus Cuiacius.*

L. XI. *C. de ſecundis nuptijs breuem epitomen Græcam ex Auguſtino edidimus, ſed Cuiacius latiorem Latinam recitat ad Nouellam Iuſtiniani ſecundam.*

L. ult. C. de repudiis. perperam à nobis poſita eſt pro l. ult. C. ſolu. matr.

IN CODICEM.

Μνήμης σὐβόλοιο χάριν καταδέχετε τόνδε,
Στείλαμεν ὑψίστης· παύσκοπον ὄμμα δίκης.

A. CHAPVIS.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, CODICIS DOmini Iustiniani sacratissimi principis, perpetui, augusti, repetitæ prælectionis, incipit constitutio prima.

DE NOVO CODICE FACIENDO.

Imperator IVSTINIANVS Augustus ad Senatum vrbis Constantinopolitanæ.

HÆc quæ necessariò corrigenda esse multis retrò principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est: in præsenti rebus donare communibus auxilio Dei omnipotentis censuimus, & prolixitatem litium amputare: multitudine quidem constitutionum quæ tribus codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, atq; Theodosiano continebantur, illarum etiam quæ

post eosdem codices à Theodosio diuinæ recordationis, aliisq; post eum retro principibus, & à nostra etiam clementia positæ sunt, resecanda: vno autem codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, quàm nouellas[e] post eos positas constitutiones oportet. ¶ *Ideóq;* [f] *ad hoc maximum, & ad ipsius reipublicæ sustentationẽ respiciens opus efficiendum, elegimus tanto fastigio laborum, tantáq; sollicitudini sufficientes, Ioannem virum excellentissimum exquæstore nostri palatij, consularem atq; patricium: Leontium virum sublimissimum magistrum militum, exprafecto pratorio, consularem atque patricium. Phocam virum eminentissimum, magistrum militum, cõsularem atq; patricium: Basilidem virum excellentissimum exprafecto pratorio Orientis, atque patricium. Thomam virum gloriosissimum quæstorem sacri nostri palatij, & exconsule: Tribonianũ virum magnificum, magisteria dignitate inter agentes decoratum: Constantinum virum illustrem, comitem sacrarum largitionum inter agentes, & magistrum scrinij libellorum, sacrarumq; cognitionum: Theophilum virum clarissimum, comitem sacri nostri consistorij, & iuris in hac alma vrbe doctorem: Dioscorum & Præsentinum, disertissimos legatos fori amplissimi pratoriani.*

¶ *Quibus*

[e] Extant hodie pleræque earũ in breuiario Alarici. Cont.

2 ¶ *Quibus specialiter permisimus (resecatis tam superuacuis quantum ad legum soliditatem pertinet præfationibus, quam similibus, & contrariis, preterquam si iuris alia diuisione adiuuentur: illis etiam quæ in desuetudinem abierunt) certas & breui sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus & nouellis constitutionibus leges componere, & congruis titulis subdere: adiicientes quidem & detrahentes, immo & mutantes verba earum vbi hoc rei commoditas exigeret: colligentes vero in vnam sanctionem quæ variis constitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorem efficientes: ita tamen, vt ordo temporum earum constitutionum non solum ex adiectis diebus consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat: primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis. & si quæ earum sine die & consule in tribus veteribus codicibus, vel in quibus nouellæ constitutiones receptæ sunt, inueniantur: ita his ponendis, nullaq; dubitate super generali earum* * *robore ex hoc oriunda: sicut & illas vim generalis constitutionis obtinere palam est, quæ ad certas personas rescriptæ, vel per pragmaticam sanctionem ab initio datæ, eidem nouo Codici propter vtilitatem sanctionis insertæ fuerunt.* ¶ *Hæc igitur ad vestram notitiam ferre properauimus, vt sciatis quanta nos diuturna su-*

* lex j. Codic. Theodos. lib. j. iubebat huiusmodi constitutiones auctoritate carere. Cons.

per rerum communi vtilitate cura soi ... studentes certas & indubitatas, & in vnum codicem collectas esse decætero constitutiones: vt ex eo tantummodo sub felici nostro nomine nuncupando codice, recitatio constitutionum in omnibus ad citiores litium decisiones fiat iudiciis. Dat. Idib. Febr. CP. DN. *Iustiniano* PP. A. II. COS.

DE IVSTINIANEO CODICE CONFIRMANDO.

Imp IVSTINIANVS pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus Mennæ præfecto prætorio, expræfecto huius almæ vrbis CP. ac patricio.

SVmma Reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum, armorum scilicet atque legum veniens, vimq; suam exinde muniens, felix Romanorũ genus omnibus anteponi nationibus, omnibúsq; gentibus dominari tam præteritis effecit temporibus, quàm deo propitio in æternũ efficiet. istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit: & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsæ leges armorum præsidio seruatæ sunt. Meritò igitur ad primam communium rerum sustentationem, nostram sententiam & mentem laboré sque nostros referentes.

ferentes, militaria quidem agmina multiplicibus, & omnem prouidentiam continentibus modis correximus: & tam veteribus ad meliorem statum breui tempore ductis, quam nouis non solum exquisitis, sed etiam recta dispositione nostri nominis sine nouis expensis publicis constitutis, primo seruando posita, deinde noua ponendo, firmissima subiectis effecimus.

5 ¶ *Sed cum sit necessarium multitudinem constitutionum tam in tribus veteribus codicibus relatarum, quàm post earum confectionem posterioribus temporibus adiectarum, ad breuitatem reducendo, caliginē earum rectis iudicum definitionibus insidiantem penitus extirpare: ad hoc commune præstandum beneficium deo præsule prono animo nos dedimus: & electis viris gloriosissimis, tam doctrina legum, quàm experientia rerum, studióq; reipublicæ indefesso, & laudabili proposito pollentibus, sub certis finibus magnum laborem commisimus: per quem tam trium veterum Gregoriani, Hermogeniani atq; Theodosiani codicum constitutiones, quàm plurimas alias post eosdem codices à Theodosio diuinæ memoriæ, cæterisque post eum retro principibus, à nostra etiam clementia positas, in vnum codicem felici nostro vocabulo nuncupandum colligi præcepimus: Tollendis quidem tam præfationibus nullum suffragium sanctionibus conferentibus, quàm con-*

trariis constitutionibus, quæ posteriore promulgatione vacuatæ sunt: similibus etiam præter eas, quæ eadem pene sanciendo, diuisionem* iuris aliquā facere noscuntur: ex qua diuidendo vetera, nouum aliquid nasci videtur: multis insuper aliis ad rectam huius Codicis compositionem pertinentibus, iisdem prudentissimis viris à nostro numine mandatis: & nostro studio pro republica instituto, suum præsidium deus omnipotens annuit. ¶ Ad istum enim laborem, & tanti operis consummationem electi, vir excellentissimus exquæstore nostri palatii, consularis atq; patricius Ioannes: & vir sublimissimus expræfecto prætorio consularis atq; patricius, Leontius: vir quoque eminentissimus magister militum, consularis atq; patricius Phocas: etiam vir excellentissimus expræfecto prætorio per Orientem, & patricius, & nunc præfectus prætorio per Illyricum, Basilides: et vir gloriosissimus quæstor sacri nostri palatii, & ex consule Thomas: imò & vir magnificus magisteria dignitate inter agẽtes decoratus, Tribonianus: & vir illustris comes sacrarum largitionum inter agentes, & magister scrinii & libellorum & sacrarum cognitionum, Constantinus: & vir illustris exmagistro, & iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus: viri etiam disertissimi togati amplissimi fori tuæ sublimitatis Dioscorus atq; Præsentinus

* al. decisionem, al. distinctionem.

sentimus: omnia quæ eis mandauimus, cum sedula & peruigili industria, moderatáque digestione, cum dei auxilio ad prosperum tulerunt terminum, & eundem nouum Iustinianeum Codicem nobis obtulerunt ita compositum, vt & rebus profuturus esset communibus, & nostro conuenisset imperio.

3 ¶ *Hunc igitur in æternum valiturum iudicio tui culminis intimare perspeximus, vt sciant omnes tam litigatores quàm disertissimi aduocati nullatenus eis licere de cætero constitutiones ex veteribus tribus codicibus, quorum iam mentio facta est, vel ex iis quæ nouellæ constitutiones ad præsens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, sed solum eidem nostro Codici insertis constitutionibus necesse esse vti: falsi crimini subdendis his, qui contra hoc facere ausi fuerint: cum sufficiat earundem constitutionum nostri Codicis recitatio, adiectis etiam veterum iuris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites: nulláq; dubitatione emergenda vel eo quòd sine die & consule quædam composite sunt, vel quòd ad certas personas rescriptæ sunt: cum omnes generalium constitutionum vim obtinere procul dubio est. sed & si quæ earum constitutionum detractis vel additis vel permutatis certis verbis (quod et ipsum præfatis excellentissimis viris specialiter per-*

misimus) composita sunt: nullis concedimus ex libris veterum iuris interpretatorum aliter eas habentes recitare, sed solam iuris interpretatorum sententiam commendare: vt tunc teneat, cum minimè aduersetur eiusdem nostri Codicis constitutionibus.

¶ *Si quæ vero pragmaticæ sanctiones, quæ minimè in eodem nostro Codice receptæ sunt, ciuitatibus fortè, vel corporibus, vel scholis, vel scriniis, vel officiis, vel alicui personæ impertitæ sunt: eas, si quidẽ aliquod priuilegium speciali beneficio indulgent, omni modo ratas manere: si verò pro certis capitulis factæ sunt; tunc tenere cum nulli nostri Codicis aduersantur constitutioni, præcipimus. Sed & si qua re gesta in tui culminis iudicio, vel in aliis iudiciis ciuilibus vel militaribus, vel apud principia numerorum, pro publicis expensis, vel quibuscunq; titulis ad publicum pertinentibus posita sunt: ea etiam prout communis rei cõmoditas exigit, firma esse censemus.* 4

¶ *Illustris igitur & magnifica auctoritas tua pro innato sibi circa rempublicam nostrasque dispositiones explendas studio, ad omnium populorum notitiam eundem Codicem edictis ex more propositis peruenire faciat: ipso etiam textu Codicis in singulas prouincias nostro subiectas imperio cum nostra diuina subnotatione mittendo, vt eo modo ad omnium notitiam* 5

eiusdem

eiusdem nostri Codicis constitutiones valeant peruenire: & vt extantibus * *festis diebus, id est ex die sextodecimo Kalendarum Maij præsentis septimæ indictionis, consulatu Decij viri clarissimi recitationes constitutionum ex eodem nostro Codice fiant. Dat.* VII. *Id. April.* C P. *Decio* V. C. *Cos.*

* Sic in omnibus: videtur tamen legendum, instantibus, id est proximis.

DE EMENDATIONE CODICIS DOMINI IVSTINIANI, & secunda eius editione.

Imperator Cæsar, Flauius, IVSTINIANVS Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vuandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Senatui vrbis Constantinopolitanæ S.

CORDI *nobis est, Patres conscripti semper nostri animi curas rebus communibus auidissimè impendere, vt nihil à nobis inceptum, imperfectum relinquatur. Igitur in primordio* * *nostri imperij sacratissimas constitutiones quæ in diuersa volumina fuerant dispersæ, & quàm plurima similitudine necnon diuersitate vacillabant, in vnum corpus colligere, omnique vitio pur-*

* id est secundo anno imperij nostri.

gare proposuimus: & hoc iam per viros excelsos & facundissimos perfectum est, & à nobis postea confirmatum: quod geminæ constitutiones nostræ, quæ ante positæ sunt, ostendunt.

¶ *Postea vero cum vetus ius considerandum recepimus, tam quinquaginta decisiones fecimus, quàm alias ad commodum propositi operis pertinentes plurimas constitutiones promulgauimus: quibus maximus antiquarum legum articulus emendatus & coartatus est, omnéque ius antiquum superuacua prolixitate liberum atque enucleatum in nostris institutionibus & Digestis reddidimus.* 1

¶ *Sed cum nouellæ nostræ tam decisiones quàm constitutiones quæ post nostri Codicis confectionem latæ sunt, extra corpus eiusdem Codicis diuagabantur, & nostram prouidentiam nostrúmque consilium exigere videbantur: quippe cum earum quædam ex emersis postea factis aliquam meliore consilio permutationem vel emendationem desiderabant: necessarium nobis visum est per Tribonianum virum excelsum magistrum exquæstore & exconsule legitimum operis nostri ministrum, necnon virum magnificum quæstorem & Berytiensium legum doctorem Dorotheum, Mennam insuper & Constantinum & Ioannem viros eloquentissimos togatos fori amplissimæ sedis, easdem constitutiones nostras decerpere,* 2

& in

& in singula discretas capitula, ad perfectarum constitutionum soliditatem competentibus supponere titulis, & prioribus constitutionibus eas aggregare.

3 ¶ Supradictis itaque magnificis & prudentissimis viris permisimus hæc omnia facere: & si qua emendatione opus foret, hanc facerent nō titubante animo, sed nostra autoritate freti, constitutiones vero superfluas, vel ex posterioribus sanctionibus nostris iam vacuatas, vel si quæ similes vel contrariæ inuenirentur, circunducere & à proprij Codicis congregatione separare: & tam imperfectas replere, quàm vocle obscuritatis obductas, noua elimationis luce detegere: vt vndique non solum institutionum & digestorum via dilucida & aperta pateat, sed etiam constitutionum nostri Codicis plenum iubar omnibus clareat: nulla penitus nec simili, nec diuersa, nec inusitata relicta [constitutione:] cum nemini venit in dubium, quod repetita prælectio probauit, hoc satis validum, satísque esse formosum. In antiquis etenim libris non solum primas editiones, sed etiam secundas (quas repetitas prælectiones veteres nominabant) subsecutas esse inuenimus: quod ex libris Vlpiani viri prudentissimi ad Sabinum scriptis promptum erat quærentibus reperire.

4 ¶ His igitur omnibus ex nostra confectis sententia,

tentia, commemoratus Iustinianeus Codex à prædictis gloriosissimis & facundissimis viris purgatus & candidus factus, omnibus ex nostra iussione & circunductis, & additis, & repletis, necnon transformatis, nobis oblatus est, & iussimus [in secundo eum exintegro conscribi, non ex priore compositione, sed ex repetita prælectione: & eum nostri numinis auctoritate nitentem, in omnibus iudiciis solum quantum ad diuales constitutiones pertinet, frequentari ex die quarto Kalendarum Ianuarij quarti nostri felicissimi consulatus, & Paulini viri clarissimi: nulla alia extra corpus eiusdem Codicis constitutione legenda: nisi postea varia rerum natura aliquid nouum creauerit, quod nostra sanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium est, quod si quid in posterum melius inueniatur, & ad constitutionem necessario sit redigendum, hoc à nobis & constituatur, & in aliam congregationem referatur, quæ nouellarum nomine constitutionum significetur.

¶ *Repetita itaq; iussione nemini in posterum* 5 *concedimus vel ex decisionibus nostris, vel ex aliis constitutionibus, quas antea fecimus, vel ex prima Iustinianei codicis editione aliquid recitare: sed quod in præsenti purgato & renouato Codice nostro scriptum inuenitur, hoc tantummodo in omnibus rebus & iudiciis & obtin*

obtineat, & recitetur. cuius scripturam ad similitudinem nostrarum Institutionum & Digestorum sine vlla signorum dubietate conscribi iussimus; vt omne quod à nobis compositum est, hoc & in scriptura, & in ipsa sanctione purum atque dilucidum clareat, licet ex hac causa in ampliorem numerum summa huius Codicis redacta est.

¶ *Vt igitur, sanctissimi & florentissimi patres, nostri labores vobis manifesti fiant, & per omne tempus obtineant, hanc præsentem legem ad frequentissimum ordinem vestrum duximus destinandam. Datum* XVI. *Kalen. Decemb. Constantinopoli. Domino Iustiniano* PP. A. IIII. *& Theodoto Paulino Viris Claris. Coss.*

INCIP

INCIPIVNT TITVLI CODICIS DN. NOSTRI IVSTINIANI SACRATISSIMI principis, perpetui Augusti, repetitæ prælectionis { constitutionum Imperialium. }

LIBER PRIMVS.

1 *De summa trinitate & fide catholica, & vt nemo de ea publicè contendere audeat.*

2 *De sacrosanctis ecclesiis, & de rebus & priuilegiis earum.*

3 *De episcopis & clericis & orphanotrophiis* * *& brephotrophiis & ptochiis, & xenodochiis, & ascetriis, & monachis, & de priuilegiis eorum, & castrensi* * *peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permißis.*

* al. orphanotrophis. & c. per v. ū i.
* al. quasi castr.

4 *De episcopali audientia, & de diuersis capitulis, quæ ad ius curámque & reuerentiam pertinent* * *pontificalem.*

* al. pontificalem pertinent.

5 *De hæreticis & Manichæis, & Samaritis.* *

* al. Samaritanis.

6 *Ne sanctum baptisma iteretur.*

7 *De apostatis.*

8 Nemini

8 *Nemini licere signum saluatoris* CHRISTI *humi vel in silice, seu marmore aut sculpere aut pingere.*

9 *De Iudæis & cœlicolis.*

10 *Ne Christianum mancipium hæreticus vel Paganus vel Iudæus habeat, aut possideat, aut circuncidat.*

11 *De Paganis** *sacrificiis & templis.*

12 *De iis qui ad ecclesias confugiunt, vel ibi exclamant.**

13 *De iis qui in ecclesiis manumittuntur.*

14 *De legibus & constitutionibus principum & edictis.*

15 *De mandatis principum.*

16 *De Senatusconsultis.*

17 *De veteri iure enucleando & de auctoritate iurisprudentium qui in Pandectis referuntur.**

18 *De iuris & facti ignorantia.*

19 *De precibus Imperatori offerendis: & de quibus rebus supplicare** *liceat, vel non.*

20 *Quando libellus principi datus, litis contestationem faciat.*

21 *Vt lite pendente, vel post prouocationem, aut definitiuam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare.*

22 *Si contra ius vel vtilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel impetratum.*

* al. de sacrificiis paganis, &c.

* Additur in quibusdam & ne quis ab ecclesia extrahatur.

* Additur in quibusdam libris, & ex quibus libris debeat sententia recitari.

* al. supplicari.

23 De

23 *De diuersis rescriptis, & pragmaticis sanctionibus.*
24 *De statuis & imaginibus.*
25 *De iis qui ad statuas confugiunt.*
26 *De officio præfectorum* * *Orientis & Illyrici.*

* al. præfecti prætorio.

27 *De officio præfecti prætorio Africæ, & de omni eiusdem diœcesis statu.*
28 *De officio præfecti vrbis.*
29 *De officio magistrorum militum.*
30 *De officio quæstoris.*
31 *De officio magistri officiorum.*
32 *De officio comitis sacrarum largitionum.*
33 *De officio comitis rerum priuatarum.*
34 *De officio comitis sacri patrimonij* [*Constitutio Græca.*]

Hunc Titulum ex manuscriptis restitui.

35 *De officio proconsulis & legati.*
36 *De officio comitis Orientis.*
37 *De officio præfecti Augustalis.*
38 *De officio vicarij.*
39 *De officio Prætorum.*
40 *De officio rectoris prouinciæ.*
41 *Vt nulli prouinciæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur* [*constitutio Græca.*]
42 *De quadrimenstruis tam ciuilibus quàm militaribus* [*constitutio Græca.*]

Hunc Titulum ex manusc. restitui, & ex Græcorum scholiis.

43 *De officio præfecti vigilum.*

De

44 *De offi. præfecti anno.* [*cōstitutio Græca.*]
45 *De officio ciuilium iudicum.*
46 *De officio militarium iudicum.*
47 *Ne comitibus rei militaris vel tribunis lauacra præstentur.*
48 *De officio diuersorum iudicum.*
49 *Vt omnes tam ciuiles quàm militares iudices post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant.*
50 *De officio eius qui vicem alicuius iudicis vel præsidis obtinet.*
51 *De assessor. & domest. cancellariis iudicū.*
52 *De annonis & capitu administrantium, eorúmque assessorum, aliorúmve publicas solicitudines gerentium vel eorum qui aliquas consecuti sunt dignitates.*
53 *De contractibus iudicum, vel eorum qui sunt circa eos, & de inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent* [*sine sanctione pragmatica.*]
54 *De modo mulctarum quæ à iudicibus infliguntur.*
55 *De defensoribus ciuitatum.*
56 *De Magistratibus municipalibus.*
57 *De officio iuridici Alexandriæ.*

Et hunc Titulū ex manuscriptis & Græcis scholiis restitui.

al. deest. aliàs, sine pragmaticis sanctionib.

Codicis Dn. Iustiniani repetitæ prælectionis liber primus explicit.

Incipit Liber II.

1 *DE edendo.*
2 *De in ius vocando.*
3 *De pactis.*
4 *De transactionibus.*
5 *De errore calculi.*
6 *De postulando.*
7 *De aduocatis diuersorum iudiciorum.*
8 [*De aduocatis diuersorum* iudicum.*]
9 *De aduocatis fisci.*
10 *De errore aduocatorum &c.*
11 *Vt quæ desunt aduocatis partium, iudex suppleat.*
12 *Ex quibus causis infamia irrogatur.*
13 *De procuratoribus.*
14 *Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre.*
15 *De iis qui potentiorũ nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.*
16 *Vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.*
17 *Vt nemo sine iudicis auctoritate signa imprimat rebus, quas alius poßideat.**
18 *Ne fiscus vel Respublica procurationẽ alicui patrocinij causa in* lite præstet.*

*deest in veteribus.

*al. detinet.

*al. illicitè.

19 De

19 *De negotiis gestis.*
20 *De iis quæ vi metúsve causa gesta sunt.*
21 *De dolo malo.*
22 *De in integrum restitutione minorum [xxv.annis.]* — al.deest.
23 *De filiofamilias minore.*
24 *De fideiussoribus minorum.*
25 *Si tutor vel curator interuenerit.* — al.intercesserit.
26 *Si in communi eadémque causa in integrum restitutio postuletur.*
27 *Si aduersus rem iudicatam [restitutio postuletur.]* — deest in omnibus.
28 *Si aduersus venditionem.*
29 *Si aduersus venditionem pignorum.** — *al.pignoris.
30 *Si aduersus donationem.*
31 *Si aduersus libertatem.*
32 *Si aduersus transactionem vel diuisionem.*
33 *Si aduersus solutionem à tutore vel à se factam.*
34 *Si aduersus dotem.*
35 *Si aduersus delictum.*
36 *Si aduersus vsucapionem.*
37 *Si aduersus fiscum.*
38 *Si aduersus creditorem.*
39 *Si vt ab hereditate se abstineat.*
40 *Si vt omissam hereditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud acquirat.*
41 *In quibus causis restitutio in integrum necessaria non est.*

42 *Qui & aduersus quos in integrũ restitui non possunt.*

43 *Si minor se maiorem dixerit, vel [maior] probatus** *fuerit.*

*al. adprobatus.

44 *Si sępius in integrũ restitutio postuletur.*

45 *De iis qui veniam ętatis impetrauerunt.*

46 *Si maior factus ratum habuerit.**

* actũ. additum in quibusdã.

47 *Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit.*

48 *De reputationibus quę fiunt in iudicio in integrum restitutionis.*

49 *Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse.*

50 *In integrũ restitutione postulata ne quid noui fiat.*

51 *De restitutione militum, & eorum qui Reipublicę causa absunt.*

52 *De vxoribus militum, & eorum qui Reipublicę causa absunt.*

53 *De temporibus in integrum restitutionis tam minorum & aliarum personarum quę restitui possunt, quàm etiam heredum eorum.*

54 *Quibus ex causis maiores in integrum restituantur.*

55 *De alienatione mutandi iudicij causa facta.*

56 *De receptis [arbitris.]*

* al. arbitriis. aliàs deest.

57 *De satisdando.*

De

58 De formula & impetratione actionum sublata.
59 De iureiurando propter calumniam dando.

Explicit liber secundus.
Incipit liber III.

1 De iudiciis.
2 De sportulis & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis, & de executoribus* litium.
3 De pedaneis iudicibus.
4 Qui pro sua iurisdictione iudices dare darive possunt.
5 Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat.
6 Qui legitimam personam standi in iudiciis habeant vel non.
7 Vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.
8 De ordine iudiciorum.
9 De litis contestatione.
10 De plus petitionibus.
11 De dilationibus.
12 De feriis.
13 De iurisdictione omnium iudicum: & de foro competenti.
14 Quādo imperator inter pupillos & viduas, vel miserabiles personas cognoscat, & ne exhibeantur.

*al. executionibus.

15 *Vbi de criminibus agi oportet.*

16 *Vbi de possessione agi oportet.*

17 *Vbi fideicommissum peti oportet.*

18 *Vbi conueniatur qui certo loco dare promisit.*

19 *Vbi in rem actio exerceri debeat.*

20 *Vbi de hereditate agatur, & vbi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant.*

21 *Vbi de ratiociniis tam publicis quàm priuatis agi oportet.*

22 *Vbi causa status agi debeat.*

23 *Vbi quis de curiali vel cohortali aliáve conditione conueniatur.*

24 *Vbi senatores vel clarissimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur.*

25 *In quibus causis militantes fori præscriptione vti [non] possunt.*

26 *Vbi causæ fiscales, vel diuinæ domus hominúmque [eius] agantur.*

27 *Quando liceat vnicuique vindicare se sine iudice vel publicam deuotionem.*

28 *De inofficioso testamento.*

29 *De inofficiosis donationibus.*

30 *De inofficiosis dotibus.*

31 *De petitione hereditatis.*

32 *De rei vindicatione.*

33 *De vsufructu & habitatione, & ministerio seruorum.*

34 De

34 De seruitutibus & aqua.
35 De lege Aquilia.
36 Familiæ erciscundæ.
37 Communi diuidundo.
38 Communia vtriusque iudicij tam familiæ erciscundæ, quàm communi diuidundo.
39 Finium regundorum.
40 De consortibus eiusdem litis.
41 De noxalibus actionibus.
42 Ad exhibendum.
43 De alea lusu & aleatoribus.
44 De religiosis, & sumptibus funerum.

sic ex manus. restitui.

Codicis Dn. Iustian. repet. præal.
Explicit liber III.
Incipit liber IIII.

1 De rebus creditis, & iureiurando.
2 Si certum petatur.
3 De suffragio.
4 De prohibita sequestratione pecuniæ.
5 De condictione indebiti.
6 De condictione ob causam datorum.
7 De condictione ob turpem causam.
8 De condictione furtiua.
9 De condictione ex lege, & sine causa, vel iniusta causa.
10 De obligationibus & actionibus.
11 Vt actiones ab herede & contra heredem

sic in vet. vt & in Digest.

incipiant.

12 *Ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur.*

13 *Ne filius pro patre, vel pater pro filio emãcipato, [vel] libertus pro patrono, [vel seruus pro domino] conueniatur.*

14 *An seruus pro suo facto post manumissionem teneatur.*

15 *Quando fiscus vel priuatus debitoris sui debitores exigere poßit,* [vel debeat.] *potest.

16 *De actionibus hereditariis.*

17 *Ex delictis defunctorum in quantum heredes conueniantur.*

18 *De constituta pecunia.*

19 *De probationibus.*

20 *De testibus.*

21 *De fide instrumentorum, & amißione eorum, & antapochis faciendis: & de iis quæ sine scriptura fieri possunt.*

22 *Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.*

23 *De commodato.*

24 *De actione pignoratitia.*

25 *De exercitoria actione & institoria.*

26 *Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur: vel de peculio, seu quod iussu, vel de in rem verso.*

27 *Per quas personas nobis adquiritur.*

28 *Ad senatusconsultum Macedonianum.*

Ad

29 *Ad senatusconsultum Velleianum.*
30 *De non numerata pecunia.*
31 *De compensationibus.*
32 *De vsuris.*
33 *De nautico fœnore.*
34 *Depositi [vel contrà.]*
35 *Mandati.*
36 *Si seruus* se emi mandauerit.*
37 *Pro socio.*
38 *De contrahenda emptione.*
39 *De hereditate vel actione vendita.*
40 *Quæ res venire non possunt, & qui vẽdere vel emere vetantur.*
41 *Quæ res exportari non debent.*
42 *De eunuchis.*
43 *De patribus qui filios distraxerunt.*
44 *De rescindenda venditione.*
45 *Quando licet ab emptione discedere.*
46 *Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata.*
47 *Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.*
48 *De periculo & commodo rei venditæ.*
49 *De actionibus empti & venditi.*
50 *Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.*
51 *De rebus alienis non aliẽdis: & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca.*

* Perperã & contra fidem manus additur in impress. externo.

52 De communium rerum alienatione.
53 Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.
54 De pactis inter emptorem & venditorem [compositis.]
55 Si seruus exportandus veneat.
56 Si mancipiũ ita veneat," ne prostituatur.
al. venierit.
57 Si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel contrà.
58 De ædilitiis actionibus.
59 De monopoliis, & conuentu negotiatorum illicito, vel artificum ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis, illicitísque pactionibus.
60 De nundinis & mercatoribus.
al. in vete. mercationibus.
61 De vectigalibus & commissis.
62 Vectigalia noua institui non posse.
63 De commerciis & mercatoribus.
64 De rerum permutatione, & præscriptis verbis.
65 De locato & conducto.
66 De iure emphyteutico.

Explicit liber quartus.

Incipit liber quintus.

1 De sponsalibus & arris sponsaliciis & proxeneticis.
2 Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalia dederint.
3 De donationibus ante nuptias, vel propter nupt

nuptias, & sponsalitiis.

4 *De nuptiis.*

5 *De incestis & inutilibus nuptiis.*

6 *De interdicto matrimonio inter pupillum & tutorem seu curatorem filiósq; *eorũ.* *vet. liberósque.

7 *Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinẽtes ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerint nuptias.*

8 *Si nuptiæ ex rescripto petantur.*

9 *De secundis nuptiis.*

10 *Si secũdo nupserit mulier, cui maritus vsum fructum reliquit.*

11 *De dotis promißione, vel nuda pollicitatione.*

12 *De iure dotium.*

13 *De rei vxoriæ actione in ex stipulatu [actionem] transfusa, & de natura dotibus præstita.*

14 *De pactis conuentis tam super dote, quàm super ante nuptias donatione, & paraphernis.*

15 *De dote cauta & non numerata.*

16 *De donationibus inter virum & vxorem factis & à parentibus in liberos, & de ratihabitione.*

17 *De repudiis, & iudicio de moribus sublato.*

18 *Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.*

19 Si

19 *Si dos constante matrimonio soluta fuerit.*

20 *Ne fideiussores vel mandatores dotium dentur.*

21 *Rerum amotarum.*

22 *Ne pro dote mulieris, bona quondam mariti addicantur.*

23 *De fundo dotali.*

24 *Diuortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant.*

25 *De alendis liberis ac parentibus.*

26 *De concubinis.*

27 *De naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur.*

28 *De tutela testamentaria.*

29 *De confirmando tutore.*

30 *De legitima tutela.*

31 *Qui petant tutores vel curatores.*

32 *Vbi petantur tutores vel curatores.*

33 *De tutoribus vel curatoribus illustrium vel clarißimarum personarum.*

34 *Qui dare tutores vel curatores, & qui dari possunt vel non [possunt.]*

35 *Quando mulier officio tutelæ fungi potest.*

36 *In quibus casibus tutorem vel curatorem habenti, tutor vel curator dari potest.*

De

37 *De administratione tutorum vel curatorum & de pecunia pupillari fœneranda vel deponenda.*
38 *De periculo tutorum &* [*] *curatorum.* *seu, vel. recte.
39 *Quãdo ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt.*
40 *Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel vnus agere, vel conueniri poßint.*
41 *Ne tutor vel curator vectigal conducat.*
42 *De tutore vel curat. qui satis non dedit.*
43 *De suspectis [tutoribus vel curatoribus.]* desunt in multis manus.
44 *De in litem dando tutore vel curatore.*
45 *De eo, qui pro tutore negotia gesßit.*
46 *Si mater indemnitatem promiserit.*
47 *Si cõtra matris volũtatẽ tutor datus sit.*
48 *Vt causæ post pubertatem tutor adsit.*
49 *Vbi pupilli educentur.*
50 *De alimentis pupillo præstandis.*
51 *Arbitrium tutelæ.*
52 *De diuidenda tutela: & pro qua parte quisque [tutor] conueniatur.* deest in vet.
53 *De in litem iurando.*
54 *De heredibus tutorum [vel curatorum.]*
55 *Si tutor [vel curator] non gesserit.*
56 *De vsuris pupillaribus.*
57 *De fideiussoribus [tutorum vel curatorum.]*
58 *De contrario iudicio [tutelæ.]*

59. De

59 De authoritate præstanda.
60 Quando tutores vel curatores esse desinant.
61 De actore à tutore seu curatore dando.
62 De excusationibus, & tẽporibus earum.
63 Si falsis allegationibus excusatus sit.
64 Si tutor Reipub. causa aberit.
65 De excusatione veteranorum.
66 Qui numero liberorum se excusant.
67 Qui morbo [se excusant.]
68 Qui ætate [se excusant.]
69 Qui numero tutelarum se excusant.
70 De curatore furiosi, & prodigi.
71 De prædiis & aliis rebus minorum [sine decreto] non alienãdis siue obligãdis.
72 Quando decreto opus non est.
73 Si quis ignorãs rem minoris esse, sine decreto comparauerit.
74 Si maior factus alienationem factam sine decreto, ratam habuerit.
75 De magistratibus conueniendis.

Explicit liber quintus.

Incipit liber VI.

1 DE fugitiuis seruis, et libertis, mancipiísque ciuitatum artificibus diuerso operi deputatis ad rem priuatam vel dominicam pertinentibus.

2 De

2 De furtis, & seruo corrupto.
3 De operis libertorum.
4 De bonis libertorum, & iure patronatus
5 Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta sit.
6 De obsequiis patronis præstandis.
7 De libertis, & eorum liberis.
8 De iure aureorum anulorum, & de natalibus restituendis.
9 Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod tempus.
10 Quando non petentium partes petentibus accrescant.
11 De bonorum possessione secundum tabulas.
12 De bonorum possessione contra tabulas, quam Prætor liberis pollicetur.
13 De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis, liberísque eorum datur.
14 Vnde liberi.
15 Vnde legitimi, & vnde cognati.
16 De edicto successorio.
17 De Carboniano edicto.
18 Vnde vir & vxor.
19 De repudianda bonorum possessione.
20 De collationibus.
21 De testamento militis.
22 Qui testamenta facere possunt, vel non.

23 De

23 De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur.

24 De heredibus instituendis, & quae personae heredes institui non possunt.

25 De institutionibus, vel substitutionibus, seu restitutionibus sub conditione factis.

26 De impuberum, & aliis substitutionibus.

27 De necessariis seruis heredibus instituendis vel substituendis.

28 De liberis praeteritis vel exheredatis.

29 De postumis heredibus instituendis, vel exheredandis, [vel praeteritis.]

30 De iure deliberandi, & adeunda vel adquirenda hereditate.

31 De repudianda vel abstinenda hereditate.

32 Quemadmodum testamenta aperiantur, describantur, & inspiciantur.

33 De edicto diui Hadriani [tollendo:] & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur.

34 Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coëgerit.

35 De iis quibus vt indignis aufertur hereditas: & ad senatusconsultum Sillanianum.

36 De codicillis.

37 *De legatis.*

38 *De verborum & rerum significatione.*

39 *Si omissa sit causa testamenti.*

40 *De indicta viduitate, & lege Iulia Miscella tollenda.*

41 *De iis quæ pœnæ nomine in testamentis vel codicillis relinquuntur.*

42 *De fideicommissis.*

43 *Communia de legatis & fideicommissis, & de in rem missione tollenda.*

44 *De falsa causa adiecta legato & fideicommisso.*

45 *De iis quæ sub modo legata seu fideicommissa relinquuntur.*

46 *De cõditionibus insertis tam in legatis, quàm in fideicommissis, & libertatibus.*

47 *De vsuris, & fructibus legatorum seu fideicommissorum.*

48 *De incertis personis.*

49 *Ad senatusconsultum Trebellianum.*

50 *Ad legem Falcidiam.*

51 *De caducis tollendis.*

52 *De iis qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.*

53 *Quando dies legati vel fideicommissi cedit.*

54 *Vt in possessionem legatorum vel fideicommissorum seruãdorum causa mit-*

tatur, & quando satisdari debeat.

55 *De suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.* — *al. heredibus.

56 *Ad senatusconsultum Tertyllianum.*

57 *Ad senatusconsultum Orfitianum.*

58 *De legitimis heredibus.*

59 *Communia de successionibus.*

60 *De bonis maternis, & materni generis.*

61 *De bonis quæ liberis in potestate constitutis, ex matrimonio vel aliter adquiruntur: & eorum administratione.*

62 *De hereditatibus decurionum, nauicu-lariorum, cohortalium militum & fabricensium.*

Codicis Dn. Iustin. repet. præl. Explicit liber sextus.

Incipit liber VII.

1 *DE vindicta libertate, & apud concilium manumissione.*

2 *De testamentaria manumissione.*

3 *De lege Fusia Caninia tollenda.* — vet. Fuffia.

4 *De fideicommissariis libertatibus.*

5 *De dedititia libertate tollenda.*

6 *De Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.*

7 *De communi seruo manumisso.*

8 De

8 De seruo pignori dato manumisso.
9 De seruis Reipublicæ manumittendis.
10 De iis qui à non domino manumißi sunt.
11 Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur.
12 Qui non possunt ad libertatem peruenire.
13 Quibus pro causis serui pro præmio accipiunt libertatem.
14 De ingenuis manumißis.
15 Communia de manumißionibus.
16 De liberali causa.
17 De assertione tollenda.
18 Pro quibus ad libertatem proclamare nõ licet: & de rebus eorum qui ad libertatem proclamare non prohibentur.
19 De ordine cognitionum.
20 De collusione detegenda.
21 Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.
22 De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, nõ aduersus libertatem competit.
23 De peculio eius qui libertatem meruit.
24 De senatusconsulto Claudiano tollendo.
25 De nudo iure Quiritium tollendo.

26 De vsucapione pro emptore, vel transactione.
27 De vsucapione pro donato.
28 De vsucapione pro dote.
29 De [vsucapione] pro herede.
30 Communia de vsucapionibus.
31 De vsucapione transformanda, & sublata differentia [rerum] mancipi, & nec mancipi.
32 De adquirenda & retinenda possessione.
33 De præscriptione longi temporis, id est, decem vel viginti annorum.
34 In quibus causis cessat longi temporis præscriptio.
35 Quibus non obiicitur longi temporis præscriptio.
36 Si aduersus creditorem.
37 De quadriennij præscriptione.
38 Ne rei dominicæ vel templorum vĕdicatio temporis præscriptione summoueatur.
39 De præscriptione triginta vel quadraginta annorum.
40 De annali exceptione Italicis contractibus tollenda, & de diuersis temporibus, & exceptionibus, et præscriptionibus, & interruptionibus.

41 *De alluuionibus, & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis.*
42 *De sententiis præfectorum prætorio.*
43 *Quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat præsentibus partibus, vel vna absente.*
44 *De sententiis ex periculo recitandis.*
45 *De sententiis & interlocutionibus omnium iudicum.*

Sic in omnibus veter.

46 *De sententia quæ sine certa quantitate prolata est.*
47 *De sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur.*
48 *Si non à competenti iudice iudicatum fuerit.*
49 *De pœna iudicis qui malè iudicauit: vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.*
50 *Sententiam rescindi non posse.*
51 *De fructibus, & litis expensis.*
52 *De re iudicata.*
53 *De executione rei iudicatæ.*
54 *De vsuris rei iudicatæ.*
55 *Si plures vna sententia condemnati sunt.*
56 *Quibus res iudicata non nocet.*
θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυ-
ρωθέντα ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριά-
δος.

δος. ὁμοούσιον γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῷ πατρὶ κατὰ
τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ
τὴν ἀνθρωπότητα παθητὸν σαρκὶ, τὸν αὐτὸν ἀπα-
θῆ θεότητι. ὡς γὰρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος,
οὕτως ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. τὴν γὰρ
καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦ-
μεν. ἐπειδὴ τοίνυν ὁμογένης υἱὸς καὶ λόγος τοῦ
θεοῦ ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννη-
θεὶς αὐτὸς καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελ-
θὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ πνεύματος
ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ θεοτόκου Μαρίας,
καὶ ἐνανθρωπήσας τουτέστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰη-
σοῦς Χριστὸς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεός ἐστι,
διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν ἀειπάρθενον Μαρίαν
κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν μητέρα θεοῦ λέγο-
μεν οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λα-
βόντος, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόν-
τος ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος,
καὶ τεχθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος ὃν ὁμο-
λογοῦμεν κατὰ εἴρηται ὁμοούσιον εἶναι τῷ πα-
τρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν
αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. τοῦ αὐτοῦ τὰ θαύ-
ματα καὶ τὰ πάθη ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ
γινώσκοντες. ταῦτα τοίνυν ἐστὶν ἅπερ διὰ τοῦ
θείου ἡμῶν εἰρηκότες ἰδίκτου, τοὺς αἱρετικοὺς ἠ-
λέγξαμεν, ᾧ τινὶ θείῳ ἰδίκτῳ καὶ πάντες οἱ
εὑρεθέντες ἐνταῦθα ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι καὶ εὐ-
λαβέστατοι ἀρχιμανδρῖται, ἅμα τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ
καθυπέγραψαν. ἀκολουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς

ἁγίαις τέτταρσι συνόδοις καὶ τοῖς παρ' ἑκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσι, τουτέστι τῶν ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη. καὶ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει τῶν. ρν. καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τῶν προτέρας καὶ τῶν ἐν Χαλκηδόνι δῆλον πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν πιστοῖς τοῖς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παραδοθέντα ὅρον τῆς πίστεως τουτέστι τὸ ἅγιον μάθημα ἤτοι σύμβολον κρατοῦμεν τε καὶ φυλάττομεν τὸ παρὰ τῶν. τιη. ἁγίων πατέρων ἐκτεθὲν ὅπερ καὶ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει. ρν. ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν οὐχ' ὡς ἐλλειπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ θεοῦ λόγου ἠρνήσαντο. Διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ αὐτὸ μάθημα οἱ εἰρημένοι. ρν. ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν τοῦτο καὶ αἱ ἄλλαι ἅπασαι ἅγιαι σύνοδοι τουτέστιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ προτέρα καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι τῇ αὐτῇ πίστει ἀκολουθήσασαι ἐδέξαντο καὶ ἐφύλαξαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον ἐκήρυξαν, καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὴν θεοτόκον ἀναθεμάτισαν: ὁμοίως δὲ ἀναθεμάτισαν καὶ τοὺς ἕτερον σύμβολον ἢ * ἅγιον μάθημα παραδιδόντες παρὰ τὸ ὑπὸ μὲν τῶν. τιη. ἁγίων πατέρων ἐκτεθὲν σαφηνισθὲν δὲ καὶ τρανωθὲν παρὰ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ρν. ἁγίων πατέρων, καὶ ἡ μὲν

* ἄλλο

ἐν

ἐν Ἐφέσῳ προτέρα τόντε ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ
τὰ αὐτοῦ δόγματα καθεῖλέ τε καὶ ἀναθεμά-
τισε καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦν-
τας καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦν-
τας ἀναθεμάτισεν. ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία
σύνοδος καθεῖλέ τε καὶ ἐξέβαλε τῶν ἁγίων τοῦ
θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ ἀνεθεμάτισεν, καὶ τὸν
ἀσεβῆ Εὐτυχέα καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα καὶ
τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ
τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας καὶ
πάντας τοὺς αἱρετικοὺς, καὶ τὰ αὐτῶν δόγ-
ματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρο-
νοῦντας ἀναθεμάτισεν. ὁμοίως δὲ ἀναθεμάτι-
σεν καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα καὶ
τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ
τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας ἡ αὐ-
τὴ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καὶ τὴν
τοῦ μεγάλου Πρόκλου πρὸς Ἀρμενίους συγγραφεῖ-
σαν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ χρῆναι λέγειν τὸν δεσπό-
την ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν
ἡμῶν ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος διὰ τῆς οἰκείας
ἀναφορᾶς, ἐδέξατό τε, καὶ ἐβεβαίωσεν. εἰ γὰρ
τὰς εἰρημένας τέσσαρας ἁγίας συνόδους παρε-
ξέλθοιμεν ἢ τὰ παρ' αὐτῶν διατυπωθέντα, δί-
δομεν ἄδειαν τοῖς καθαιρεθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν
αἱρετικοῖς καὶ τοῖς αὐτῶν δόγμασι, τὴν ἑαυτῶν
λύμην πάλιν εἰς τὰς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας
ἐνδείκνυσθαι. ὅπερ οὐχ ἐνδέχεται πραχθῆναι
ποτὲ μὴ γένοιτο ἐπειδὴ αἱ εἰρημέναι, δ. ἁγίαι

σύνοδοι διὰ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τὰ τούτων δόγματα ἐξέβαλον· καὶ εἴ τις πρὸς μίαν τῶν εἰρημένων ἁγίων συνόδων ἀμφιβάλλοι, πρόδηλός ἐστιν ἐκεῖνα φρονῶν τὰ δόγματα τὰ παρ' αὐτῶν ἐκβληθέντα τε καὶ ἀναθεματισθέντα. Μηδεὶς τοίνυν μάτην ἡμᾶς ταραξάτω ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος ὅτι ἡμᾶς ἐναντίον τῶν εἰρημένων. δ. συνόδων ἐπράξαμεν ἢ πράξομεν ἢ πραχθῆναι παρά τισι συγχωρήσομεν ἢ περιαιρεθῆναι τὴν τῶν αὐτῶν ἁγίων. δ. συνόδων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν εἰρημένων τῆς ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα. Πάντας γὰρ τοὺς παρ' αὐτῶν καθαιρεθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας καὶ τὰ τῶν καθαιρεθέντων δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν. ὅθεν εὐχέσθω ἡμῖν τι καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ ἡ μακαριότης σου πάντας περὶ τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τῆς περὶ τὴν ἀμώμητον πίστιν σπουδῆς, διδάσκουσά τε καὶ πληροφοροῦσα. Dat. VII. KAL. APR. CP. DN. IVSTINIAN. PP. A. III. COS.

Superiorem Græcam legem idcirco Latinè edere ſuperſedimus, quia eadem penè ad verbum Latinè reddita eſt in ſequente conſtitutione. INTER CLARAS, ac præſertim à §. manifeſtum.

Epiſt

Epistola Ioannis Archiepiscopi & sanctissimi patriarchæ vrbis Romæ.

VIII. Gloriosissimo & clementissimo filio Iustiniano Augusto Ioannes episcopus vrbis Romæ.

INter claras sapientiæ ac mãsuetudinis vestræ laudes, Christianissime principum, puriore luce tanquam aliquod sydus irradiat, quod amore fidei, quòd charitatis studio edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanæ sedis reuerentiam conseruatis, & ei cuncta subiicitis, & ad eius deducitis vnitatem: ad cuius auctorem, hoc est, apostolorum primum, domino loquente præceptum est, Pasce oues meas. Quam esse omnium verè ecclesiarum caput, & patrũ regulæ, & principũ statuta declarant, & pietatis vestræ reuerendissimi testantur affatus. Patet igitur in vobis impletum fore, quod scripturæ loquuntur: Per me reges regnant, & potentes scribunt iustitiã. Nihil est enim, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe: nihil est quod ita nequeat occasui subiacere, quàm vera religio. Nam cum auctorem vitæ vel luminis vtraque respiciant, rectè & tenebras respuunt, & nesciunt subiacere defectui. Quam ob rem gloriosissime principũ, votis omnibus exorabitur diuina potentia, vt pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac deuotione mentis, in hoc integræ religionis stu-

Prou. 8.

dio, sine defectu sui in longiora tempora conseruet. hoc enim & sanctis credimus ecclesiis expedire. Scriptum est enim, Labiis regit rex. & iterum: Cor regis in manu dei est, & vbi voluerit inclinabit illud. hoc est enim quod vestrum firmat imperium, hoc quod vestra regna conseruat. Nam pax ecclesiæ, religionis vnitas, auctorem facti in sublime prouectum grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim parua ei vicißitudo à potentia diuina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia diuisa secernitur, nullis insertis masculis variatur. Scriptum est enim, Quia cum rex iustus sederit supra sedẽ, non aduersabitur ei quicquam malignũ. Proinde serenitatis vestræ apices, per Hypatiũ atque Demetrium sanctißimos viros, fratres & coëpiscopos meos, reuerentia consueta suscepimus: quorum etiam relatione cõperimus, quod fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei pro submouenda hæreticorum intentione, secundum apostolicam doctrinam, fratrum & coëpiscorum nostrorum interueniente consensu: quod quia apostolicæ doctrinæ conuenit, nostra auctoritate confirmamus.

Prou. 21.

Edictum Iustiniani de fide

Victor Iustinianus, pius, fœlix, inclytus, triumphator semper Augustus, Ioanni sanctißimo archiepiscopo almæ vrbis Romæ, & patriarchæ.

Redd

REddentes* honorem apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati (quod semper nobis in voto & fuit & est) & vt decet patrem, honorantes vestram beatitudinem, omnia quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium vnitatem vestræ apostolicæ sedis & statum sanctarum dei ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet nulla intercedente cõtrarietate. Ideóque omnes sacerdotes vniuersi Orientalis tractus & subiicere & vnire sedi vestræ sanctitatis properauimus. In præsenti ergo quæ cõmmota sunt (quamuis manifesta & indubitata sint, & secundum apostolicæ vestræ sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firmè custodita & prædicata) necessarium duximus, vt ad notitiam vestræ sanctitatis perueniant. Nec enim patimur quicquam quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestum & indubitatum sit, quod mouetur, vt non etiam vestræ innotescat sanctitati, quæ caput est omnium sanctarũ ecclesiarum. Per omnia enim (vt dictũ est) properamus honorem & auctoritatem crescere vestræ sedis. Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati, quòd pauci quidã infideles, & alieni sanctæ dei catholicæ atque apostolicæ eccle-

*Vetus lectio, Nos reddẽtes.

ſiæ, contradicere Iudaicè, atque apoſtaticè auſi ſunt aduerſus ea quæ ab omnibus ſacerdotibus ſecundum veſtram doctrinam rectè tenentur, & glorificantur, atque prædicantur, denegantes dominum" noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium dei, deum & dominũ noſtrum incarnatũ de ſancto ſpiritu, & ex ſancta atque glorioſiſſima ſemper virgine dei genitrice Maria hominem factum atque crucifixum, vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis, & coadorandum & conglorificandum patri & ſpiritui ſancto, conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundémque ipſum impaſſibilem deitate. Recuſantes enim dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium dei & dominum noſtrum fateri vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis: videntur Neſtorij malam ſequi doctrinam, ſecundum gratiã dicentis vnum filium Dei, & alium dicentis dei verbum, & alium Chriſtum. Omnes vero ſacerdotes ſanctæ catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ, & reuerendiſſimi archimandritæ ſanctorum monaſteriorum, ſequentes ſanctitatem veſtram, & cuſtodientes ſtatum & vnitatem ſanctarum dei eccleſiarum, quam habent ab apoſtolica veſtræ ſanctitatis ſede, nihil penitus immutantes de eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obti

"hîc repetũtur quę duobus Græcis edictis cõpreheuſa ſunt.

obtinuit atque obtinet, vno consensu confitentur, & glorificant, prædicantes dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium & verbum dei & dominum nostrum ante secula & sine tempore de patre natũ, in vltimis diebus descendisse de cœlis, & incarnatum de spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa virgine & dei genitrice Maria natũ, & hominem factum, & crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum patri & sancto spiritui. nec enim alium deum verbum, & aliũ Christum cognoscimus, sed vnum atque eundem ipsum consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilẽ carne, eundem ipsum impassibilẽ deitate. Vt enim est in diuinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est. in vna enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod dicũt Græci τὴν κατ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν. Id est, eam quæ secundum personam est vnitatem. *Et quoniam vnigenitus filius & verbum dei ante secula & sine tempore de patre natus, idẽ ipse & in vltimus diebus descendens de cœlis, incarnatus de spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper virgine & dei genitrice Maria, homo factus dominus noster Iesus Christus, propriè & verè*

deus

deus est:ideo & sanctam atque gloriosam virginem Mariam propriè & verè dei matrem esse dicimus:non quia deus verbum, principiũ ex ipsa sumpserit, sed quia in vltimis diebus descendit de cœlis, & ex ipsa incarnatus, & homo factus,& natus est:quem confitemur & credimus(sicut dictum est)consubstantialẽ esse patri secundum deitatem,& consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem: eiusdem miracula & paßiones,quas sponte in carne sustinuit,agnoscẽtes. ¶ *Suscipimus autẽ* 1 *sancta quatuor concilia:id est, trecẽtorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna vrbe congregati sunt,& centum quinquaginta sanctorum patrum qui in hac regia vrbe conuenerunt, & sanctorum patrum qui in Epheso primò* congregati sunt, & sanctorum patrum qui in Chalcedone conuenerunt, sicut vestra apostolica sedes docet atque prædicat.* ¶ *Omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam* 2 *apostolicæ sedis vestræ,ita credunt,& cõfitentur,& prædicant.Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatißimos episcopos, vt nec vestrã sanctitatem lateat, quæ à quibusdam paucis monachis malè & Iudaicè secundum Nestorij perfidiã denegata sunt.* ¶ *Petimus ergo vestrum paternũ affectum,vt vestris ad nos destinatis literis,& ad sanctißimũ epi-*

*hoc addit,vt excludat secundũ cõciliũ Ephesinũ profanum & dãnatum: de quo vide in primo volumine conciliorum.

sco

*ſcopum huius almæ vrbis, & patriarcham ve-
ſtrum fratrem, (quoniam & ipſe per eoſdem
ſcripſit ad veſtram ſanctitatem, feſtinans in
omnibus ſedem ſequi apoſtolicam beatitudi-
nis veſtræ) manifeſtũ nobis faciatis, quod om-
nes qui prædicta rectè confitentur, ſuſcipit ve-
ſtra ſanctitas: & eorum qui Iudaicè auſi ſunt
rectam denegare fidem, condemnat perfidiam.
Plus enim ita & circa vos omnium amor, &
veſtræ ſedis creſcet auctoritas: & quæ ad vos
eſt vnitas ſanctarum eccleſiarum, inturbata
ſeruabitur, quando per vos [a] didicerint omnes
beatiſſimi epiſcopi, eorum quæ ad vos relata
ſunt, ſynceram veſtræ ſanctitatis doctrinam.
Petimus autem veſtram beatitudinem orare
pro nobis, & dei nobis acquirere prouidentiã.*

[a] al. nos

Item ſubſcriptio talis fuit:

Deitas te conſeruet per multos annos ſancte [a] ac religioſiſſime pater.

[a] al. ſanctiſſime.

Sequitur reſiduum epiſtolæ papæ.

*LIquet igitur, imperator glorioſiſſime (vt
lectionis tenor & legatorum veſtrorum
relatio patefecit) vos apoſtolicis eruditionibus
ſtudere [a], cum de religione catholicæ fidei ea
ſapitis, ea ſcripſiſtis, ea protuliſtis, ea populis fi-
delibus publicaſtis, quæ (ſicut diximus) & ſe-
dis apoſtolicæ doctrina, & ſanctorum patrum
veneranda decreuit auctoritas, & nos confir-
mauimus † in omnibus. Opportunum eſt ergo*

[a] quo tamen nomine eũ ridet Procopius.

† malim legere, & nos cõfirmamus.

voce

Psal. 95. *voce exclamare prophetica: Iucundetur tibi, & abundet cœlum desuper, & effundant montes iucunditatem, & colles lætitia lætabūtur. Hæc igitur in tabulis cordis fideliter scribere, hæc vt pupillas oculorum conuenit obseruare. Neq; enim quisquam est in quo Christi charitas feruet, qui tam rectæ, tam veræ confeßionis vestræ fidei refragator existat: cum euidēter impietatem Nestorij, Eutychetisque, & omnium hereticorum damnantes, vnam veram catholicam fidem domini & dei nostri saluatoris Iesu Christi magisterio institutam, & propheticis apostolicisque prædicationibus vbique diffusam, & sanctorum per totum orbem confeßionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam, & nostræ doctrinæ consentaneam, inconcusse atque inuiolabiliter deuota deo & pia mente seruatis. Soli etenim profeßionibus vestris aduersantur, de quibus*

Esa. 28. *diuina scriptura loquitur dicens, Posuerunt mendacium spem suam, & mendacio operiri sperauerunt. & iterum qui secundum prophe-*

Iob 22. *tam dicunt domino, Recede à nobis: vias tuas scire nolumus. propter quod Salomon dicit, Per semitas propriæ culturæ errauerunt: colligunt autem manibus infructuosa.*

Hæc est igitur vera vestra fides: hæc certa religio: hoc beatæ recordationis (vt diximus) patres omnes præsulésque Romanæ ecclesiæ,

quos

quos in omnibus sequimur. hoc sedes apostolica prædicauit hactenus, & inconcusse custodiuit. huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum se ipse à sancta communione, alienum ab ecclesia iudicabit esse catholica. Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana inuenimus ciuitate, qui de Cumitensi monasterio fuit: quos apostolicis suasionibus ad rectā fidem, & velut oues quæ perierant errantes, ad ouile contendimus reuocare dominicum: vt agnoscant secundum prophetam linguæ balbutientes loqui, quæ ad pacem sunt. Ad non credentes autem, per nos primus apostolorum Esaiæ prophetæ[a] verbum dicit, Ambulate in lumine ignis vestri, & flammæ, quam succēdistis. Sed ob duratum est cor eorum (vt scriptum est) vt non intelligerent: & pastoris vocem oues quæ meæ non erant, audire minimè voluerunt. in quibus obseruantes ea quæ ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minimè in nostra communione recipimus, & ab omni ecclesia catholica esse iussimus alienos: nisi errore damnato doctrinam nostram quantocyus sequi habita regulari professione signauerint. Aequum quippe est, vt qui nostris minimè obedientiam accommodant statutis, ab ecclesiis habeantur extorres. Sed quia gremium suum nunquam redeuntibus claudit ecclesia: obsecro clementiam vestram

[a] Esa. 50. d. ex editione lxx. interpretum. nam editio Hieronymi non adeo facilè apud Græcos vt apud Latinos inualuit.

ſtram, vt ſi proprio depoſito errore, & praua intẽtione depulſa, ad vnitatem eccleſiæ reuerti voluerint, in veſtram cõmunionem receptis, indignationis veſtræ remoueatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis. Deum autem & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum exoramus, quatenus longæuis & pacificis vos dignetur cuſtodire tẽporibus in hac vera religione, & vnitate & veneratione apoſtolicæ ſedis: cuius principatũ vt Chriſtianiſsimi & pij conſeruatis in omnibus. Præterea sereniſsime principum laudamus legatorum veſtrorũ perſonas Hypatij & Demetrij fratrum & coëpiſcoporum noſtrorum: quos clementiæ veſtræ gratos fore ipſa manifeſtauit electio. Nam tantæ cauſæ pondus non niſi perfectis in Chriſto potuiſſet iniungi: tantæ verò pietatis, tantæ reuerentiæ plenos affatus, niſi per amãtes minime dignaremini deſtinare. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, et charitas dei patris, & communicatio ſancti ſpiritus ſit ſemper vobiſcũ, piiſsime fili. Amen. Item ſubſcriptio: *Omnipotens deus regnũ veſtrum & ſalutem veſtram perpetua protectione cuſtodiat glorioſiſsime & clementiſsime fili imperator Auguſte. D. Romæ.* VIII. *Kal. April.* DN. *Iuſtiniano* PP. A. [IIII.] & *Paulino* V. C. *Coſſ.*

Balſa

Balſamon numerat nouem conſtitutiones huius tituli: vnde quis poſſet vel vnam amplius deſiderare, vel hanc Inter claras, in duas diuidere.

Ant. Contius Lectoribus. Prolixum edictum Iuſtiniani de fide quod ex tomis conciliorum ad extremum huius tituli in editione Pariſienſi edideram, cóſultò ſuppreſſi, quia mihi poſtea conſtitit à Iuſtiniano eſſe conſcriptum poſt editionem Codicis, in concluſione ſcilicet quinti generalis concilij. itaque commodius inter edicta Iuſtiniani poſt Nouellas reiicietur.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS, ET DE REBVS & priuilegiis earum.

TIT. II.

I. Imp. CONSTANTINVS August. ad populum.

HABEAT *vnuſquiſque licentiam, ſanctiſsimo catholico, venerabiliq; concilio decedẽs bonorum, quod optauerit, relinquere: & nõ ſint caſſa iudicia eius. Nihil enim eſt quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ volũtatis (poſt quam iam aliud velle non poſſunt) liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium.* PP.

v.Non.Iul.Romæ, Crispo. II. & Constantino II. Cæs. Conss.

II. Imppp. GRATIANVS, VALENTI. & THEOD. AAA. Pancratio præfec. vrbi.*

*al. Cynegio P. P. C.Th. 9. 17. 7.

NEmo, *apostolorū vel martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam. D. III. Kal. Aug. Heracleæ. Euchario & Syagrio Coss.*

III. Impp. HONORIVS & THEODO. AA.

NEmo *martyres distrahat, nemo mercetur. Dat. III. Kal. Mar.* CP. *Honor.* N.P. & *Euodio Conss.*

IIII. Iidem AA. Niceno. PP.*

* al. Cynegio.

NOn *plures quàm nongenti quinquaginta decani sacrosanctæ huius amplißimæ vrbis deputentur ecclesiæ: nullíque his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum substituendi pateat copia: nulli alij corporatorum præter dictum numerū per patrocinia immunitate concessa, negatáque omni nouationis facultate similia vindicandi his, quæ in honorē vel necessaria obsequia sacrosanctæ ecclesiæ indulta sunt. D. VII. Kal. Sep. Eudoxiopoli. Honor.* A. V. II. & *Theo. Iuniore* A. VIII. *Cōss.*

V. Iidem AA. Melitio P. F. P.*

* CT. 16. 2. 40.

PLacet *rationabilis cōsilij tenore perpenso, districta moderatione præscribere à quibus*

bus specialiter necessitatibus singularum vrbium ecclesiæ habeãtur immunes. prima quippe illius vsurpationis contumelia depellẽda est, ne prædia vsibus cœlestium secretorum dedicata, sordidorum munerum fæce vexẽtur. nil extraordinarium abhinc, superindictúmve flagitetur: nulla translationum sollicitudo signetur. postremo nihil præter canonicam illationem, quam aduentitiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit, eius functionibus adscribatur. Si quis contra venerit, post debitæ vltionis acrimoniam quæ erga sacrilegos iure promenda est, exilio deportationis perpetuo[a] subdatur. Dat. VIII. *Kalen. Iun. Rau. Honorio* VIIII. *& Theodosio. V.* AA. *Conss.*

[a] al. perpetuæ.

VI. Iidem AA. Philippo præfecto prætorio Illyrici.

OMni innouatione[a] cessante, vetustatem & canones pristinos ecclesiasticos qui vsque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici prouincias seruari præcipimus: vt si quid dubietatis emerserit, id oporteat (non absque scientia viri reuerendissimi sacrosanctæ legis antistitis ecclesiæ vrbis Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur) conuentui sacerdotali sanctóq; iudicio reseruari. Dat. pridie Id. Iul. Eustathio & Agricola Conss.

[a] CT. 16. 2. 45.

VII. Iidem A A. Asclepiodoto.

AD instructiones itinerum pontiúmque, etiam diuinas domos et venerabiles ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus: quia nō est inter sordida munera numeratum. D. XV. *Kal. Mart.* CP. *Asclepiodoto & Mariniano Coss.*

* CT. 15. 3. 6. pars l. 4. j. de priuileg. domus Aug.

VIII. Imp. CARVS Præsidoro præfecto prætorio.

SAcrosancta Thessalonicensis ciuitatis ecclesia apertè sciat propriæ tantummodo capitationis modum beneficio nostri numinis subleuandum: nec extraneorum grauamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam. D. VI. *Id. Octobr.* CP. *Victore* V. C. *Cos.*

* aliàs, Imperator Theod. A. Isidoro. P. P. Illyrici.

IX. Impp. THEO. & VALENTINIANVS. A A. Cyro præfecto vrbi.

QVi sub prætextu decanorum seu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis se muneribus conātur subtrahere, eorum fraudibus credimus esse obuiandum: ne quis sub specie muneris quod minus exequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argētariorum vel numulariorū munera declinentur ab his qui dici tantummodo collegiati vel decani festinant. Ideóque si quis eorum sub nudæ appellationis velamine collegiatum seu decanum se appellat, sciat pro se aliū subrogandū, qui prædicto muneri sufficiens

* pars. l. 1. j. de collegiatis. libro 11.

ciens approbetur: subrogatione videlicet loco memoratorum vel eorum qui moriuntur, primatum eius qui subrogatur, admissa iudicio: ab hac dispositione nemine se excusante sacrosanctarum ecclesiarum reuerentia. D. X. *Kal. April. Theodos.* XVII. *& Festo Coss.*

X. Iidem A A. Florentio P. P.[a]

IVbemus nullam nauẽ vltra duorum miliũ modiorum capacem ante felicem embolam, vel publicarum specierum transuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua[b] *personæ publicis vtilitatibus subtractam excusari posse: nec si cæleste contra proferatur oraculum, siue annotatio sit, siue diuina pragmatica sanctio, prouidentissimæ legis regulas excusare debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus obseruari, vt generaliter si quid huiusmodi contra ius vel vtilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, nõ valeat. Quicquid enim in fraudẽ istius legis quolibet modo fuerit adtentatum: id naui gij quod excusatur, publicatione corrigimus. Dat. Theod.* A. XVII. *& Festo Coss.*

[a] Iterum collocata est hæc lex. j. li. II. tit. 3. l. vlt.

[b] al. priuilegio.

XI. Iidem A A. ad Taurum præfectum prætorio.

NEminem[c] *ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere excusari præcipimus, cum ad felicissimam expeditionem nostri numinis omnium prouincialium*

[c] pars l. 2. j. de his qui nume. &c. j. lib. 10.

per loca, quà iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi: licet ad sacrosanctas ecclesias possessiones pertineant. Dat. XIII. *Kal. Mar.* CP. *Valen.* A. V. *& Anatolio Coss.*

XII. Impp. VALENTIN. & MARTIANVS AA Palladio praefecto praetorio.

P*Riuilegia, quae generalibus cōstitutionibus vniuersis sacrosanctis ecclesiis orthodoxae religionis retro principes praestiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sanè pragmaticas sanctiones, quae contra canones ecclesiasticos interuentu gratiae vel ambitionis elicitae sunt, robore suo & firmitate vacuatas cessare praecipimus. Et quia humanitatis nostrae est egenis prospicere, ac dare operam vt pauperibus alimenta non desint: salaria etiam quae sacrosanctis ecclesiis in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa, & à nullo prorsus imminuta praestari: liberalitatíque huic promptissimae perpetuam tribuimus firmitatem. Dat.* ** *Aetio & Studio Conss.*

Noua constitutio Friderichi imperatoris. Colla. x.

Statuta contra libertatem ecclesiae vel ecclesiasticarum personarum, ipso iure sunt nulla. Bald.

Cassa

CAssa & irrita esse denunciari per totam Italiã præcipimus omnia statuta et cõsuetudines cõtra libertatem ecclesiæ eiúsque personas inductas aduersus canonicas & imperiales sanctiones, & ea de capitularibus penitus aboleri mandat noua cõstitutio: & de cætero similia attentata in ipso iure nulla esse decernit. si quid contra fiat, pœnæ quæ statutæ sunt, imminebunt. Sed si per annum huius nouellæ constitutionis aliqui inuẽti fuerint contemptores: bona eorum per totum nostrum imperium impune ab omnibus occupentur.

XIII. Iidem A A. Palladio præfecto prætorio.

GEnerali lege sancimus, siue vidua, siue diaconissa vel virgo deo dicata, vel sanctimonialis mulier, siue quocunque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis fœmina nuncupata, vel testamento vel codicillo suo, (quod tamen alia[a] omni iuris ratione munitũ sit) ecclesiæ vel martyrio, vel clero, vel monachio, vel pauperibus aliquid, vel ex integro, vel ex parte in quacunque re vel specie crediderit relinquendum: id modis omnibus ratum firmúmque consistat, siue hoc institutione, siue substitutione, seu legato, aut fideicommisso per vniuersitatem, seu speciali, siue scripta, siue non scripta voluntate fuit derelictum: omni in posterum in huiuscemodi negotiis

[a] aliàs.

ambiguitate submota. Dat. X. Kalen. Maij. C P. Anthemio Cos.

IN AVTHENTIC. *de monachis. §. illud quoque. colla. j. const. v.*

INgreßi monasteria, ipso ingressu se suáque dedicant deo: nec ergo de his testantur: vtpote nec domini rerum.

IN AVTHENTIC. *de sanctißimis episcopis. §. si qua. colla. ix. con. xv.*

SI qua mulier, aut vir liberis non extantibus, monasticam vitam elegerit, et monasterium intrauerit: monasterio quod intrauit, res eius competere iubemus. Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret: liceat ei postea inter eos diuidere, legitima nulli deminuta: & quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem substantiam inter eos filios diuidere voluerit, sua persona filiis connumerata partem sibi retineat, quæ monasterio competere debet. Sed si post ingressum monasterij moriatur antequam inter eos diuidat: filij legitimam percipient, reliqua substantia monasterio competente.

XIIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Armasio præfecto prætorio.

IVbemus nulli posthac archiepiscopo in hac vrbe regia sacrosanctæ orthodoxæ ecclesiæ

clesiæ præsidenti, nulli œconomo cui res ecclesiastica gubernanda mandatur, esse facultatem fundos vel prædia siue vrbana siue rustica, res postremò immobiles, aut in his prædiis colonos, vel mancipia constituta, aut annonas ciuiles cuiuscunq; suprema vel superstitis voluntate ad religiosas ecclesias deuolutas, sub cuiuscunque alienationis specie ad quancunque transferre personam: sed ea etiam prædia diuidere quidem, colere, augere & ampliare: nec vlli iisdem prædiis audere cedere. Verum siue testamento quocunque iure facto, seu codicillo, vel sola nuncupatione, legato, seu fideicommisso, aut mortis causa donatione, aut alio quocunque vltimo arbitrio, aut certè inter viuentes habita largitate, siue contractu venditionis, siue donationis aut alio quocumq; titulo quisquam ad præfatam venerabilem ecclesiam patrimonium suum, partémve certam patrimonij in fundis, prædiis, siue domibus, vel annonis, mancipiis, & colonis, eorúmq; peculiis voluerit pertinere: inconcussa ea omnia sine vlla penitus immutatione[a] cõseruentur. Scientes nulla sibi occasione vel tẽpore, ad vicißitudinem beneficij collocati,[a] aut gratiæ referendæ, donandi, vel certe hominibus volentibus emere, alienandi aliquam facultatem permissam: nec si omnes cũ religioso episcopo & œconomo clerici in earum possesßionum alienatio-

[a] al. imminutione.

[a] colorati, in omnibus, idque rectius.

nem consentiant. ea enim quæ ad beatißimæ ecclesiæ iura pertinent, vel posthac forte peruenerint, tanquam ipsam sacrosanctam & religiosam ecclesiam intacta conuenit venerabiliter custodiri: vt sicut ipsa religionis & fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illæsum.

1 ¶ *Sanè si hæc nostræ perennitatis statuta audaci spiritu & mente sacrilega quisquam œconomorum vel hominum temeranda crediderit: ipse quidem, qui proteruo ausu ecclesiastica prædia donationis vel emptionis seu commutationis titulo, vel cuiuscunque contractus alterius nomine (nisi eo modo, quo nunc statuimus* [a] *) acquirere [vel habere]* [b] *tentarit, omnem huiusmodi fructum propriæ temeritatis amittat: & precia quidem & munera quæ eius rei gratia data fuerint œconomo, siue aliis quibuscunque personis, ecclesiæ lucris & commodis acquirantur. Prædia autem, & in his omnia constituta, ab ipsis clericis & temporalibus œconomis cum fructibus seu pensionibus vel acceßionibus totius medij temporis vindicentur, vt* [c] *tanquam penitus à nullo empta vel vendita teneantur: quia ea quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt.*

2 ¶ *Oeconomus autē qui hoc fecerit, immo fieri passus fuerit, vel in quacunque prorsus huiusmodi venditione seu donatione vel commutatione*

[a] al. statuerimus. quæ lectio recta est.

[b] inclusa desunt in quibusdam.

[c] &, in quibusdam: quæ lectio rectior est.

tione(nisi ea,quæ " *præsenti lege concedimus) postremo in quacunque alienatione consenserit:commissa sibi œconomatus administratione priuetur:déque eius bonis quodcunque exinde in commodum ecclesiæ contigerit reformetur:heredésque eius & successores,ac posteri super hoc facto siue consensu, competenti ab ecclesiasticis personis actione pulsentur.*

" al. quæ. quod est est rectius.

3 ¶ *His tabellionibus qui huiusmodi contractuum vetitorum ausi fuerint instrumēta conscribere, irreuocabilis exilij animaduersione plectendis.*

4 ¶ *His quoque iudicibus,vel ius gestorum habentibus,qui huiuscemodi donationum vel con tractuum vetitorum gesta confecerint, dignitatis propriæ & bonorum omnium spoliatione damnandis.*

Iste §. est canonizatus. 10. q.2 §. si œconomus. hæc species alienationis postea per canones ecclesiasticos inualuit, & precariarum vel præstariarum nomen accepit. vide apud Gratianum.10.q.2.si œconomus.& cc.seq.

5 ¶ *Sanè ne omnis religiosis œconomis commodæ prouisionis via & occasio venerandis ecclesiis profutura videatur exclusa: id quod vtile plerunque iudicatur, sub cautelæ obseruatione necessario procedere concedimus.Siquando igitur vir religiosus œconomus huius regiæ vrbis ecclesiæ perspexerit expedire, vt desideranti*

cuiquam

cuiquam certarum possessionum atque prædiorum (vrbanorum scilicet siue rusticorum) ad ius ecclesiasticum pertinentiũ temporalis vsusfructus possessio pro ipsius petitione præstetur: tunc eius temporis quod inter vtrosque conuenerit, siue in diem vitæ suæ ab eo qui desiderat, postuletur : pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atque conscribat : per quæ & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur: & manifestum sit, quod quisque acceperit ab inuicem huiusmodi beneficij gratia, præstando quidem ecclesiastici prædij pro tempore vsumfructum : post statutum autem tempus & placitum, ipsorum redituum proprietate ad dominium & ius ecclesiasticum recurrente firmiter, ita scilicet vt siue completo spacio quod fuerit inter eos cõstitutum, siue mortis suæ tempore (si hoc quoque conuenerit) is qui possessionem ecclesiasticam & certorum redituum vsumfructum habendi gratia interueniente pacto susceperit, non minus, quàm alterius tantæ quantitatis quantæ acceperit reditus, cum ipsorum prædiorum dominio & rebus immobilibus, eorúmque colonis & mancipiis ecclesiæ derelinquat : nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus nõ valere, sed possessionem ecclesiasticam tãquam nullo iure transcriptam, in iure ipsius atque dominio permanere, & ab ecclesiasticis œco-

nomis

nomis vindicari. D. C P. *Iordane & Seuero Coss.*

IN AVTHEN. *de non alienandis aut permutãdis.§.nos igitur.colla.ij.constit.j.& in authen.de alien.& emphyt.§.hoc etiam super ipsis.& §.hoc vero iubemus.colla.ix.constit.iij.*

HOc ius porrectum est ad omnem venerabilem locum, omnéque collegiũ quod actio pia constituit:vt nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo seruetur in his rebus immobilibus,quæ ab imperiali domo prædictis locis applicantur.In cæteris eatenus excipitur, si debitum vrget:quod si ex mobilibus solui non poßit, primo res immobiles specialiter dentur pignori: quarum fructus creditor sibi reputet tam in sortem, quàm in vsuras vsq; ad quartam centesimæ.Quod si nolit creditor ita accipere, tunc ordinator domus apud eum à quo ordinatur,habitis absque dispendio gestis, iuret (maiore parte ibidem seruientium consentiente) & debitum existere, nec ex mobilibus solui posse.quo subsecuto, per viginti dies rem ecclesiæ venalem esse publicè notum sit:vt plus offerenti detur,precio modis omnibus pro debito dando. aliter enim res emptori non conceditur:& hoc inscribatur, nihil esse factum in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore verò non inuento,res æstimata districte creditori detur in solutum,addita in precio vniuersæ æstimat

mationis decima parte, & accedente consensu ordinatoris, & maioris partis ibidem seruientium. Sit tamen ea res mediocris inter cæteras, inspecta ipsius qualitate & quantitate & onere. Et is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat in vtilitatem diuinæ domus processisse.

IN AVTHENTIC. *de non alienandis aut permutandis.§.sicut autem.colla.ij.cōstit.j.*

Alienare vel acquirere damnosa ecclesiæ, pariter sunt prohibita.

Sicut alienatio rerum ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur ne qua sterilis ei detur possessio, aut alioqui onerosa, veluti fiscalium nomine vel onere.

IN AVTHENT. *de non alienandis. §. quia vero cognouimus.col.ij. constitut.iij.& in authen.de alie. & emphyteut.§.& quoniam. coll.ix.constit.iij.*

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Multo magis prohibetur ipsius monasterij alienatio, quæ redeat in antiquum statum, & secularem vsum.

IN AVTHEN. *de alienatione & emphyteusi.§.si vero non sint.versi.œconomis.collat.ix.constit.iij.*

Quibuscunq; modis hoc ius aliis permittitur, interdicitur certis personis res huiusmodi accipere, vt œconomo, eiúsq; cognatis: alioqui

alioqui bona eorum & œconomorum, & ordinatorum quibus coniuncti sunt, post mortem eorum peruenient ad ecclesiam, de qua rem accipiunt.

IN AVTHEN. *de non alie. aut permutan. §. quia vero Leonis. col. ij. constit. j. & col. ix. constit. iij. de alien. & emphy. §. si vero præter hæc.*

QVi res iam dictas non gratuito alienationis titulo citra formam legis accepit, rem quidem cum omni incremento medij temporis restituat: eius autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum, sed aduersus eum qui alienauit, habet. Donatarius autem & rem cũ omni causa & fructum restituat, & aliud tantũdem. Creditor quoque restituta re pignorata, crediti actionem contra solum pignoris datorem habeat. Emphyteusis acceptor & ab ea cadat: nec quod dedit, repetat: imò statim soluat quod soluturus esset vnoquoque anno si iure contraxisset. sed melius dicitur omnimodo denegãdas esse actiones huiusmodi acceptori.

IN AVTHEN. *de alie. & emphyt. §. si vero quædam sunt. col. ix. constit. iij.*

SI quas ruinas habent memoratæ diuinæ domus, quas reædificare non valent, & hæ in emphyteusin dentur perpetuam: emphyteuta vsuro materia habitationis deposita domus:

vt pensio deminuatur in tertiam partem ab ea quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur: aut primitus eo reædificãte, ex adiectis illi per æstimationem pensionibus, medietas detur religiosæ domui. nam priore casu ab initio emphyteusis præstanda est pensio.

IN AVTHENTIC. *de non alien. §. quia verò Leonis. col. j. consti. ij. & in authen. de alien. & emphyt. §. & hoc quidem. versi. licentiam. collat. ix. constit. iij.*

PErpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorũ geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege, iurantibus his quorum interest, ex eo contractu nihil ad læsionem diuinæ domus effici: solito reditu ipsius rei qui fuit cum diuino iuri dedicaretur, non minuendo nisi in sextam partem: aut si ob cladem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione in emphyteusin detur. Quòd si res preciosa quidem est, parum tamen aut nihil præstat pensionum: res subtiliter æstimanda est, vt ex hac pensio iusta constituatur: ea tamen sola dentur in emphyteusin, quæ ad hoc congrua videntur œconomo & aliis gubernatoribus.

IN AVTHENTI. *de non alienan. aut permut. §. finimus igitur. col. ij. const. j.*

Cum principe vel alia ecclesia permutatio est permissa.

Sed

Sed & permutare principi licet pro re maiori, meliori, vel æquali, si respublica hoc exposcit, & pragmatica forma super hoc præcedente.

IN AVTHENT. *Constitutio. quæ ex adscriptitio.§.quia igitur.colla.v.constit.vij.*

Item sibi inuicē rectę permutāt cum vtriusque indemnitate, eorum scilicet cōsensu interueniente, qui supra referuntur.

IN AVTHEN. *De alie. & emphy.§. si vero quis de prædictis.colla. ix.consti.iij.*

Inutile prædium propter onus fiscalium potest ecclesia alienare, seruata debita solennitate.

Item prædium propter onus fiscale inutile alienatur, gestis (vt supra) conficiendis, eodē iuramento præstito, id est quòd alia de causa non alienatur, nisi vt immunitas eiusdem venerandæ domus seruetur.

IN AVTHEN. *De alie.& emph.§.si vero quis aut locator.coll.ix. constit.iij. & de non alienan.§.scire.coll.ij.const.j.*

Non soluens ecclesiæ canonem per biennium, vel rem deteriorem efficiens, repelli potest ab emphyteutico iure.

Qvi rem huiusmodi conductam vel in emphyteusin acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biennium non soluerit, hac lege repelli po-

test, vt tamen soluat totius tẽporis pensionem: & id, in quo rem læsit, resarciat: non repetiturus si quid impendit nomine meliorationis.

IN AVTHEN. *De aliena. & emphyt. §. si vero aliquis voluerit. coll. ix. constit. iij.*

Hæc vsus præstatio locũ habet in omni domo religiosa: quo finito, res vtraque pleno iure perueniat in domum iam dictam: nec tributis quidem grauata maioribus sit ea res, quæ datur inuicem, & eiusdem reditus sit.

Cassatis omnibus factis tempore tyrannidis, priuilegia ecclesiarum in omnibus in suo robore perseuerent. Bal.

XV. Αὐτοκράτωρ Ζήνων. **

Ex Nomocanone Tit. 2. ca. 1. & aliis locis excerpta ab Anto. August.

ΕΑΝ τις δωρήσηται τὶ πρᾶγμα κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον ἢ δίκαιον εἰς πρόσωπον μάρτυρος ἢ προφήτου ἢ ἀγγέλου, ὡς αὐτῷ μέλλων εὐκτήριον οἰκοδομῆσαι, καὶ τὴν δωρεὰν ἐμφανίσει ἐφ' ὧν ἀναγκαῖόν ἐστιν· ἀναγκάζεται τὸ ἔργον κἂν μὴ ἀρχθῇ, πληροῦν * μετὰ κληρονόμων, καὶ πληρωθέντι δοῦναι τὰ τῆς δωρεᾶς. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ ξενοδοχείων καὶ νοσοκομείων καὶ πτωχείων, ἀδείας οὔσης τοῖς ἐπισκόποις καὶ οἰκονόμοις ἐνάγειν αὐτούς. τούτων δὲ πληρουμένων, ἡ διοίκησις κατὰ τὰ δόξαντα τοῖς φιλοτιμησαμένοις, καὶ τοὺς ἐπιτιθέντας ὅρους, γίνεται.

* Aliàs πληρῶσαι.

Lati

Latinè ad verbum ͨ *per Ant. Contium.*

Si quis donauerit aliquam rem mobilem vel immobilẽ vel se mouentem aut ius [aliquod] personæ martyris aut prophetæ aut angeli tãquam ipsi postea oratorium ædificaturus,& donationem insinuauerit apud quos necesse est,cogitur opus, quamuis nõdum inchoatum fuerit,perficere per se vel per heredes,& perfecto operi dare ea quæ donatione continentur.Idem & in Xenodochiis & Nosocomiis & Ptochiis obtinet,licentia danda episcopis & œconomis conuenire ipsos.His verò adimpletis, administratio secundum ea quæ his qui liberalitatem exercuerũt, visa fuerunt,& secundum præscriptos fines,fiat.

Hanc legem Ant. Augu. ait esse vel Leonis vel Zenonis. nos verò Zenonis. quia invenimus libris sequẽs l. Decernimus ita inscribitur, Idem A. Sebastiano. P P. Contius.

XVI. Iidem AA. Sebastiano P.

Decernimus vt antiquatis ac infirmatis funditus his quæ contra ipsum orthodoxæ religionis deumͩ *quodammodo facta sunt, in integrum restituãtur vniuersa,& ad suum ordinem reuocentur,quæ ante professionem nostræ mansuetudinis de orthodoxæ religionis fide,& sanctissimarum ecclesiarum & martyriorum statu firmiter obtinebant:his quæ contra hæc tempore tyrannidis*ͩ *innouata sunt tam contra venerabiles ecclesias,quarum sa-*

* dominũ.

* Basilicæ scilicet tyrãni. quãuis Acc. & alij intelligant Odoacrẽ.

cerdotium gerit beatißimus ac religiosißimus episcopus patriarcha nostræ pietatis pater Acacius, quàm contra cæteras, quæ per diuersas prouincias collocatæ sunt, necnon & reuerendißimos earum antistites, seu de iure sacerdotalium creationum, seu de expulsione cuiusquã episcopi à quolibet his temporibus facta, seu de prærogatiua in episcoporum concilio, vel extra cõcilium ante alios residendi, vel de priuilegio metropolitano vel patriarchico sub iisdem impiis temporibus, penitus antiquandis: vt cassatis & rescißis quæ per huiusmodi sceleratas iußiones, aut pragmaticas sanctiones, aut constitutiones impias siue formas subsecuta sunt; quæ à diuæ recordationis retro principibus ante nostrum imperium, & deinceps à nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super sanctis ecclesiis, & martyriis & religiosis episcopis & clericis aut monachis, inuiolata seruentur. Sacrosanctam quoque huius religiosißimæ ciuitatis ecclesiam, & matrem nostræ pietatis & Christianorum orthodoxæ religionis omnium, & eiusdem regiæ vrbis sanctißimam sedem, priuilegia & honores omnes super episcoporum creationibus, & iure ante alios residendi, & cætera omnia quæ ante nostrum imperium, vel nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter regiæ vrbis intuitu iudicamus &

san

ſancimus. Da. XVI. Kal.Ianu. Armatio v. C. Conſſ.

XVII. Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος.

Τὰ προνόμια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς διοικουμένων καὶ χορηγουμένων εὐαγῶν οἴκων φυλαττέσθωσαν. αἱ δὲ ἄλλαι ἐκκλησίαι καὶ μοναστήρια καὶ πτωχεῖα καὶ ξενοδοχεῖα καὶ ὀρφανοτροφεῖα τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς καὶ τὰ ὑπὸ τὴν χειροτονίαν τοῦ ἐπισκόπου αὐτῆς, ὅταν ἢ τῶν παρ' αὐτοῦ χειροτονουμένων μητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων χειροτονουμένων ἀκίνητον ἢ πολιτικὴν σίτησιν οὐκ ἐκποιῶσιν, εἰ μὴ ἐπωφελὴς εἴη πρᾶσις ἢ ὑποθήκη ἢ ἀνταλλαγὴ ἢ διηνεκὴς ἐμφύτευσις, τουτέστιν, ὅτε τὸ τίμημα τοῦ πιπρασκομένου ἢ τὸ δανεισθὲν ἐπὶ ὑποθήκῃ μέλλοι προχωρεῖν εἰς ἐκλύτρωσιν χρέους ἐκ διαδοχῆς ἢ χρείας ἑτέρας ἀναγκαίας ἐπικειμένας τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ ἢ ἐφ' ᾧ ἕτερον ἀναγκαιότερον ἐκτίσασθαι πρᾶγμα ἢ εἰς κατ' ἐπείγουσαν τοῦ εὐαγοῦς οἴκου ἀνανέωσιν καὶ ἀνταλλαγὴν ποιοῦσιν ἐπὶ ἀναγκαιοτέρῳ πράγματι καὶ πρόσοδον οὐκ ἐλάττονα τοῦ διδομένου ἔχοντι καὶ ἐμφυτεύσεις μὴ μειουμένης τῆς προσόδου ἢ παντελῶς ἀπόρου ὄντος τοῦ πράγματος. τὰ γὰρ διὰ τὴν ἀπορίαν ἐπιζήμια δωρεῖσθαι καὶ ἐγχωρεῖν δύναται. τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύει εἰ μὴ μία τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήσει φανερωθῇ ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τῷ μαγίστρῳ κήνσου,

Ex collectiōe Græca eccleſiaſticarū conſtitutionū. huius Anaſtaſianæ conſtitutionis fit mētio in Nouel. 7. De non alienandis rebus eccle.

ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδίκοις προκειμένων τῶν ἁγίων γραφῶν καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν παρόντων τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐνδημούντων κληρικῶν ἐπὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς ἄλλους μοναχοὺς, ἐπὶ δὲ τῶν πτωχείων τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν ὑπουργούντων καὶ τῶν πτωχῶν, ἐπὶ δὲ τῶν ξενώνων τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν ἐνδημούντων πάντων ὑπουργῶν τῆς διοικήσεως, καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὀρφανοτροφείων ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον, συναινοῦντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων ἐν οἷς τοῦτο σύνηθές ἐστι γίνεσθαι καὶ μὴ δυναμένου τοῦ Μαγιστριανοῦ ἢ τοῦ ἐκδίκου παραιτεῖσθαι καταλαμβάνειν τὸν σεβάσμιον οἶκον ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη συνίσταται πρᾶξις ἀζημίως καὶ ἐκδικούντων αὐτήν. ὑποκείνται γὰρ ἐκ παραβασίας ποινῇ χρυσίου λιτρῶν. Κ. καὶ μετὰ ταῦτα γίνεται συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν καὶ περὶ τῶν ὑπομνημάτων πράξεως καὶ περὶ προσηγορίας τῶν παραγινομένων καὶ παρ᾽ ὧν συνίσταται. εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων παροφθείη, ὁ μὲν δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ τοῦ χρέους καὶ τῶν τιμῶν, ὁ δὲ λαβὼν εἰς ἀντάλλαγην καὶ οὗπερ ἔδωκε καὶ οὗπερ εἴληφεν ἐκπίπτει. ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβὼν, ἢ δωρεὰν ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην, ἀναδίδωσιν ὅπερ εἴληφε, καὶ ποσότητα ἑτέραν ἧς ἄξιον ἐστι τὸ δοθὲν, χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γίνεσθαι ἐκ-

κλησ

κλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἐσομένοις εὐαγέσιν.

¶ Ὑπόντων δὲ κινητῶν ἔξωθεν τῶν ἱερῶν "σκευῶν, καὶ ἀρκούντων εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἀργεῖ τῶν ἀναγκαίων ἀκινήτων καὶ τῶν ἄρτων ἡ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.

Latinè per Ant. Contium.

PRiuilegia magnæ ecclesiæ Constantinopoleos & sub ipsa administratarum & sustentatarum "venerabilium domorum custodiuntor. Aliæ autem ecclesię & monasteria & ptochia & xenodochia,& orphanotrophia eiusdem ciuitatis & confiniorum " eius, & quæ sub ordinatione episcopi eiusdē sunt, quíque ab eo ordinantur metropolitę, aut qui ab illis immobile quid aut ciuiles panes ne alienanto, nisi vtilis sit venditio, aut hypotheca aut permutatio,aut perpetua emphyteusis: hoc est quando pretiū eius quod venditur aut mutuum quod sub hypotheca sumitur profuturum est ad liberationem debiti ex successione contracti,aut ad vsus alios necessarios loco venerabili impédentes,aut ad aliam magis necessariā rem redimendam,aut ad imminentem venerabilis domus restaurationem,& si permutationem faciant,eam faciant

*ipsa Nouella integra vocabat ἱερὰ ἀναθήματα. vt græca quędā expositio refert. Contius.

"vetus interpres Autenticarum,quarum illa prærogationē habet.

*sic vete. Interp. in No. 7. vbi huius legis fit mētio & derogatio seu abrogatio.

cum re magis neceſſaria & reditũ non minorem eo quod datur habente, & emphyteuſim quoque [faciant]abſque reditus deminutione,aut de re ſeu poſ ſeſſione minus idonea [ſeu fœnea].Nã quæ ob ſterilitatem damnoſa ſunt,donari & concedi poſſunt. Id verò quod geſtum erit non aliter valeat, niſi vna ex ſupradictis cauſis in actis manifeſtetur.Byzantij quidem apud Magiſtrũ cenſus, in prouinciis autem apud defenſores [ciuitatum]propoſitis ſanctis ſcripturis, & pro eccleſiis quidẽ,præſentibus œconomis, & qui in his morantur clericis,pro monaſteriis autem præſentia requiritur Abbatum & cæterorum monachorum, pro ptochiis vero adminiſtratoris & miniſtrorum, & pauperum, pro xenonibus autem adminiſtratoris & omnium qui inuenientur miniſtrorum gubernationis, & ſimiliter in orphanotrophiis obſeruator, ita vt obtineat quod pluribus placuerit conſentiente etiam epiſcopo locorum in quibus conſuetum eſt fieri. Non valente Magiſtro cenſus aut defenſore ſe excuſare quominus ſuſcipiant ac comprehendant venerabilem domum in qua talis conficitur actio

ctio indemniter, & defendant ipsam.
subiiciantur enim ob prætergressio-
nem, pœnæ auri librarum viginti. Et
post hæc fiant instrumenta mentionem
facientia causarum, & monumento-
rum confectionis & appellationis eo-
rum qui adfuerunt, & apud quem con
fecta sunt. Si quid autem supradicto-
rum prætermissum fuerit, tam fœne-
rator, quàm emptor excidat ipsa re
& credito & pretio, qui vero in per-
mutationem accepit, & id quod de-
dit & id quod cœpit, amittat. qui ve-
ro in emphyteusim super propriam vi-
tam accepit vel donationem vel con-
cessionem prohibitam, reddit quod
accepit, & quantitatem alteram quan-
ti est id quod datum est. Locum
autem habent prædicta & in futuris
ecclesiasticis rebus & in præteritis aut
præsentibus. Existentibus autem re-
bus mobilibus extra sacra vasa & suf-
ficientibus ad dictas causas cesset ne-
cessariarum immobilium rerum, &
panum, tam alienatio quàm hypo-
theca.

XVIII. Ο αὐτὸς Αὐτοκράτωρ
[Ἀναστάσιος.]

Η Μεγάλη, καὶ τὰ λοιπά &c. Η διάταξις ἀφορίζει τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως. ο. λίτρας χρυσίου πρόσοδον, εἰς τὸ τὰς κηδείας ἀδαπάνους ἐν Κωνσταντινουπόλει γίνεσθαι. ¶Καὶ μέχρι τῶν νέων τειχῶν καὶ βλαχέρνας. αἱ γὰρ συκαὶ, μέρος εἰσὶ τῆς πόλεως. ὁρίζει κατὰ τῶν παραβαινόντων ποινὴν, ἀνα. Ν. χρυσίου λιτρῶν.

Latinè per Ant.Contium.

COnſtitutio adſignat magnæ eccleſiæ Conſtantinopoleos, ſeptuaginta librarum auri reditum, eam ob cauſam vt ſcilicet exequiæ ſine ſumptu & gratis fiant in vrbe Conſtantinopolitana. Et vſque ad nouos muros, & Blachernas. Nam Sycæ [ſeu Sycorum tranſitus] pars ſunt ciuitatis. Statuit contra delinquentes, pœnam quinquaginta auri librarum.

XVIIII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ P. P.

ILlud quod ex veteribus legibus licet obſcure poſitis à quibuſdam attentabatur, vt donationes ſuper piis cauſis factæ, licet minus in actis intimatæ eſſent, tamen valerent: certo & dil

dilucido iure taxamus, vt in aliis quidem casibus iura vetera super intimandis donationibus intacta maneant. si quis verò donationes vsque ad quingentos solidos in quibuscunque rebus fecerit vel in sanctam ecclesiam, vel in xenodochium, vel in nosocomium, vel in orphanotrophium, vel in ptochotrophium, vel in gerontocomiũ, vel in brephotrophium, vel in ipsos pauperes, vel in quancunque ciuitatem: istæ donationes etiam circa actorum confectiones conualescant. Sin vero amplioris quantitatis donatio sit (excepta scilicet imperiali donatione) non aliter valeat nisi actis intimata fuerit: nulli danda licentia quacunque alia causa quasi pietatis iure subnixa, præter eas quas specialiter exposuimus introducenda, veterum scita super intimandis donationibus permutare. * *Data videtur Iustiniano* A. II. *Cos.*

XX. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός Α.

Epitome.

Οὔτε κατὰ τὸν θεῖον τύπον, οὔτε κατὰ πρόσταξιν τῶν ἀρχόντων, ἔξεστι μετάγειν στρατιωτικὰς σιτήσεις εἰς εὐαγεῖς οἴκους ἢ κληρικούς.

Latinè. Ant. Cont.

NEque per sacras formas, neque per iussionem magistratuum, licet transferre militares annonas ad pias domos, aut clericos.

Vasa sacra & vestes sacræ non possunt pignorari vel alienari prçterquam in redemptionem captiuorum: aliàs à recipiente vindicantur omni exceptione remota. Bald.

XXI. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

Sancimus nemini licere sacratißima atq; arcana vasa, vel vestes, cæteráque donaria quæ ad diuinam religionem necessaria sunt (cum etiam veteres leges ea quæ iuris diuini sunt, humanis nexibus non illigari sanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecã, vel pignus trahere: sed ab his qui hæc suscipere ausi fuerint, modis omnibus vindicari tam per religiosißimos episcopos, quàm per œconomos, necnon & sacrorum vasorum custodes: nulla eis actione relinquenda vel super recipiendo precio, vel fœnore exigendo pro quo res pignoratæ sunt: sed omnibus huiusmodi actionibus respuẽdis, ad restitutionem eorum omnibus modis coartari. Sin autem vel conflata sunt vel fuerint, vel alio modo immutata vel dispersa: nihilo minus vel ad ipsa corpora, vel ad ipsa precia eorum exactionem competere siue per in rem, siue per condictionẽ, siue per in factum actionem: cuius tenor in multis & variis iuris articulis sæpe est admissus: excepta videlicet causa captiuitatis & famis, in locis his in quibus hoc (quod abominamur) contigerit. Nam si necessitas fuerit in redemptione captiuorum,

tunc

tunc & venditionem præfatarum rerum diuinarum, & hypothecam & pignorationes fieri concedimus: quoniam nō absurdum est animas hominum quibuscunque vasis vel vestimentis præferri: hoc obtinente non solum in futuris negotiis, sed etiam in iudiciis pendentibus.

IN AVTHENTIC. *de alie. & emphy. §. pen. in fin. col. ix. consti. iij.*

Ista authentica addit alium casum in quo vasa sacra possunt alienari.

PRæterea si habeat ecclesia superflua vasa cū debitrix sit, nec aliunde soluere possit: ne quid immobile alienetur vel distrahatur, integra ea (gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio) vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alij vendantur, quo magis debitum persoluatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc obseruationem: eisdem pœnis subiaceat quæ in rebus immobilibus sunt prodita.

Ecclesiæ lucratiuam descriptionem non soluunt.

XXII. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

SAncimus res ad venerabiles ecclesias, vel xenones, vel monasteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel ptochotrophia, [vel

nosoco-

nosocomia,] vel brephotrophia, vel denique ad aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curiali liberalitate, siue inter viuos, siue mortis causa, siue in vltimis voluntatibus habita, à lucratiuorum inscriptionibus liberas immunésque esse: lege scilicet quæ super huiusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente: in parte autem ecclesiastica, vel aliarum domuum quæ huiusmodi piis consortiis deputatæ sunt, vigorem suum pietatis intuitu mitigante. Cur enim non faciamus discrimen inter res diuinas & humanas? & quare non competens prærogatiua cœlesti fauori conseruetur? quam oportet non solum in casibus quos futurum tempus creauerit, sed etiam in adhuc pendentibus & iudiciali termino vel amicabili compositione necdum sopitis obtinere. Recitata septimo miliario huius inclytæ ciuitatis, in nouo consistorio palatij Iustiniani.

Ecclesia & ciuitas in rebus relictis iure hereditario, legatis, donationibus, & venditionibus, habet priuilegia circa præscriptionem cétum annorum, & circa dominij acquisitionem sine traditione possessionis, & habent personalem hypothecariam, & etiam in rem actionem. Bart.

XXIII. Idem A. IVLIANO P. P.

Vt int

*VT inter diuinum publicumq; ius, & priuata commoda, competens discretio sit: sancimus, si quis aliquam reliquerit hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum, vel donationis titulo aliquid dederit, vel vendiderit, siue sacrosanctis ecclesiis, siue venerabilibus xenonibus, vel ptochotrophiis, * vel monasteriis masculorũ vel virginum, vel orphanotrophiis, vel brephotrophiis, vel gerontocomiis, necnon iuri ciuitatum: vel donatorum, vel vẽditorum, vel relictorum eis sit longæua exactio, nulla temporum solita præscriptione coartanda. Sed & si in redemptionem captiuorum quædã pecuniæ vel res relictæ, vel legitimo modo donatæ sunt: & earum exactionem longissimam esse censemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis huiusmodi actiones circuncludi: sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum vitæ hominum tempus eligimus: & non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi centum annorum curricula excesserint. tunc enim tantummodo huiuscemodi exactionẽ euanescere sinimus. Siue itaq; memoratis religiosissimis locis vel ciuitatibus hereditas, siue legatũ vel fideicommissum fuerit relictum, siue donatio vel venditio processerit, in quibuscunque rebus, mobilibus vel immobilibus, vel se mouentibus, siue pro redemptione*

* ptochiis.

ptione captiuorum quædam fuerint derelicta vel donata, sit eorum penè perpetua vindicatio, & ad annos centũ (secũdũ quod iã dictũ est) extẽdatur: nulla alia exceptione tẽporis inhibenda, siue contra primas personas, siue contra heredes vel successores eorum moueatur. In his autem omnibus casibus non solum personales actiones damus, sed etiam in rem, & hypothecariam, secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ legatariis & fideicommissariis hypothecariam donauit: & supradictis omnibus vnum tantummodo terminum humanæ vitæ imponimus, id est centũ metas annorũ. hæc autẽ omnia obseruari sancimus & in his casibus qui vel postea fuerint nati, vel iã in iudiciũ deducti sunt. D. DN. *Iustiniano* PP. A. *Cos.*

IN AVTHENTIC. *de eccl. tit. §. pro temporalibus autem. colla. ix. consti. vj.*

Hodie vbi contra priuatum haberet locum præscriptio 10.20.vel.30.annorum, gaudet ecclesia spacio 40.annorum, sublato cẽtum annorum spacio, quod soli ecclesiæ Romanæ reseruatur in priuilegium. Salyc.

*Q*VAS *actiones aliàs decennalis, aliàs vicẽnalis, aliàs tricẽnalis præscriptio excludit: hæ si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur, vsucapione triennij, vel quadriennij præscriptione in suo robore durãtibus, sola Romana ecclesia gaudente cẽtum annorũ spacio vel priuilegio.*

XXIIII.

XXIIII. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός. *

Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλή. ¶Ἡ παρ' οἰκονόμου δικαίῳ γινομένη ἔκδοσις, ἄκυρός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ὡς μήτε τῷ νόμῳ γνωριζομένη. ¶Ἐὰν ἔμπρακτος ἄρχων Κωνσταντινουπόλεως δι' ἑαυτοῦ ἢ μέσου προσώπου παρὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀκίνητον ἐκλάβῃ, τὸ πραχθὲν ἄκυρον, καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν διατίμησιν τοῦ πράγματος, ὁμοίως καὶ οἰκονόμος. εἰ δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πείσῃ ἢ ἀναγκάσῃ τινὰ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα, καὶ τὸ πραχθὲν ἄκυρον, καὶ τὸ δοθὲν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας ἀποδίδοται αὐτῇ, καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑπόκειται ποινῇ Κ. χρυσίου λιτρῶν, αὐτὸς καὶ ὁ τὸ πρᾶγμα δοὺς καὶ ὁ λαβὼν ἐπὶ τῷ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ συνάλλαγμα τὸ δοθὲν αὐτῷ δίδωσι διπλοῦν καὶ πάντα προσκυροῦνται τῇ ἐκκλησίᾳ. ¶Περαιτέρω τῶν Κ. ἐτῶν ἀκίνητον τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ μισθοῦται. ¶Μόνοις εὐπόροις δεῖ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεύειν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου καὶ δύο διαδοχῶν κληρονόμων, καὶ μὴ κουφίζειν πλέον τοῦ ἕκτου μέρους τοῦ σωζομένου κανόνος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκδόσεως. εἰ δὲ βλάψῃ τὸ πρᾶγμα ἐνισταμένου τοῦ χρόνου ἐξωθοῦνται καὶ τὴν ζημίαν ἀποθεραπεύει. εἰ δὲ ῥαθυμήσει ὁ οἰκονόμος, ἢ ἀπόροις ἐκδῷ, ἐπιγινώσκει τὴν βλάβην.

Epitome.

Latinè per Antonium Contium.

COnstantinopolitana ecclesia, omnium aliarum est caput. Iure colonario facta concessio, irrita est in ecclesiasticis, vtpote neq; iure cognita. ¶ Si in actu magistratus Constantinopoleos, per se vel mediam personam à magna ecclesia immobile acceperit, id quod gestum erit, irritum erit & dabit ecclesiæ æstimationem rei. Similiter & œconomus. Si vero & per alium modum persuaserit, aut coegerit, peruenire ad se ecclesiasticã rem, & id quod gestum fuerit, infirmum sit, & pro illo datum in personam ecclesiæ restituitur ipsi, & prçterea subiicitur pœnæ viginti auri librarum ipse & ille qui rem dedit & qui accepit ob eam rem quod curauit fieri contractum. Datum ipsi reddit duplũ & omnia adquiruntur ecclesiæ. Vltra viginti annos res immobilis ecclesiæ ne locator Solis locupletibus licet & oportet ecclesiasticas res in emphyteusin dare propter restitutionẽ aspectus. Excedi autem non oportet vitam emphyteusin capientis & duorum deinceps eius

ius heredum, neque releuari amplius ſexta parte ſeruati canonis in tempore traditionis. Si autem lædatur res inſtante tempore expellitur & damnum ſarcit. Si verò negligenter verſatus fuerit œconomus aut minus idoneis in emphyteuſim dederit, ipſe agnoſcat damnum.

X X V.

Epitome.

Οἱ χαρτουλάριοι τῆς ἐκκλησίας τῆς μεγάλης οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον αὐτῆς κατὰ μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ἢ ἕτερον τρόπον. Γίνονται οἱ χαρτουλάριοι ἡγουμένου λιβέλλου, καὶ φέροντος ὑπογραφὴν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ οἰκονόμου καὶ ἐὰν τὶς αὐτῶν φανῇ κλέπτων ἢ παραδιδοὺς ἢ ἄλλως ἀνεπιτήδειος, ἔξεστι τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν τοῦ καταλόγου. Γίνονται δὲ εἰς σκρινίον τῆς ἀνατολῆς χαρτουλάριοι. ιε. εἰς τὸ ἀσιανῆς. ιϛ. εἰς τὸ πόντου. ιε. εἰς τὸ ἐνοίκιον. ιε. εἰς τὸ θράκης. η. εἰς τὸ τοῦ Ἀντιόχου. ϛ. εἰς τὸ τοῦ καλοποδίου. ϛ. εἰς τὸ τοῦ ἀναλώματος. ι. εἰς τὸ τῶν ληγάτων. θ. καὶ λαμβάνουσι λόγῳ συνηθειῶν ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις πεντηκοστὰς, ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ λοιποῖς συναλλάγμασιν, ἑκατοστὴν, εἰ δὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημένον ἀριθμὸν γίνεται χαρτουλάριος ἐκπίπτει καὶ

διδῶσι τῇ ἐκκλησίᾳ. ιε. λίτρας καὶ ὁ ποιήσας αὐτόν. κ. μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ οἰκονόμοι λογιζέσθωσαν γνώμῃ τοῦ πατριάρχου τὴν γινομένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς καὶ μισθωταῖς καὶ διοικηταῖς ἑκάστου μὲν οἰκονόμου ζητουμένου τὰ περὶ ὑφ' ἑαυτὸν διοικήσεως, τῶν δὲ λοιπῶν κατὰ πρόσταξιν ἄγραφον τοῦ πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογραφομένου τὸ ἀνέγνων καὶ τὸ χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον οἴκοθεν καὶ οἱ οἰκονόμοι διδόασιν. περὶ δὲ λογιζομένης δαπάνης καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμβάνουσιν οἱ χαρτουλάριοι ἑκατοστὰς ὁ δὲ πλέον λαμβάνων καὶ περὶ ὑπουργίας τοῦ χαρτουλαρίου καὶ περὶ ἐργατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει παραχρῆμα δεῖ τοὺς οἰκονόμους κατὰ μῆνα ἢ τὸ μήκιστον ὑπὲρ δύο λογοποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρκαρίους ἐπεὶ κινδυνεύουσιν.

Latinè per Antonium Contium.

CHartularij ecclesiæ magnę, neque per intermediam personam possunt accipere rem immobilem ipsius per conductionem aut emphyteusim aut alium modum. Fiunt chartularij præeunte libello, & ferẽte subscriptionem tã patriarcha quàm œconomo. & si quis ipsorũ apparuerit surripuisse

aut

aut transtulisse aut aliàs inutilis esse, licet patriarchæ & œconomis eum expellere de catalogo. Fiunt autem ad scrinium Orientis, chartularij xv. ad Asinianæ, xvi. ad Ponti, xv. ad domesticorum, xv. ad Thraciæ, viii. ad Antiochi, vi. ad Calopodij, vii ad expensarum, x. ad legatorum, ix. & accipiũt ratione consuetudinum, pro emphyteuticis quidem instrumentis, quinquagesimas, pro conductionalibus verò, & cæteris cõtractibus centesimam. Si verò suprà præfatum numerũ chartularius fiat, eiicitur & dat ecclesiæ xv. libras, & qui fecit illum xx. Cum inquisitione diligenti œconomi discutiuntor, sententia Patriarchæ, factam impensam ab emphyteutis & conductoribus & administratoribus, vnoquoque ex œconomis inquirente, in sibi commissa administratione. Reliquarum vero rationem inquirent ex iussione scripta Patriarchæ qui rationibus subscribet, hoc. RELEGI. & quod extra hanc obseruationem discussum fuerit, de domo sua œconomi præstabunt. Imputatæ autem seu acceptolatæ impensæ & illatarum pecuniarum

accipiũt œconomi centeſimas. qui autem plus accipit, & miniſterio chartularij & ſacra dignitate excidit. Incontinenti oportet œconomos ſingulis menſibus aut ad ſummũ*, binis, rationes reddere apud arcarios. ſin minus, periclitabuntur.

XXVI. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς αὔγουστος Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Ἐπειδήπερ ἐν πολλαῖς ἤδη διαθήκαις εὕρομεν τοιαύτας ἐνστάσεις, καθ' ἃς ἢ δὴ ὁλοκλήρου τις ἔγραψε τὸν δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν κληρονόμον, μὴ προσθεὶς εὐκτήριον οἶκον μηδένα: ἢ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δὴ ἡμισείας ἢ ἄλλης μοίρας. ἤδη γὰρ πλείοσι διαθήκαις κατὰ τοῦτον γενομέναις τὸν τρόπον ἐντυγχάνομεν, καὶ πολλὴν ἀμηχανίαν ἐντεῦθεν ὅσα κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἑώρωμεν νόμους, καὶ τοῦτο ἐπανορθούμενοι, θεσπίζομεν, εἰ μὴ τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γράψειέ τις κληρονόμον, ἢ δὴ ὁλοκλήρου, ἢ ἐκ μέρους ἄντικρυς δοκεῖν τὴν κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν, ἢ τὴν κώμην, ἢ τὸ χωρίον, ἐφ' ἧς καθέστηκεν ὁ τελευτήσας, ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐνίστασθαι κληρονόμον, καὶ εἰς ὁλόκληρον τὴν ἔνστασιν ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων αὐτῆς οἰκονόμων ἢ εἰς τὸ μέρος καθ' ὅσον κληρονόμος ἐγράφη, αὐτὸ τὸ κράτιστον, ἢ καὶ ληγάτων ἢ φιδεϊκομμίσσων καταληφθείη. καὶ ταῦτα διαφέρειν ταῖς ἁγιωτάταις

* τὸ μήκιστον. Ant. Aug. verterat, minimũ. itẽ verbũ Incontinẽti ad ſuperiorem clauſulã retulerat. nos ad ſequentem.

ταῖς

τας ἐκκλησίαις ἐφ' ὧτε εἰς πτωχῶν ἀποτροφὴν
αὐτὰ προχωρεῖν. εἰ δὲ ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀρχαγγέ-
λων ἐμνήσθη, ἢ τῶν περισήμων τῶν μαρτύρων, μὴ
ποιησάμενος οἴκου μνείαν, τοῦτο ὅπερ ἴσμεν πα-
ρά τινες διατυπωθὲν, καὶ τοι τῶν ἐπιφανῶν γε-
γονότος, καὶ τῷ περὶ λόγους καὶ νόμους ἐνδεδο-
κιμηκότος παιδείᾳ· εἰ μὲν ἐστι κατὰ τὴν πό-
λιν ἐκείνην ἢ τὴν ἐνορίαν αὐτὴν, εὐκτήριος
οἶκος εἰς τιμὴν ἐκείνου τοῦ σεβασμιωτάτου ἀρ-
χαγγέλου ἢ τοῦ ἁγιωτάτου μάρτυρος, αὐτὸν δο-
κεῖν γεγράφθαι κληρονόμον. εἰ δὲ οὐκ ἔστι κατὰ
τὴν αὐτὴν πόλιν, ἢ τὴν ἐνορίαν τοιοῦτος οἶκος,
τηνικαῦτα, τοὺς κατὰ τὴν μητρόπολιν σεβασ-
μίους οἴκους. καὶ εἰ κατ' αὐτὴν γοῦν εὑρεθείη
τοιοῦτός τις οἶκος, ἐκείνῳ δοκεῖν τὴν κλῆρον, ἢ
τὸ πρεσβεῖον, ἢ τὸ φιλεϊκομμίσσον καταλελεῖ-
φθαι. εἰ δὲ μὴ ἑκάστῃ φανείη τοιοῦτος τις οἶκος
ὤν, αὖθις τὰς κατὰ τόπον ἁγιωτάτας ἐκκλη-
σίας τοῦτο λαμβάνειν, δηλονότι ταῖς ἁγιωτάταις
ἐκκλησίαις ἅπαντες οἱ κῆποι δικαίως παραχω-
ροῦσιν οἶκοι, πλὴν εἰ μὴ γένοιτο πρόδηλος ὁ τε-
λευτήσας ἕτερον μέντοι ἐνθυμηθεὶς ὄνομα προ-
σθεῖναι, ἕτερον δὲ εἰπών, διὰ τὸ καὶ τὸ τοιοῦτον
ἡμᾶς γνόντας κατά τινα διαθήκην ἐπὶ τοῦ
πόντου γενέσθαι, κινῆσαι πάλιν ἀντὶ τοῦ γε-
γραμμένου παρασκευάσαι κρατῆσαι τὸ ἀληθές.
εἰ μέντοι ὁ μὲν διαθέμενος ῥητὸν μὴ θείη τό-
πον, εὑρεθείη δὲ τοῦ αὐτοῦ ἐνίματος ἐν ἐκείνῃ
τῇ πόλει ἢ τῇ παροικίᾳ εὐκτήρια πολλὰ κα-

*θεστῶτα, εἰ μὲν ἔν τινι τούτων συχνῶς ὁ τελευ-
τήσας ἐφοίτα καὶ τινὰ πρὸς αὐτὸ μείζονα εἶχε
προσπάθειαν, ἐκείνῳ δοκεῖν καταλελεῖφθαι τὸ
πρεσβεῖον. εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτο εὑρίσκοιτο, μᾶλλον
ἐκ τοῦ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐνδεεστέρῳ οἴκῳ καὶ δεο-
μένῳ βοηθείας τυχεῖν δοκεῖ τὸ τοιοῦτον κα-
ταλελεῖφθαι πρεσβεῖον, ἤτοι τὴν κληρονομίαν.*
Dat. XIII. *Kalen. Nouemb.* C P. *Lampa. &
Orest.* VV. CC. *Conss.*

Latinè per Ant. Cont.

QVoniam in plerisque nuper te-
stamentis inuenimus eiusmodi
institutiones, quibus ex asse
quis scripserat Dominum nostrum Ie-
sum Christum heredem, non adiiciens
oratorium aut templum vllum, aut ip-
sum Dominum Iesum Christum ex
semisse vel aliis inæqualibus partibus,
alium vero quempiam ex dimidia vel
alia portione. Iam enim in complura
huiusmodi testamenta incidimus, cum
videremus multam exinde incertitu-
dinem secũdum veteres leges exoriri,
Nos hoc etiam emendantes sancimus,
si quidem dominum nostrum Iesum
Christum scripsit quis heredem vel
ex asse vel pro parte, manifeste videri
ipsius ciuitatis vel castelli vel agri in
quo

quo constitutus erat defunctus, ecclesiam sanctissimam institutam esse heredem,& hereditatem peti debere per Deo amantissimos eius œconomos ex asse vel pro parte ex qua heres institutus est. eodem obtinente & si legatum vel fideicommissum relictum sit: vt ipsa competãt sanctissimis ecclesiis ad hoc quidem vt ad pauperum alimoniam conferant. Si vero vnius ex archangelis meminerit, vel venerandorum martyrum, nulla facta ædis mentione (quod quidem etiam nouimus à quodam factũ qui ex illustribus erat, & in omni verborum & legum doctrina spectatissimus) si quidem aliquis sit in illa ciuitate vel vicinia eius venerabilis locus in honorem illius reuerendissimi archangeli vel martyris constructus, videri ipsum scriptum esse heredem. si vero nullus talis locus est in illa ciuitate viciniáve eius, tunc venerabilia loca quæ in metropoli eius sunt, videri instituta: & si quidem in ipsa metropoli inuentus fuerit talis aliquis locus, illi proculdubio videri relictam vel hereditatem vel legatum vel fideicõmissum. Si vero illic nullus talis locus apparet, denuo eccle-

ſias quæ in illo loco ſunt, capere id debere. Sane ſanctiſſimis eccleſiis omnes aliæ domus cedunt, niſi cõſtet defunctum aliud nomen ſenſiſſe & voluiſſe adiicere, & aliud dixiſſe. nam tale quid accidiſſe & nos ſcimus in cuiuſdam Pontici teſtamento, & tunc etiam conſtitutum fuiſſe vt contra ſcriptum veritas obtineret. Si autẽ teſtator certum locum non appoſuerit, multa autem templa eiuſdem tituli aut nominis in illa ciuitate inuenta fuerunt vel eius vicinia, ſi quidem in aliquo illorum defunctus frequenter verſabatur, & maiorem erga illud habebat affectionem, illi templo videri legatum relictum. Si vero nihil tale inuenietur, maxime ei templo ex multis eiuſdem nominis videatur relictum legatum vel hereditas, quod eſt cæteris indigentius, & magis opis & eleemoſynæ egens. Dat. XIII. Kal. Nou. CP. Lampad. & Oreſt. VV. CC. Conſſ.

DE

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, & orphanotrophis, & xenodochis, & brephotrophis, ptochotrophis, & aſcetriis, & monachis, & priuilegiis eorum, & caſtrenſi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis ſeu permiſſis.

TIT. III.

Clerici extraordinaria munera non ſubeunt, & hoſpitem recipere non tenentur.

I. Imp. CONSTANT. A. clericis ſalutem dicit.[a]

[a] C.T. 16. 2. 8.

IVXTA ſanctionem quam dudum meruiſtis, & vos & mancipia veſtra nullus nouis collationibus obligabit: ſed vacatione gaudebitis: præterea neque hoſpites ſuſcipietis. Dat. VI. Kal. Sept. Placido & Romulo Conſ.

II. Imp. CONSTANTINVS A. & IVL. Cæſ. Felici epiſc.[a]

[a] C.T. 16. 2. 14.

OMnis à clericis indebitæ cõuentionis iniuria, & iniquæ exactionis repellatur improbitas: nulláque conuentio ſit contra eos munerum ſordidorum: & cum negociatores ad aliquam præſtationem competẽtem vocantur,

cantur, ab his vniuersis istiusmodi strepitus conquiescat. Si quid enim vel parsimonia, vel prouisione, vel mercatura, honestati tamen conscia, congesserint: id in vsum pauperum atque egentium ministrari oportet." [a] *ad" id quod ex eorundem ergasteriis vel tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis existiment lucrum. Verùm etiam hominibus eorundem qui operam in mercimoniis habent, diui principis genitoris mei statuta multimoda obseruatione cauerunt, vt iidem clerici priuilegiis pluribus redundarent. itaque extraordinariorum munerum à prædictis necessitas atque omnis molestia conquiescat. Ad parangariam quoque præstationem non vocentur, nec eorũdem facultates atque substantiæ. Omnibus clericis huiusmodi prærogatiua succurrat, vt & coniugia clericorum ac liberi eorum quoque & ministeria, id est, mares pariter ac fœminæ, corúmque etiam filij [& filiæ]" immunes semper ab huiusmodi muneribus perseuerent. Dat.* VIIII. *Id. Decemb. Med. Lecta.* V. *Kalend. Ian. apud acta, Constantio* A. VIIII. *& Iuliano Cæs.* II. *Conss.*

[a] oporteat. " aut id. sic in omnibus & C. T.

• deest in omnibus. & C. Th.

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu. & consuetu. contra liber. eccle. col. x. §. item nulla.

Nullus laicus potest imponere collectam vel onera clericis, ecclesiis, vel piis locis. Bal.

Item

ITem nulla cõmunitas[a] *vel persona publica, vel priuata collectas vel exactiones, angarias, vel parangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere ecclesiastica bona præsumant: quod si fecerint, & requisiti ab ecclesia vel imperio, emendare contempserint, triplum refundant: & nihilominus bona imperiali banno subiaceant: quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.*

[a] potestas.

Clerici pro prædiis propriis tenentur ad fiscalia: aliàs patiuntur translationem. Saly.

III. Idem A. & Cæs. ad Taurum præfectum prætorio.[a]

[a] C.T. 16. 2.15. §. de his.

DE his clericis qui prædia possident, sublimis auctoritas tua non solum eos aliena iuga nequaquã statuet excusare: sed etiam pro his prædiis quæ ab ipsis possidentur, eosdem ad pensitãda fiscalia perurgeri. vniuersos nanque clericos possessores dumtaxat prouinciales, pensitationes fiscalium, trãslationésque faciendas recognoscere iubemus. Data epistola prid. Kal. Iul. Med. Constantio A. X. *& Iul.* III. *Cæs. Conss.*

Officiales non redditis publicæ administrationis rationibus non possunt fieri clerici, sed redditis possunt. Quod si clam in clericorum ordinem transierint, puniuntur pœna hîc statuta. Bal.

IIII.

*al. Impp. Constant. & Constans.

IIII. Idem. * A. ad Taurum præfectum prætorio.

Officiales rationales si exhibitione cursus seu primipili necessitate neglecta, interuersa etiam ratione fiscali, ad clericatus honorem putauerint transeundum: ad priorem conditionem retrahantur. Si vero obnoxij ratiociniis vel necessitatibus non sint, sub notione iudicum officiis consentientibus, si probabilis vitæ studium id postulauerit transferãtur, nec cessionem metuant facultatũ. Quòd si clandestinis artibus putauerint irrependum, duas partes suarũ rerum cõcedant liberis, aut, si proles defuerit, propinquis: ex propria substantia portionẽ tertiã sibimet retenturi. Sin vero propinquorũ necessitudo defuerit, geminæ portiones officiis in quibus militãt, relinquãtur, portione tantũmodo tertia sibi retenta. Dat. IIII. *Kal. Sept. Tauro & Flor. Coss.*

IN AVTHEN. *de sanct. epis. §. sed neque curialem. colla. ix. constit. fina.*

Sed neque curialem, aut officialem, clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria. Si vero tales personæ in clero constituantur, tãquam nec ad ordinationem perductæ, propriæ fortunæ restituantur: nisi monasticam forsitan vitam aliquis eorum non minus quindecim annis impleuerit. tales enim ordinari præcipimus, quarta propriæ substan

tiæ ſibi retenta, reliquis partibus curiæ & fiſco vindicandis, ſi in clero conſtituti monaſticam & decentem vitam impleuerint. ſed ſi poſt clericatus honorem aliquis eorum vxorem aut concubinam acceperit, propriæ fortunæ reddatur, licet tali eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus vxorem ducere non prohibetur. idem eſt & in omnibus aliis monachis, licet nulli fortunæ prius ſubiecti fuerint. & generaliter quicunque in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtitutus ad ſecularem vitam redierit, honore nudatus, curiali fortunæ propriæ ciuitatis reddatur.

In atrociſſimis delictis punitur delictum attentatum, etiam ſi non ſit ſecutus effectus.

V. Imperator IOVINIAN. A. Secundo præfecto pret.*

SI quis non dicam rapere, ſed attẽtare tantum iungendi cauſa matrimonij ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur. Dat. XI. *Kalen.Mar.Gratiano* A.III. *& Merobaude Coſſ.*

* C.T. 9. 25.2. & li. 7. tripartitæ hiſt. I. c.4. vbi occaſio huius legis exponitur.

VI. Imperatores VALENTINIANVS, VALENS, & GRATIANVS AAA. ad Cataphronium.

PResbyteros, * *diaconos, ſubdiaconos, atque exorciſtas, & lectores oſtiarios & acolythos etiam, perſonalium munerum exper-*

* C.T. 16. 2.6. & 24.

tes

tes esse præcipimus. Dat. iij. Non. Mar. Gratiano A.III. *& Merobaude Conss.*

Pars actorum habitorum in consistorio apud imperatores Gratianum, Valentianum, & Theodosium consulatu Syagrij & Eucherij virorum clarissimorũ die III. Kalend. Ianuar. Constantinopoli in consistorio.

VII. Imper. THEODOSIVS dixit,

NEc ⁿ *honore, nec legibus episcopus ad testimonium dicendum flagitetur. Item dixit: Episcopum ad testimonium dicendum admitti* ⁿ *non decet. nam & persona oneratur, & dignitas sacerdotis exempta confunditur.*

• C. T. II. 39. T.

• addici. sicut & Azo legit. & manuscrip. alij libri habent adduci.

IN AVTHEN. *de san. episc. §. nulli vero iudicum. colla. ix. constit. si.*

SEd iudex mittat ad eos quosdam de suis ministris: vt propositis sacrosanctis euangeliis, secundum quod decet sacerdotes, dicant ea quæ nouerint, non tamen iurent.

Presbyteri vt occasione testimonij non torqueantur, tametsi in aliis clericis seruatur ius commune: si tamen falsum dixerint, puniuntur. Bald.

VIII. Idem A. Paulino præfecto Augustali.

PResbyteri ⁿ *citra iniuriam quæstionis testimonium dicant: ita tamen, vt falsa non simulent. Cæteri vero clerici, qui eum* ⁿ *deinde gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint: prout leges*

• C. T. II. 39. 9.

• aliàs, qui eorum.

præc

præcipiunt, audiantur: vt salua tamen sit litigatoribus falsi actio, si fortè presbyteri qui suo[a] nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam sunt præcepti, hoc ipso, quòd nihil metuãt, vera suppresserint. multo magis enim pœna digni sunt, quibus cũ plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, occulto inueniuntur in crimine. Da. VIII. *Kalend. Aug. Arcad.* A. *& Bautone Coņs.*

[a] qui sub nomine. rectè. vt & in Codic. Th.

IN AVTHENTIC. *de sanct. epi. §. reuerendissimis. colla. ix. consti. si.*

P*Resbyteri seu diaconi si falsum testimonium perhibuisse conuincantur: si quidem in causa pecuniaria, à diuino ministerio dumtaxat per tres annos separati, monasteriis pro tormentis tradantur. Sed si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiendi sunt. Cæteri vero clerici communi iure ab officio ecclesiastico repulsi, sine delectu causæ verberibus coërceantur.*

IX. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

N*Vlla, nisi emensis quinquaginta annis, secundum præceptum apostoli, ad diaconissarum consortium transferatur.* Dat. XI. *Kalend. Iul. Mediolani, Valentiniano* A. IIII. *& Neotherio Coņs.*

C.T. 16. 2. 27.

Codex. K

IN AVTHENTIC. *de sanc. episco. §. presbyterum. colla. ix. consti. fi.*

Clerici in maioribus ordinibus constituti, debent esse ætatis hîc scriptæ.

PResbyterum minorem xxxv. annis fieri non permittimus, sed neque diaconum vel subdiaconum minorem xxv. annis, neque lectorem minorem annis xviij. Item episcopum minorem annis xxxv. ordinari prohibemus.

IN AVTHEN. *de sanc. episco. §. diaconissam vero. colla. ix. constitu. fi.*

DIaconissam in sancta ecclesia non ordinari præcipimus, quæ minor sit annis quadraginta, [a] *aut si ad secundas peruenerit nuptias.*

[a] Sic enim iam decretum fuerat in cōcilio Calcedonēsi. c. 15. Contius.

Irruens in ecclesiam & ministros debet capitaliter puniri etiam per inquisitionem: Et vbicunque sit, debet capi. Et si sit in arce vel loco ex quo non possit faciliter extrahi, debent ad hoc milites conuocari, & indici bellum.

X. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Theodoro præfecto prætorio.

[b] C. Th. 16. 2. 31.

SI quis in hoc [b] *genus sacrilegij proruperit, vt in ecclesias catholicas irruens, sacerdotibus & ministris vel ipsi cultui locóque aliquid importet iniuriæ: quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur, atque ita prouinciæ moderator, sacerdotum & catholicæ ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius, & diui-*

ni

ni cultus iniuriam capitali in conuictos seu confessos reos sententia nouerit vindicandum: nec expectet vt episcopus iniuriæ propriæ vltionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sítque cunctis laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quòd si multitudo violenta, à ciuilis apparitoris executione & adminiculo ordinum vel ordinatorum possessorúmve non poterit flagitari quòd se armis aut locorum difficultate tueatur: præsides prouinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur. Dat.* VII. *Kalend. Maij, Mediolani Honorio* III. *& Eutychiano Conss.*

*al. præsentari.

IN AVTHEN. *de sanc. episco. §. si quis cum sacra. colla. ix. constit. fi.*

Sed nouo iure pro tali iniuria verberatur, aut in exilium mittitur. Sed si sacra ministeria turbauerit, vel celebrare prohibuerit, capite puniatur. Idem est & in litaniis. nam pro iniuria verberatus, exilio tradatur: si eas concusserit, capite plectatur. Laicis facere litanias interdicimus sine clericis: quæ sine orationibus & cruce fieri non debent.

Ad ecclesiam sunt promouendi illi, qui sunt de illa ciuitate vel oppido. Bal.

XI. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.

*C.Th.16. 2.33. Concor.71.di. hortamur.& de cle.per. c. te nobis.

IN ecclesiis quæ in possessionibus (vt fieri adsolet) diuersorũ, vicis etiam vel quibuslibet locis sunt constitutæ: clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo vbi ecclesiam esse constiterit, ordinentur: vt propriæ capitationis onus ac sarcinam recognoscant, ita vt pro magnitudine vel celebritate vniuscuiusque vici, ecclesiis certus iudicio episcopi clericorum numerus ordinetur. D. III. Kal. Aug. Miniʒo, Honor. A. IIII. & Eutychiano Coss.*

Prohibitus fieri clericus, debet reuocari ad pristinum statum per manus iniectionem: & non prodest ei cedere bonis. Salyc.

XII. Iidem AA Eutychiano præfecto prætorio.

*Co.T. 9. 45.3. *Illa lex erat in Codice Theodosiano li.12. ti. 1. 59. & l. 104. * Sapidiano vicario Africæ. Cod. Th. 16.2. 34.

SI quis curialis clericus fuerit ordinatus, nec statim conuentione præmissa pristinæ conditioni reddatur: is vigore & solertia iudicantium, ad pristinam sortem, veluti manu iniecta mox reuocetur. clericis enim vlterius legem* prodesse non patimur, quæ cessione patrimonij subsecuta decuriones clericos esse non vetabat. Dat. VI. Kalen. Aug. Miniʒo. Honor. A. IIII. & Eutychiano Coss.*

XIII. Iidem AA. Fidiano* vicario.

SI venerabilis ecclesiæ priuilegia cuiusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulat.

latione neglecta: commissum hoc quinque librarum auri condemnatione plectetur. Dat. VII. Kal. Iul. Brixiæ, Theodoro v. c. Cos.

Noua constitutio Friderichi de statu. & consuetu. contra li. eccle. §. item quæcunque. coll. x.

ITem quæcunque communitas vel persona quæ annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ fractam & violatam perseuerauerit, ipso iure imperiali banno subiaceat: à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento.

Repulsus ab episcopatu propter delictū commissum in rempublicam, non est reuocandus ad episcopatum. Salyc.

XIIII. Iidem A A. Hadriano. P. P.

QVicunque * *residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco vel nomine detrusus: si aliquid contra custodiam vel quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursúsque petere sacerdotium, à quo videtur expulsus: procul ab ea vrbe quam conturbauerit, centum milibus* * *vitam agat: nec nostra adeat secreta, nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat: defensoribus etiam eorum nostram indignationem subituris. Dat. prid. Non. Feb. Rauen. Stilichone & Aureliano Coss.*

* C. T. 16. 2. 35.

* subaudi passuum.

IN AVTHEN. *de sanc.episco.§.si quis autem episcopus.colla.ix.consti.fi.*

SI quis episcopus sacerdotio pulsus, præsumpserit ingredi ciuitatem ex qua pulsus est, relinquens locum in quo degere iussus est: iubemus hunc monasterio in alia regione constituto tradi: vt quæ in sacerdotio deliquit, in monasterio degens corrigat.

XV. Iidem AA. Studio præfecto vrbi.*

*C. T 16. 2.37.

COnuenticula illicita etiam extra ecclesiam in priuatis ædibus celebrari prohibemus: proscriptionis domus periculo imminente, si dominus eius in ea clericos noua ac tumultuosa conuenticula extra ecclesiam celebrantes susceperit. Dat. IIII. *Kalen. Septemb.* C. P. *Honorio.* A. VI. *& Aristæneto Coss.*

Rusticus adscriptitius alicuius domini promotus ad clericatum, potest deseruire in ruralibus obsequiis per substitutum. Bald.

XVI. Impp HONOR. & THEODO. AA. Anthemio P. P.

QVisquis censibus fuerit annotatus, inuito agri domino, temperet ab omni clericatu: adeo vt etiam si in eo vico in quo noscitur mansitare, clericatus fuerit, sub hac lege religiosum adsumat sacerdotium: vt & capitationis sarcinam per ipsum dominum agnoscere compellatur: & in ruralibus obsequiis, quo

maluo

maluerit ſubrogato vtatur, ea ſcilicet immunitate indulta, quæ certæ capitationis venerandis eccleſiis relaxatur: nullo contra hanc legem vnquam valituro reſcripto. Dat. ** *Honorio* A. VIII. *&* *Theod.* A. III. *Coſſ.*

XVII. Iidem AA. Maximo P. P.

PLacet [a] *noſtræ clementiæ, vt nihil commune clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cuius corpori non ſunt annexi, habeant. Præterea his qui parabolani vocantur, neque ad quodlibet publicum ſpectaculum, neque ad curiæ locum, neque ad iudicium accedendi licentiam permittimus: niſi fortè ſinguli ob cauſas proprias & neceßitates iudicem adierint, aliquem pulſantes lite, vel ab alio ipſi pulſati, vel [in communes totius corporis cauſas] ſyndico ordinato: ſub ea definitione, vt ſi quis eorum hæc violauerit, & breuibus parabolanis eximatur, & competenti ſupplicio ſubiugetur, nec vnquam ad eandem ſollicitudinem reuertatur. Dat.* III. *Kalend. Octob.* CP. *Theo.* A. VII. *& Palladio Coſſ.*

[a] C. T. 16. 2. 47.

IN AVTHEN. *de ſanc. epiſc. §. interdicimus. ij. col. ix. conſt. fin.*

INterdicimus ſanctißimis epiſcopis & preſbyteris, diaconis, & ſubdiaconis & lectoribus, & omnibus aliis [b] *cuiuſlibet ordinis venerabilis collegij aut ſchematis conſtitutis, ad ta-*

[b] In quibuſdam exem. legitur, & omnibus aliis in venerabili collegio & cœtu conſtitutis tabulam ludere, aut &c.

bulas ludere, aut aliis ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his in hoc deliquerit, iubemus hunc tribus annis à venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium redigi. sed in medio tempore si se pœnitentem ostenderit, liceat sacerdoti sub quo constitutus est, tempus minuere, & hunc priori rursus ministerio reddere.

XVIII. Iidem. AA. Monaxio præfecto prætorio.

°C. T. 16. t. 43.

°sic in omnibus manus. nō est ergo emēdandum, quingentos, ex Co. Theo.

PArabolani, ° qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, sexcentos° constitui præcipimus: ita vt per arbitrium viri reuerendissimi antistitis Alexandrinæ vrbis de his, qui antea fuerant, & qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam, sexcenti parabolani ad huiusmodi sollicitudinem eligantur: exceptis videlicet honoratis, & curialibus. Si quis autem ex his naturali sorte fuerit absumptus, alter in eius locum pro voluntate eiusdem sacerdotis (exceptis honoratis & curialibus) subrogetur: ita vt hi sexcenti viri reuerendissimi sacerdotis præceptis ac dispositionibus obsecundent, & sub eius cura consistant: reliquis quæ dudum latæ legis forma complectitur super his parabolanis, vel de spectaculis, vel de iudiciis, cæterisque (sicut iam statutum est) custodiendis. Dat. III. Non. Feb. CP. Honorio.

XII.

XII. & *Theod.* X. AA. *Coss.*

Cum clericis non debent habitare mulieres, eorum castitatem infamantes. Saly.

XIX. Iidem. AA. Palladio. P. vrb.

E*Vm*[a] *qui probabilem seculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet. quicunque igitur cuiuscũque gradus sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierũ interdicta consortia cognoscant: hac tantum eis facultate concessa, vt matres, filias, atque germanas intra domorum suarum septa contineant. in his enim nihil sæui criminis existimari fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quæ ante sacerdotium maritorum, legitimum meruere coniugium. neque enim clericis incompetenter adiunctæ sunt, quæ dignos sacerdotio viros sua conuersatione fecerunt. Dat.* VIII. *Id. Maij, Rauen.* DN. *Theod.* A. VIIII. & *Constantio* V. C. *Conss.*

[a] C. T. 16. 2. 44. Illis tẽporibus permittebatur clericis cuiuscũque ordinis vxores ante sacerdotium ductas retinere. circa episcopos tamẽ lata est postea lex Iustiniani quæ in eorum persona id specialiter abrogauit.

IN AVTHENT. *de nupt.* §. *sed & si quis inter. colla. iiij. consti.* j.

M*Vlto magis ergo cessant eorum coniugia. soli enim cantores lectorésque nuptias contrahere permittuntur: aliis autem omnibus penitus interdicimus. veruntamen si &*

[b] charitatis.

ipsi ad secundas peruenerint nuptias, nequaquam ad sacerdotij culmen ascendant.

IN AVTHENT.*quomodo oportet episcop.§.hæc autem.versicul.neque autem.col.j.constit.fin.*

Cum episcopo vel monacho nulla fœmina, etiam non suspecta, potest habitare. S: l.ʃ

E*Piscopo nullam mulierem secum habere permittitur: sed si habere probetur, ab episcopatu deiiciatur, quo se fecit indignum.*

Bona clericorum & religiosorum ab intestato decedentium, post liberos & coniunctos & vxorem ad ecclesiam deferuntur: saluo semper iure curiæ, si erat curialis: & iure patronatus, si erat libertus, & iure domini, si erat adscriptitius.

XX. Impp. THEOD. & VALEN. AA. ad Taurum præfec. p. & Patritium.

•C.T.5.3.1.

S*I* quis presbyter aut diaconus, aut diaconissa, seu subdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci clericus aut monachus, aut mulier quæ solitariæ vitæ dedita est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes vtriusque sexus, vel liberi, vel qui agnationis cognationisve iure iungũtur, vel vxor extiterit: bona quæ ad eum vel ad eam pertinuerunt, sacrosanctæ ecclesiæ vel monasterio, cui forte fuerat destinatus aut destinata, omnifariam socientur: exceptis his facultatibus, quas fortè censibus adscripti, vel iuri patronatus subiecti, vel curiali conditioni obnoxij clerici, vel monachi*

cuius

cuiuscunq; sint sexus, relinquunt. Neque enim iustum est bona seu peculia, quæ aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis, cui quis eorũ fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latæ cõstitutionis sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis aut monasteriis detineri: actionibus videlicet competentibus sacrosanctis ecclesiis vel monasteriis reseruatis, si quis fortè prædictis conditionibus obnoxius, aut ex gestis negotiis, aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actionibus obligatus obierit. D. XIIII. Kal. Ianua. Ariouindo & Aspere Coss.

IN AVTHENTIC. de monachis. §. illud quoque. colla. j. consti. v.

NVnc autem cũ monachus factus est, hoc ipso suas res omnes obtulisse monasterio videtur, si prius testatus non sit: & exinde de iudicio eius cessante, lege disponitur, vt si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit: eatenus substantiæ monasterio destinatæ detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum, saluo tamen iure vxoris & aliorum creditorum.

XXI. Iidem AA. Thomæ præfecto prætorio.

AD similitudinem[a] tam episcoporum orthodoxæ fidei, quàm presbyterorum & diaconorum: hi qui honorario titulo illustrem dignitatem

[a] C. T. 12. 1. 187.

dignitatem consecuti sunt, per substitutos, periculo suarum facultatum, curiæ muneribus satisfacere non vetentur. D. IIII. Non. Ap. C. P. Isidoro & Senatore Conss.

Accusans episcopum calumniose de aliquo crimine, vltra pœnam calumniæ patitur pœnam pecuniariam, pro temeraria vocatione. Et priuilegia concessa ecclesiis quantum ad hoc vt confugientes ad eas sint securi, firma permanent. Pau. de Cast.

XXII. Iidem. AA. Florentio. P. P.

*SI qua per calumniam postulatio super criminalibus causis apud competentem iudicem deposita exhibitionis causa fuerit sacrosanctæ religionis antistiti, triginta pondo auri condemnatione publicis calculis inferenda vt percellatur præcipimus. Quinetiam omnia priuilegia, quæ sacrosanctis ecclesiis, confugarum, aut clericorum, decanorum, aut aliorum ecclesiasticorum causa legibus sunt præstita, intacta atque illibata seruari. Præterea iubemus, vt omnes clerici atque monachi, qui de suis ciuitatibus ad hanc almam vrbem ecclesiastici negotij vel religionis causa proficiscuntur, literis episcopi, cui vnusquisque eorum iter faciens obsequitur, muniti aduenia͞t: scituri quòd si citra hanc fiduciam accesserint, sibimet imputabunt, quòd non clerici vel monachi esse putabuntur. D. ** Theodos. A. XVII. & Festo Coss.*

IN AVTHENTIC. *de sanct. episc. §. sed neque pro qualibet. col. ix. consti. fi.*

NVllus episcopus inuitus ad ciuilem vel militarẽ iudicẽ in qualibet causa producatur vel exhibeatur, nisi princeps iubeat. iudex autem qui duci vel exhiberi imperauerit, post cinguli priuationem viginti libras auri ecclesiæ illi cuius episcopus est, persoluat: executore post cinguli priuationem verberibus subdendo, & in exilium deportando.

Memoria iusti debet extolli, memoria iniusti aboleri. Salyc.

XXIII. Impp. VALENT. & MARTIANVS AA. Palladio præfecto prætorio.

QVoniam venerabilis recordationis Fabianus huius almæ vrbis episcopus, cũ venerabilis synodi innumerabiliũ penè sacerdotum, qui Chalcedone conuenerũt, tanto & tali decoratus est testimonio, vt Eutyches, qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus vno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnosa memoria, Fabiani autem laudabilis recordatio releuetur. Data Constantinopoli pridie Nonas Asporatio v.c. & qui fuerit nunciatus. Conss.*

*al. Flauianus, & intellige sãctissimũ Flauianũ archiep. Constantinop.

XXIIII. Iidem AA. Palladio præfecto prætorio.

ID quod pauperibus testamento vel codicillis relinquitur: non vt incertis personis relictum

ctum euanescat, sed omnibus modis ratum firmúmque consistat.

Quis sit clericorum iudex, quomodo satisdét, quantũ dent pro commonitione sua & instituto procuratoris: quos deniq; litis sumptus præstent.

XXV. Imp. MARCIANVS A. Constantino P. F. P.

*videtur esse pars l. decernimus. j. de episc. audien.

CVm clericis in iudicium vocatis pateat episcopalis audientia: volentibus tamen actoribus, si actor disceptationem sanctissimi archiepiscopi noluerit experiri, eminentissimæ tuæ sedis examen contra catholicos sub viro reuerendissimo archiepiscopo huius vrbis clericos constitutos, vel contra reuerendissimum œconomum, tam de suis quàm de ecclesiasticis negotiis sibimet nouerit expetendum: qui in nullo alio foro vel apud quemquam alterum iudicem eosdem clericos litibus irretire, & ciuilibus vel criminalibus negotiis tentet innectere. Memorati autem reuerendissimi clerici orthodoxarum ecclesiarum, quæ sub viro religiosissimo antistite huius inclytæ vrbis sunt: in causa in qua vel ipsi vel procuratores quos pro se dederint, sententiarum tuarum auctoritate pulsantur, executoribus per quos cœperint conueniri, fideiussorem sacratissimæ huius vrbis ecclesiæ œconomum vel defensorẽ præbeãt, qui vsque ad quinquaginta libras auri fideiussor existat. Ipse vero reuerendissimus œconomus*

nomus almæ huius vrbis ecclesiæ lite pulsatus, fideiussorem pro se non præbeat: vtpote qui & aliorum clericorum fideiussor futurus est: sed fidei suæ committatur. Quòd si lis diuersorum (excepto reuerendißimo œconomo) clericorum, quæ agitãda sit, memoratam summam videatur excedere, clericus lite pulsatus det executori pro residua quantitate cautionem suam: cui nullum tamen insertum erit iusiurãdum: quia ecclesiasticis regulis & canone à beatißimis episcopis antiquitus instituto, clerici iurare prohibentur. Statuimus autem, vt executoribus idẽ reuerendißimus œconomus, vel alij diuersi clerici sub beatißimo archiepiscopo huius splendidißimæ ciuitatis, sententiarum tuarum auctoritate commoniti, duos solidos tantummodo dent pro commonitione sua, & pro institutione procuratoris si per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diuersos apparitores eminentiæ tuæ, in his quæ ex consuetudine præbentur officio, obseruari in causis prædictorum clericorum iubemus: vt litis sumptus vel expensæ à clericis pauciores humanioresque præstentur. D. VIII. * *April. Varari & Ioanne Coss.*

IN AVTHENTIC. *de sanct. episc. §. sportularum. colla. ix. consiit. fin.*

SEd hodie nulla persona in ecclesiastico officio constituta, in qualibet causa crimi-

nali

nali vel pecuniaria cuiuscunque quantitatis, vel diaconissa, vel monachus, vel ascetria, vel monacha amplius quatuor siliquis permittantur dare, nisi cum ex iussione principis ad alias prouincias vocantur: vbi non vltra vnum solidum accipiet executor. Episcopus pro rebus ecclesiæ suæ nihil præstet nomine sportularum, actiones contra ecclesias propositas œconomis suscipientibus, vel illis qui in eā causam sunt ordinati. Qui contra hoc exegerit, in duplum, quod exactum est, reddet, nudādus cingulo, si miles est: si clericus, à consortio clericorum remouendus.

IN AVTHEN. *de litigiosis. §. ad excludendas. colla. viij. constit. viij.*

Non auditur actor volens offerre libellū reo, nisi caueat de lite prosequenda vsque ad finem, & de expensa litis restituenda, si appareat eum iniustè mouisse litem.

G*Eneraliter autem iudex prouideat libellum pulsato non porrigi, sportulásve ab eo non exigi, nisi prius & in libello actor per se aut per tabularios conscribat, & actis interueniētibus fideiussorem idoneum periculo competētis officij præstet, quòd vsque ad finem litis permaneat, eámq; vel per se vel per procutorem exerceat. Et si conuictus fuerit iniustè mouisse litem, expensarum sumptuúmque nomine decimam partem quantitatis in libello*

compre-

cōprehensæ pulsato restituat. Aut si fideiussorem dare non valet, super hisdē iuratoriā exponat cautionem, & tactis sacrosanctis euangelijs adfirmet se fideiussorem dare non posse: pœna iudici & eius officio imminente si aliter versati fuerint, in denis libris auri. Executoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exiliū: nisi causa moueatur ex consensu vtriusque partis.

Reliquiæ sanctorum iudicio episcopi debent in ecclesiis collocari: nec debent à clericis in locis publicis voluptatibus deputatis apportari.

XXVI. Imp. LEO. A. Iuliano præfecto prætorio.

Decernimus, vt posthac neque monachi, neque [*] *quicunque alij cuiuscunque status atq; fortunæ in ædes publicas, vel in quæcunque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem crucem & sanctorum martyrum reliquias illicitè inferre conentur, vel occupare audeant ea quæ vel ad publicas causas, vel ad populi oblectamēta constructa sunt. Cum enim religiosæ ædes non desint: possunt ibi consultis prius (vt oportet) religiosissimus episcopus reliquias sanctorum martyrum, non quorundam vsurpatione, sed arbitrio reuerendissimorum antistitum collocare. Ideo patientiam & modestiam suam, quam leges nostræ & publicæ*

[*] aut, in omnibus.

disciplina & ipsorum monachorum nomen exposcit, studiose vnusquisque tam monachus, quàm cuiuslibet alterius professionis retineat, & perpetuò obseruare procuret.

Officiales finito officio possunt fieri clerici, etiã si ex administratione sunt obnoxij, nisi sint primipilares. Salycetus.

XXVII. Idem A. Eutychio P.P.

Qvisquis emensis militiæ suæ stipẽdiis, expletísque officiis, siue muneribus quæ cuicunque conditione, aut consuetudine, aut lege debebantur, ad consortium se contulerit clericorum, & inter ministros veræ orthodoxæ fidei maluerit & elegerit numerari, nullius prorsus sentẽtiæ acerbitate reuocetur: nec à dei templis quibus se consecrauit, importunis intẽtionibus abstrahatur: sed in hisdem beatissimis ministeriis securus permaneat & quietus, ad quæ post longi laboris lassitudinem ob reliquæ vitæ requiem consilio meliore protractus est: his actionibus, si quæ contra eum eiúsque patrimonium legitima intentione competunt, pro iuris ordine responsurus: exceptis primipilaribus, quos præceptis tui culminis & publicis vtilitatibus in perpetuum esse subiectos, sacratissimæ cõstitutionis statuta sanxerunt.

Legatũ relictũ in redẽptionẽ captiuorũ, valet non obstante incertitudine personarum.

XXVIII.

XXVIII. Idem & ANTHEMIVS AA. Nicostrato P. P.

NVlli licere decernimus, siue testamento heres sit institutus, siue ab intestato succedat, siue fideicommissarius vel legatarius inueniatur, dispositiones pij testatoris infringere, vel improba mente violare, adserendo incertum esse legatum vel fideicommissum, quod redemptioni captiuorum relinquitur: sed modis omnibus exactum, pro voluntate testatoris piæ rei negotio proficere. Et si quidem testator designauerit [a] *per quem desiderat redemptionem fieri captiuorum: is qui specialiter designatus est, legati vel fideicommissi habeat exigendi licentiam, & pro sua conscientia* [b] *votum adimpleat testatoris. Sin autem persona non designata, testator absolutè tantummodo summam legati vel fideicommissi taxauerit, quæ debeat memoratæ causæ proficere: vir reuerendissimus episcopus illius ciuitatis ex qua testator oritur, habeat facultatem exigendi quod huius rei gratia fuerit derelictum, pium defuncti propositum sine vlla cunctatione, vt conuenit, impleturus. Cum autem vir religiosissimus episcopus huiusmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit consecutus, statim gestis interuenientibus earum quantitatem, & tempus quo eas susceperit, apud rectorem prouinciæ publicare debebit. Post vnius verò an-*

[a] significauerit.

[b] scientia.

ni spacium, & numerum captiuorum, & data pro his precia eum manifestare præcipimus: vt per omnia impleantur tam piæ deficiētium voluntates: ita tamen, vt religiosissimi antistites gratis & sine vllo dispendio prædicta gesta conficiant: ne humanitatis obtentu relictæ pecuniæ, iudiciorum dispendiis erogentur. Quòd si testator qui huiusmodi legatum vel fideicommissum non designata persona reliquit, barbaræ sit nationis, & de eius patria aliqua emerserit ambiguitas: vir reuerendissimus episcopus ciuitatis eius, in qua idem testator defunctus est, eiusdem habeat legati seu fideicommissi petitionem, defuncti propositum modis omnibus impleturus. Quòd si in vico vel territorio testator mortem obierit, illius ciuitatis vir reuerendissimus episcopus exactionem habebit, sub qua vicus vel territorium esse dignoscitur. Et ne pium defuncti propositum improba fraudatorum calliditate celetur: quicquid pro huiusmodi causa à testatore relictum fuerit, vniuersi qui id quocunque modo cognouerint, vel in viri clarissimi rectoris prouinciæ, vel in vrbis episcopi notitiam deferēdi liberam habeant facultatem. Nec delatoris nomen suspicionémque formident, cum fides atque industria eorum tam laude quàm honestate ac pariter pietate non careat, cum

veri

veritatem in publicas aures lucémque deduxerint.

IN AVTHENTIC. *de eccle. tit. §. si quis autem pro redemptione. col. ix. consti. vj.*

Licet testator vel donator interdixerit ei aliquod ad hoc participium in ea re habere. idem est in œconomo. Sed si hi qui facere iussi sunt, neglexerint: semel vel bis ab episcopo vel œconomo admoniti per publicas personas, amittant lucrum quod eis contingebat ex voluntate defuncti, & episcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum: & illud quod distribui debet: distribuere. quod si non fecerit, rationem reddere debet.

XXIX. Αὐτοκράτορες Λέων καὶ Ἀνθέμιος ΑΑ. Ζήνωνι στρατηγῷ.

Οἱ ἐν τοῖς μοναστηρίοις διατρίβοντες μὴ ἐχέτωσαν ἐξουσίαν ἐξιέναι τοῦ μοναστηρίου, ἢ καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων, ἢ καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἀναστρέφεσθαι, ὑπεξαιρουμένων μόνων τῶν καλουμένων ἀποκρισιαρίων, οἷς ἄδειαν παρέχομεν, ἐθέλουσι διὰ μόνας ἀναγκαίας ἀποκρίσεις ἐξιέναι. καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ οἱ ποιούμενοι τὰς ἐξόδους φυλαττέσθωσαν περὶ θρησκείας ἢ δόγματος διαλέγεσθαι, ἢ συμβουλαῖς τισὶ προστάσσειν, ἢ ταραχῆς ὁρμώσης τὰς ἁπλουστέρας ψυχὰς τοῦ δήμου παρατρέπειν, γινώσκοντες ὡς ἀμελοῦντες τῶν προστεταγμένων παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐ-

σεβείας τῇ τῶν νόμων ὑποβληθήσονται αὐστηρίᾳ.
Dat. Kal. Iun. CP. *Leone* A. *& Probiano Coss.*

Eadem Latinè per Antonium Contium.

QVi in monasteriis degunt, potestatem inde exeundi ne habento, vel in Antiochensi ciuitate seu aliis quibuscunque ciuitatibus cõuersandi: exceptis duntaxat apocrisiariis, quibus licentiã damus volentibus, vt apocriseon solarum causa exire possint. Caueant autem hi qui ita exibunt, ne de religione vel doctrina disputent, vel conciliabulis præsint, vel turba concitata simpliciorum animos seducant, scituri quòd si nostræ pietatis statuta neglexerint, legum austeritati subiicientur. Dat. Kalen. Iun. C.P. Leone & Probiano Coss.

Episcopus debet eligi effugiens, & non appetens, & propriis meritis & virtutibus non pecunia interuenientibus: aliàs non solum electus, sed etiam eligens à sacerdotio repellũtur, & infamia notãtur. Saly.

XXX. Iidem A A. Armasio præfecto prætorio.

SI quemquam vel in hac regia vrbe vel in cæteris prouinciis quæ toto orbe diffusæ sunt,

*sunt, ad episcopatus gradū prouehi deo auctore contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis consciētia, syncero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum sacerdotij precij venalitate mercetur. quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, aestimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quae causa esse poterit excusata, si veneranda dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallū fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? Quid denique cautum esse poterit aut securū, si sanctitas incorrupta corrūpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor auaritiae, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitiū. Itaque * castus & humilis nostris temporibus eligatur episcopus: vt quocunque locorū peruenerit, omnia vitae propriae integritate purificet. nec precio, sed precibus * ordinetur antistes. Tantū ab ambitu debet esset sepositus, vt quaeratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus: cum sanè si quis hanc sanctam & venerandam antistitis sedem pecuniae interuentu subiisse, aut si quis vt alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur: ad instar publici criminis & laesae maiestatis accusatione proposita à gradu*

* ita castus, rectè.

* Sic omnes manu scripti, rectè. id est orandus est deus vt det optimū, vel vt alij exponūt, orandus est is qui refugit hoc onus. alij legūt, nec precibus.

sacerdotij retrahatur. Nec hoc solùm deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: vt eos, quos par facinus coinquinat & æquat, vtrosque similis pœna comitetur. D. VIII. *Id. Mar. Constantinopol. Marciano & Zenone Coss.*

perpetua quoque infamia.

IN AVTHENT. *de sanct. episco. §. præ omnibus. col. ix. constit. fi.*

Quod pro hac causa datum est, & precium quod expensum est, restituatur ecclesiæ, cuius sacerdotium voluit comparare.

Orphanotrophi æquiparantur tutoribus & curatoribus, & debent inuentarium facere: & administrationem auctoritate superioris recipient. Bald.

XXXI. Iidem A A. Dioscoro præf. præto.

Orphanotrophos huius inclytæ vrbis (nulla subtilitate iuris obsistente) qui quidem pupillorum sunt quasi tutores, adolescentium verò quasi curatores, sine vllo fideiussionis grauamine in emergẽtibus causis tam in iudicio quàm extra iudicium (vt opus exegerit) ad similitudinem tutoris & curatoris, personas & negotia eorum (si quia possint habere) defendere ac vindicare iubemus: ita videlicet vt præsentibus publicis personis, id est tabulariis, aut interuenientibus gestis, in hac quidẽ inclyta vrbe apud virũ perfectissimum magist

Sic omnes manu scri. & ita legit Azo, non autẽ tabulario.

magistrum census, in prouinciis verò apud moderatores earum, vel defensores locorũ, res eorum eis tradantur, à quibus sunt custodiendæ: vt si quas earundem rerũ propter fœnus forsitan, vel aliã vrgẽtem causam, vel eo quòd seruari non possunt, alienandas esse perspexerint: prius habita æstimatione liceat eis alienationis inire contractum, vt precia eorum, quæ exinde colliguntur, ab eisdem personis custodiantur. Huiusmodi autem pium atque religiosum officium pro tempore orphanotrophos ita peragere conuenit, vt minime ratiociniis tutelaribus seu curationibus obnoxij sint. Graue enim atque iniquum est, callidis quorundam (si ita contigerit) machinationibus eos vexari, qui propter timorem dei parentibus atque substantiis destitutos minores sustentare, atque velut affectione paterna educare festinant.

Extra suam prouinciam clerici non debent in ius vocari. Salyc.

XXXII. Iidem AA Eutropio. P P.

OMnes qui vbique sunt vel posthac fuerint orthodoxæ fidei sacerdotes & clerici, cuiuscunque gradus sint,[a] *monachi quoq;, in causis ciuilibus ex nullius penitus maioris minorísve sententia iudicis [commonitoria] ad extranea iudicia pertrahantur, aut prouinciam, aut locum, aut regionem quam habi-*

[a] Deest in omnibus, & irrepsit ex glosa. nam veteres glossæ hîc interpretantur sentẽtiam conuentionalem.

tant,exire cogantur. Nullus eorum ecclesias vel monasteria propria quæ religionis intuitu habitant,relinquere miserabili necessitate iubeatur:sed apud suos iudices ordinarios,id est prouinciarũ rectores,in quibus locis degunt,ecclesiarum ministeriis obsecundent,omniúmq; contra se agẽtium excipiant actiones: vt his horis saltem atque temporibus quibus religiosos viros à turbulenta obseruatione prætorij vacare contigerit, cúmque eos ad tempus petitorũ intentio calumniosa laxauerit, ad sua se monasteria & venerabiles ecclesias cõferẽtes, sapiẽti animo, precatione sollicita, faciliúsque de proximo sacrosanctis altaribus obsecũdent, in suis laribus domiciliísque constituti.

Clerici extranei non prouinciales in ciuitate Constantinopolitana reperti, ibi possunt conueniri,& solùm coram præfecto. Saly.

¶ *In hac autem regia vrbe, si quando cuiuscunque rei causa episcopos vel presbyteros, cæteró[s]q; clericos, qui sacrosanctis ecclesiis obsequuntur, siue monachos ex aliis quibuscunque prouinciis contigerit reperiri, quos tamen in litem quisquã vocare voluerit: in nullo alio sit licitum memoratos cuiquam pulsare iudicio, nisi in tuæ sublimitatis duntaxat examine,vbi eis & beatitudinis honor debitus reseruetur, & oratorum adfluens in defensionibus copia large præstetur.* 1

Cler

Clerici citati non compelluntur dare alium fideiussorem de iudicio sisti, quàm œconomum ecclesiæ. Salyc.

2 ¶ *Præterea cum in prouinciis ex eius qui regit prouinciam, fuerint sententia vel interlocutione conuenti, siue illi sacerdotes, siue cuiuscunque gradus clerici, siue monachi habeătur: dummodo approbentur orthodoxi, qui in propriis causis contractibúsve pulsantur: non alios quàm ecclesiæ propriæ defensores, seu quos œconomos appellant, fideiussores præbeant: ne dum executoris pertinax & auara proteruitas extraneos & idoneos fideiussores flagitat, multiplex innoxiæ paupertati infligatur incommodum.*

3 ¶ *In hac autem inclyta vrbe inuenti ex quacunque prouincia venientes, cum in tuæ amplitudinis iudicio (quod eis solum delegauimus) lite pulsati fuerint: reuerendißimi orthodoxæ fidei sacerdotes, seu certè œconomi, aut ecclesiæ defensores, seu clerici: in causis ciuilibus suis siue ecclesiasticis, nulla præbendi fideiussores molestentur iniuria: sed aut vicariis fideiußionibus contradantur,*" *quas tamen stipulationum solennis cautela vallauerit: aut cautioni & profeßioni propriæ, aut facultatum suarum obligationibus committantur.*

" credantur.

Oecon

Oeconomus ordinatus, in causa ecclesiæ est conueniendus. Salyc.

¶ *Hoc nihilo minus obseruando vt in causis ecclesiasticis nullum alium conueniri fas sit, nisi eum quem dispensatorem pauperũ, id est, œconomũ ecclesiæ episcopi tractatus elegerit. Hunc enim sine dubio à sacerdote conuenit ordinari: quem tamen conuentum, defensoris ecclesiæ fidei committi præcipimus.* 4

Sportulæ sunt soluendæ secundum taxationem hic subiectam. Salyc.

¶ *Executoribus in minoribus quidem iudiciis omnibus, in ipsa conuentione sacerdotum seu clericorum non amplius quàm vnũ semissem aut sperantibus, aut etiam audẽtibus accipere. Verum si apparitor tuæ magnitudinis, ex sentẽtia tuæ sedis amplißimæ in prouincia degentes eos commouerit:* * *iub mus non amplius eum quàm duos solidos sportularũ nomine accipere. In hac vero vrbe magnifica idem apparitor tuæ magnitudinis vno aureo sportularum gratia à prouincialibus clericis contentus sit, quantælibet summæ, qui conuentus fuerit; exponatur obnoxius.* 5

* aliàs, cõueniri monuerit. al. cõmonuerit.

Contumeliæ reales, verbales, vel personales non debent per executores inferri citatis. Salyc.

¶ *Præterea nullus executor vexare contumeliis clericos vllos, nullis impulsionibus molestare,* 6

stare, nullis exprobrare conuiciis, aut corporalibus iniuriis fatigare conetur: his qui huiusmodi aliquid aggressi fuerint, post amißionem cinguli & patrimonij, vltima protinus animaduersione plectendis.

Priuilegia circa munera ecclesiis & clericis concessa, per hanc legem confirmantur. Salyc.

7 ¶ *Priuilegiis sanè singulis quibuscunq; sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ fidei, xenodochiis, siue ptochotrophiis tam generaliter quàm specialiter adtributis, perpetuo obseruandis: nullis eas earúmq; sacerdotes aut clericos, cuiuscunque gradus sint, aut monachos, ptochotrophos, aut xenodochos orthodoxæ fidei deputatos extraordinariis muneribus præcipimus prægrauari. Eas etenim sarcinas oneris, quas plerisque personis diuersa ratione remittimus, imponi beatißimis viris nostro seculo inconueniens esse iudicamus.*

Illi qui succumbunt in iudiciis cum ecclesiasticis personis, ratione præsumptæ calumniæ & nimiæ temeritatis, debent condemnari in expensis & damnis. Bal.

8 ¶ *Præterea ne cui temeritas sua lucratiua concedatur, & vt impudens calumniantium refrenetur audacia: iubemus quoties hi qui sacerdotes seu clericos ac monachos cæterósque superius designatos vel in tuæ magnitudinis examine, vel in prouinciali iudicio proposita*

actione

actione conuenerunt: si causa cognita conuicti fuerint sine iusta eos causa & legitima petitione pulsasse: omnes eis legitimas expēsas sumptúsque quos ab exordio cœptæ controuersiæ ipsorum vitio tolerasse eos constiterit, redhibere cogantur: vt hac saltem censuræ iustissimæ formidine reuocati, qui improbis adsiduè conflictationibus occupātur, acquiescant: iámque sopitis clamoribus iurgiorum, magistra deinceps necessitate retinere se adsuescant.

IN AVTHEN. *apud quos oportet causas dicere monachos. §. j. collat. vj. constit. vij.*

Causa quæ fit cum monacho vel cum muliere qualibet in monasterio consistente, non apud iudicem ciuilem ventiletur: sed apud episcopum, qui de personæ præsentia, quod cōuenit, statuet: siue per abbatem vel antistitem, vel per alios hoc fieri debeat, qui secundum legem rem disponat & sacras regulas, salua debita personæ reuerentia. Si vero contra fiat: pœnæ, quæ statutæ sunt, imminebunt. Iudex enim, qui de his sententiam proferre præsumpserit, ab administratione depulsus tanquam diuinitati contumeliam faciens, pœna decem librarum auri vnà cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro ærario inferenda: executoribus, qui admonitionem facere præsumpserint, ab ipsis sanctissimis episcopis in locis decanicis detrudendis, decætero nullam

exactionem facere permittendis.

IN AVTHEN.*vt cler.apud prop.episc. conue.in prin.versic.vt si quis habet.colla.vj. const.xj.*

Clericus in causa ciuili debet conueniri apud episcopum: nisi natura causæ non patiatur.

C*Lericus quoque in lite pulsatus pecuniaria causa, prius apud episcopum conueniatur, per quem sine damno causa decidatur. Quòd si natura causæ vel alia ratio faciat, vt negotium apud eum decidi non possit: per ciuilem procedat iudicem, obseruatis clericorum priuilegiis: nec mora circa talia fiat. Sed in ciuili crimine ciuilis præsit iudex, vt lis vltra duos non egrediatur mẽses: nec tamen puniatur, etiam si reus sit inuentus, priusquam per episcopum sacerdotio spolietur. Si vero crimen sit ecclesiasticum, episcopalis erit examinatio & castigatio.*

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu.& consuetu.con.li.ecc. §.item statuimus, vt nullus. collat.x. constitu.fina.

Hodie clericus non potest coram iudice seculari in quauis causa trahi: nec ei iustitia denegari sub pœna hîc statuta. Salyc.

S*Tatuimus vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili tra-*

trahere

trahere ad iudicium seculare præsumat, contra cõstitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. Quod si actor fecerit, à suo iure cadat: iudicatum non teneat: & iudex extunc potestate iudicandi priuetur. Sancimus etiam, vt si quis clericis vel ecclesiasticis personis iustitiam denegare præsumpserit: tertio requisitus, iurisdictionem suam amittat.

Clerici filiifamilias possunt de eorum peculio testari, tanquam de quasi castrensi. Et testamentum eorum non subiacet rescissioni. Bald.

XXXIII. Iidem. AA. Eutropio* PP.

* al. Bonifacio. al. Florétio.

Sacrosanctæ orthodoxæ fidei episcopi atque presbyteri, diaconi quoque qui semel probatis moribus integritate castissima ad hunc gradum meruerint peruenire, ea quecunque in eodem clericatus gradu locóque viuentes acquirere & habere potuerint, etiam si in patris auique aut proaui potestate constituti sint, & adhuc superstites habeantur, tanquam bona propria vindicent: de his, siquando eis libitum fuerit, eis testandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessa: vt ea bona quoquo tempore [nunquam ad diuisionem veniãt,] nunquam fratribus vel sororibus aut ex his genitis conferantur: sed ad eorum filios, posteros, & quoscunque extraneos heredes perueniant: nec à patribus, auis, aut proauis, sed ab ipsorum liberis tanquam præ-*

* Inclusa desunt in omnibus: & erãt superscripta sequẽtibus verbis vice glosæ.

cipua

cipua vindicentur : & certè his lucro cedant, quibus ipsi id peculium, vel inter viuos alienatione habita, vel mortis tempore vltima & iure cognita voluntate cõcesserint. Dat. v. Kalend. April.

IN AVTHEN. *Constitutio quæ de dignitate. §. palam. col. vj. consti. ix.*

Episcopalis dignitas & cæteræ hic nominatæ, liberant à patria potestate ad commodum, non ad damnum. S. lvc.

SEd episcopalis dignitas soluit ius patriæ potestatis, sicut etiam & consulatus & præfectura sacrorum prætoriorum, & vrbicaria, & magisterium militare: & omnis dignitas valens liberare à curia, liberat à patria potestate: cum hoc quodcunque cingulum suæ potestatis præmium honoratis præstet: ita tamen, vt filij eorum post mortem auorum recidant in potestatem, ac si contigisset eos morte parentum & non ex præsenti lege suæ potestatis fieri.

IN AVTHEN. *De eccle. tit. §. interdicimus. col. ix. consti. vj.*

LIcentiam habeat episcopus, quemcunque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, & quæcunque post episcopatum iure cognationis vsque ad quartum gradum ad eũ peruenerunt : ad quos voluerit vltima voluntate :

transmittere: Caeteris rebus alio modo acquisitis ab eo, dominio ecclesiæ reseruatis: Nisi in vtilitatem ecclesiæ vel opera pietatis consumptæ sint. Eadem distinctione habita in administratoribus cuiuscunque loci religiosi. Item si quis episcopus aut minister ecclesiæ moriatur sine testamento, & successore legitimo vel legitima: successio competit ecclesiæ in qua constituti sunt.

IN AVTHEN. *De san. episco. §. presbyteros. colla. ix. consti. fin.*

De quasi castrensi peculio possunt clerici, licet in potestate sint, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate disponere, liberis & parentibus legitima portione seruata. Saly.

PResbyteros & diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores (quos omnes clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium eorum venientes, habere in sua potestate præcipimus, ad similitudinem castrensium peculiorum: & donare cui volunt secundum leges, & in his testari, licet sub parentum potestate sint: sic tamen, vt horum filij, aut his non extantibus parentes eorum legitimam ferant partem.

Priuilegia hospitalibus retro concessa, hic confirmantur, & noua conceduntur, vt res hospitalium gaudeant priuilegiis concessis & concedendis rebus maioris ecclesiæ. Salyc.

XXXIIII. Iidem AA. Dioscoro] præfecto prætorio.

Omnia priuilegia quæ à retro principibus, aut à nostra serenitate vel iudiciariis dispositionibus, aut liberalitatibus pro singulis quibuscũque tẽporibus ex cõsuetudine vel constitutione, siue circa ius metatorum, siue in aliis quibuslibet rebus præstita sunt orphanotrophiis, siue asceteriis, vel ecclesiis, aut ptochotrophiis, seu xenodochiis, vel monasteriis atque cæteris omnibus, ac etiam rebus iuris eorum ad curam œconomi viri religiosissimi presbyteri & orphanotrophi, vel ad eos qui post eum loco eius successerint, pertinentibus, ad similitudinem Zotici beatissimæ memoriæ, qui primus huiusmodi pietatis officium inuenisse dicitur: per hanc pragmaticam sanctionem firma illibatáque in perpetuum custodiri decernimus. Valde etenim hoc videtur esse necessarium, cum exinde sustentatio vel educatio orphanis atque egenis, & vsibus ecclesiasticis, ac ptochotrophiis vel asceteriis comparetur, domus etiam aliásque res superius nominatas ad curam memorati viri pertinentes, vel postmodum quolibet modo ad eius sollicitudinem, vel eorum qui post eum ad eiusdem orphanotrophij curam vocati fuerint, peruenturas: ad instar maioris venerabilis ecclesiæ huius inclytæ vrbis, omnibus priuilegiis quæ eadẽ sancta ec-

clesia vel nunc adipiscitur, vel postea merebitur, perpetuo potiri pietatis intuitu decernimus. Dat. No. Ianua. CP. Marciano A. Cos.

XXXV.

Epitome. Ἑκάστη πόλις ἴδιον ἐπίσκοπον ἐχέτω. καὶ εἰ κἂν διὰ θείας ἀντιγραφῆς τολμήσῃ τις ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ τῶν περιοικίδων αὐτῶν, ἢ τινος ἄλλου δικαίου γυμνοῦται τῶν ὄντων καὶ ἀτιμοῦται. Ἐξῄρηται δὲ ἡ Τομέων Σκυθίας πόλις. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος αὐτῶν καὶ τῶν λοιπῶν προνοεῖ, καὶ ἡ Λεοντόπολις Ἰσαυρίας ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπόν ἐστιν Ἰσαυροπόλεως.

Latinè per Ant. Contium.

VNaquæque ciuitas proprium episcopum habeto. Et si quis vel per diuinum rescriptũ ciuitatem aliquam aut suo episcopo, aut territorio, aut alio quopiam iure priuare audeat, exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomensium Scythię ciuitas. Illius enim episcopus reliquarum etiam ciuitatum curam gerit. Tum etiam Leontopolis Isauriæ subest episcopo Isauropolitano.

Adscriptitij & censiti non possunt sine expressa voluntate dominorum clerici fieri, vel solitariam eligere vitam. Saly.

XXXVI.

XXXVI. Iidem AA. Sebasti P. P.

IVbemus adscriptitiorũ creationes secũdum veterem constitutionem (nisi dominorũ possessionum vnde oriundi sunt, euidens concurrerit consensus) nullius penitus esse momenti: sed eisdem fundorum dominis, qui faciendæ creationi non (sicut dictum est) euidenter consenserint, ius proprium ad similitudinem cæterorum colonorum in suos adscriptitios exercẽdi, tanquam si nulla creatio intercessisset, tribui facultatem. Idémque hoc super illis quoque agricolis decernimus obseruari, qui cum essent adscriptitiæ conditionis nexibus adstricti, solitariam vitam videlicet appetentes, quibuslibet sese monasteriis contra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos.

Seruus non potest in clericum ordinari, nisi libertas clericatum præcedat. Bal.

1 ¶ *Seruos sanè sociari clericorum consortiis, volentibus atque consentientibus dominis, modis omnibus prohibemus: cum liceat eorum dominis, data prius seruis libertate, licitum eis ad suscipiendos honores clericorum iter (si hoc voluerint) aperire.*

Litigator debet coram iudice comparere, non iudex coram litigatore. Bald.

2 ¶ *Omnes præterea virorum clarissimorũ prouincias moderantium sententiis absque vlla priuilegij differentia, (qui tamen præsidali iu-*

risdictioni subiecti sunt) siue episcopi, vel quilibet clerici, aut monachi, aut cuiuslibet conditionis sint, pariter respondere decernimus: nulla in posterum viris clarissimis prouinciarum rectoribus ad loca in quibus incusatæ personæ consistunt, perueniendi necessitate penitus imponenda: cum non solum legibus, verum etiam naturali quoque iuri conueniat, quos res exegerit iudicialibus ad iudicium vocari sententiis, non ipsos iudices (quod dictu etiam iniustum est) ad subiectos deduci, sed per datos ab his iudices ad causæ examinationem in locis vbi incusati degunt, procedere.

IN AVTHENT. *De san. epis. §. adscriptitios. coll. ix. constit. fi.*

Adscriptitij possunt hodie clerici fieri, per substitutum tamen debent seruire. Bald.

A*Dscriptitios in ipsis possessionibus in quibus sunt adscripti, clericos etiã præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant, subrogato aliquo quem maluerint.*

IN AVTHENT. *De sanc. epis. §. si seruus. coll. ix. consti. fi.*

S*I seruus sciente domino & non contradicente in clericum ordinatus fuerit ab episcopo: ex hoc ipso quòd constitutus est, liber & inge*

ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatus fuerit, liceat domino intra anni vnius ſpatium & ſeruilem fortunam probare, & ſeruum ſuum accipere. Si vero ſeruus ſciente vel neſciente domino (ſicut diximus) ideo quòd in clero conſtitutus liber eſt factus, miniſteriũ eccleſiaſticum reliquerit, & ad ſecularem vitam tranſierit, ſuo domino ad ſeruiendum tradatur.

Conſenſus per aliquem præſtitus contemplatione certæ cauſæ finalis, tandiu intelligitur durare, quandiu durat cauſa in eſſe. Bald.

XXXVII. Iidem AA. Sebaſtiano præfecto prætorio.

SEruis, ſi dominorũ fuerint voluntate muniti, ſolitariam vitam participandi licentia non denegetur: dum tamen eorum domini non ignorent. Quòd ſi ſeruis ſuis ad monaſteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem ſeruorum dominio, donec iidem ſerui in eodem monachorum habitu durauerint, ſpoliandos eſſe cenſemus. Alioqui ſi relicta fortè vita ſolitaria ad aliam quãlibet ſeſe conditionem tranſtulerint, certũ eſt eos ad ſeruitutis iugum, quã monaſticæ profeſſionis cultu euaſerant, reuerſuros. Dat. Non. Feb.

IN AVTHEN. *De ſan. epiſco. §. ſed hæc quidem. colla. ix. conſti. fin.*

EPiscopalis ordo liberat à fortuna seruili vel adscriptitia, sed non à curiali, siue officiali. nam & post ordinationem durat, ita vt per subiectam vel interpositam personam officium adimpleatur, nisi curiæ vel officio restituatur.

IN AVTHENT. *de monachis. §. hinc autem. coll. j. consti. v.*

VErùm & si legitimo probatus experimento monachus efficiatur, euadet iugum seruitutis. Debent enim per triennium antequam monachi efficiantur, in monasteriis permanere: postea vero si monachi facti fuerint, liberi erunt.

XXXVIII.

ΟΙ τὰ ἴδια μοναστήρια καταλιμπάνοντες οὐ λαμβάνουσιν ἃ προσήγαγον αὐτοῖς κινητά, ὅσης δήποτε ποσότητος ὄντα, κἂν μὴ συνέστη πρᾶξις ὑπομνημάτων ἐπ' αὐτοῖς. ἐπὶ δὲ ταῖς δωρεαῖς τῶν ἀκινήτων δεῖ τὰ νόμιμα φυλάττεσθαι ἐπεὶ οὐκ ἀναιρεῖται τῷ δωρησαμένῳ ἡ ἐκνίκησις. ¶ Οὐ δεῖ τοὺς ἐπισκόπους ἢ τοὺς κληρικοὺς ἀναγκάζειν τινὰς καρποφορεῖν ἢ ἀγγαρείας διδόναι ἢ ἄλλως ἐπηρεάζειν ἢ ἀφορίζειν ἢ ἀναθεματίζειν ἢ μὴ διδόναι κοινωνίαν ἢ διὰ ταῦτα μὴ βαπτίζειν κἂν ἔθος τοιοῦτον ἐκράτησεν. ὁ δὲ παραβαίνων ἐκπίπτει τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς διοικήσεως αὐτοῦ καὶ δίδωσι δέκα λίτρας· ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ x

καὶ

καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς καὶ τοῖς τόποις τοῖς ὑπὸ τὸ πατριάρχου χειροτονουμένοις μητροπολίταις ἀνήκουσιν, ἢ τοῖς δὲ ἐκείνων γινομένοις ἐπισκόποις.

Latinè per Ant. Contium.

QVi ſua monaſteria relinquunt, non recipiunt quas attulerunt ad ea res mobiles, cuiuſcunque quantitatis ſint, etiam ſi non ſint confecta monumentorum geſta ſuper ipſis. In donationibus autem immobilium, oportet iura ſeruari, quando non adimitur ei qui donauit euictio [earũ.]

1 ¶ Non oportet epiſcopos aut clericos cogere quoſquam ad fructus offerendos aut angarias dandas aut alio modo vexare, aut excommunicare aut anathematizare, aut denegare communionem aut idcirco nõ baptizare quãuis vſus ita obtinuerit. Tranſgreſſor cadit ab eccleſia, & adminiſtratione ipſius, & dat decem libras. Hæc vero obtinẽt in ſola imperatrice [ciuitate] & territorio eius & locis ad eos qui à patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his epiſcopos.

ab hoc loco edideram hanc epitomé.

XXXIX.

TA μοναστήρια πλῆσιν ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐνοριῶν αὐτῶν. καὶ τοὺς μὲν ἡγου-

ex Nomocano. Tit. I. c. 20.

μόνους ἐπιβλέπουσιν οἱ ἐπίσκοποι, τοὺς δὲ μοναχοὺς οἱ ἡγούμενοι. οὐ γίνεται δὲ ἡγούμενος δύο μοναστηρίων.

Latinè per Ant. Contium.

MOnasteria degunt [seu cēsentur] sub episcopis territoriorum suorum. & Abbatum quidem curam gerunt episcopi, monachorum verò abbates. Non fit verò abbas duorum monasteriorum.

Insinuatio siue publicatio testamentorum debet fieri in vrbe coram magistro census, non coram aliis iudicibus, nec ecclesiarum defensoribus. Salyc.

XL. Imp. IVSTINVS A. Archelao præfecto prætorio.

REpetita promulgatione, non solum iudices quorunlibet tribunalium, verumetiā defensores ecclesiarum huius almæ vrbis, quos turpißimum insinuandi vltimas deficientium voluntates genus irrepserat: præmonendos[a] esse censemus, ne rem attingant, quæ nemini prorsus omnium[b] secundum constitutionum præcepta, præterquam magistro census competit. Absurdum etenim clericis est, immo etiā opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum esse forensium: Temeratoribus huius sanctionis pœna quinquaginta librarum auri feriendis. Dat. XIII. Kalend. Decemb. CP. Iustiniano A. II. & Opiliano Coss.

[a] remouendos.

[b] hominū. vet.

XLI.

XLI. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἀταρβίῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Πᾶσαν ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, εἰς τιμήν τε καὶ δόξαν τῆς ἁγίας ἀχράντου, καὶ ὁμοουσίου τριάδος, δι' ἧς σώζεσθαι ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν κοινὴν πολιτείαν πεπιστεύκαμεν, ἀκολουθοῦντες δὲ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, περὶ τοῦ ἀνεπιλήπτους ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς ἱερέας, οἵτινες μάλιστα διὰ τῶν οἰκείων εὐχῶν τὴν εὐμένειαν τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ τοῖς κοινοῖς περιποιεῖν ἐτάχθησαν πράγμασι, διὰ τοῦ παρόντος νόμου θεσπίζομεν, ὁσάκις ἂν ἐν οἱᾳδήποτε πόλει ἱερατικὸν θρόνον σχολάσαι συμβαίη, ψήφισμα γίνεσθαι παρὰ τῶν οἰκούντων τὴν αὐτὴν πόλιν ἐπὶ τρισὶ τοῖς ἐπὶ ὀρθῇ πίστει, καὶ βίου σεμνότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένοις, ὥστε ἐκ τούτων τὸν ἐπιτηδειότερον εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι. εἰ γὰρ οἱ ἅγιοι καὶ ἔνδοξοι ἀπόστολοι, οἱ τὴν ἱερωσύνην παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ θεοῦ ἡμῶν δεξάμενοι, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὴν γῆν πληρώσαντες, καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἅπασι παραδεδωκότες, οὐδ' αὐτῆς τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ζωῆς αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐφείσαντο, πῶς οὐ δίκαιόν ἐστι τοὺς ὑπὲρ σπουδὰς εἰς τὴν αὐτῶν τάξιν καὶ ἐγκαθισαμένους τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἱερέας, καθαρὰν κεκτῆσθαι προαίρεσιν, καὶ τῶν μὲν χρημάτων ὑπερφρονεῖν, πᾶσαν δὲ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν εἰς τὴν φιλ-

φιλάνθρωπον ἀνατείνειν θεὸν, ὥστε προσήκει
τούτους ἐπιλέγεσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι ἱερέας, οἷς
οὐκ ἔστιν οὔτε τέκνα οὔτε ἔγγονοι, ἐπειδὴ οὐχ οἷόν
τέ ἐστι τὸν περὶ τὰς βιωτικὰς ἠσχολημένον φρον-
τίδας, ἃς οἱ παῖδες μάλιστα τοῖς γονεῦσι παρέ-
χουσι, τὴν πᾶσαν σπουδήν τε καὶ ἔννοιαν περὶ
τὴν θείαν λειτουργίαν καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ
ἔχειν πράγματα. τινῶν γὰρ διὰ τὴν εἰς τὸν θεὸν
ἐλπίδα, καὶ διὰ τὸ τὰς ἑαυτῶν περισῶσαι
ψυχὰς προστρεχόντων ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλη-
σίαις, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς ταύταις προσφε-
ρόντων καὶ καταλιμπανόντων ἐπὶ τῷ εἰς πτωχοὺς
καὶ πένητας καὶ ἑτέρας εὐσεβεῖς ταῦτας δαπα-
νᾶσθαι χρείας, ἄτοπόν ἐστι τοὺς ἐπισκόπους εἰς
οἰκεῖον ταῦτα ἀποφέρεσθαι κέρδος, ἢ περὶ ἴδια
τέκνα καὶ συγγενεῖς καταναλίσκειν. χρὴ γὰρ
καὶ τὸν ἐπίσκοπον μὴ ἐμποδιζόμενον προσπα-
θείαις σαρκικῶν τέκνων, πάντων τῶν πιστῶν
πνευματικὸν εἶναι πατέρα. διὰ ταῦτα τοίνυν
ἀπαγορεύομεν τὸν ἔχοντα τέκνα ἢ ἐγγόνους χειρο-
τονεῖσθαι ἐπίσκοπον. τοὺς δὲ νῦν ὄντας ἐπισκό-
πους, ἢ μέλλοντας γίνεσθαι, θεσπίζομεν μηδα-
μῶς ἔχειν ἐξουσίαν διατίθεσθαι, ἢ δωρεῖσθαι ἢ
καθ' ἑτέραν οἱανδήποτε περίνοιαν ἐκποιεῖν τι
ἀπὸ ἑαυτῶν περιουσίας, ἣν μετὰ τὸ γενέσθαι
ἐπίσκοποι ἐκτήσαντο, ἢ ἀπὸ διαθηκῶν ἢ ἀπὸ
δωρεῶν, ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον,
πλὴν εἰ μὴ μόνα ἃ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἐξ οἱασ-
δήποτε αἰτίας ἔσχον, ἢ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν

ἀπὸ

ἀπὸ γονέων, καὶ θείων, καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς τι περιῆλθεν, ἢ καὶ περιελεύσεται. πάντα δὲ ὅσα μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας κατακέκτηνται χωρὶς τῶν εἰρημένων προσώπων εἰς αὐτοὺς περιῆλθε, τῇ παρ' αὐτῶν ἐπισκοπουμένῃ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ διαφέρειν κελεύομεν, καὶ ἐκδικεῖσθαι παρ' αὐτῆς, οὐδενὸς ἑτέρου προσώπου δυναμένου ἐκ τούτου εἰς οἰκεῖον ἀπενεγκεῖν κέρδος. τίς γὰρ ἂν ἀμφισβητήσειεν, ὡς οἱ τούτοις τὰς ἰδίας οὐσίας καταλείψαντες, ἢ καὶ καταλιμπάνοντες, ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον παραπέμψαντες, ἢ παραπέμποντες, οὐκ ἀφεωράκασιν, εἰς τὴν αὐτῶν ἱερωσύνην, καὶ πιστεύσαντες ὡς οὐ μόνον τὰ παρ' αὐτῶν καταλειφθέντα εὐσεβῶς διατεθήσουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν οὐσίας προσθήσουσι, τοῦτο ποιοῦσι; τῆς δὲ γενικῆς ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας μόνα ἐξαιροῦμεν τὰ περιγινόμενα οἱωδήποτε πράγματα Ἐπιφανίῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, καὶ πατριάρχῃ ἁγιωτάτῳ μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας. ἐπὶ γὰρ τῶν ἀπὸ τοῦ παρόντος μέλλουσιν αὐτῷ προσγίνεσθαι κρατεῖν τὰ παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν ταῦτα θεσπίζομεν. μετὰ δὲ τὴν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τελευτὴν, τοὺς κατὰ καιρὸν οἰκονόμους, λόγους ἀπαιτεῖσθαι τῶν παρ' αὐτῶν καταλελειμμένων πραγμάτων, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν, ἢ ἐκ ταύτης

ἡμῶν

ἡμῶν περὶ νομοθεσίας ὀφειλόντων. καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς οἰκονόμους κατὰ κρίσιν, καὶ δοκιμασίαν γίνεσθαι κελεύομεν, εἰδότας ὡς παντὶ τρόπῳ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν λόγους ὑφέξουσι τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς οἰκείας διοικήσεως, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν φανῶσι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα καταβλάψαντες, ἢ κέρδος οἰκεῖον ποιησάμενοι, τοῦτο τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀποδώσουσι πράγμασιν. ὥστε εἰ μὲν περιόντες τοὺς τοιούτους ὑπόσχοιεν λόγους γίνεσθαι τὰ εἰρημένα. εἰ δὲ τελευτήσειαν πρὶν τοὺς αὐτοὺς λόγους ὑποσχεῖν, τότε τοὺς αὐτῶν κληρονόμους ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ ζητήσει καὶ συνελθεῖν πρὸς ἀποκατάστασιν πάντων, ὧν ἂν ἐντεῦθεν φανῶσιν ὀφείλοντες. δεῖν δὲ ὠήθημεν καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς τὴν φροντίδα ἀναδεδεγμένοις ἢ καὶ ἀναδεξομένοις τῶν τε εὐαγῶν ξενώνων, καὶ νοσοκομείων, καὶ πτωχείων, καὶ ὀρφανοτροφείων, καὶ βρεφοτροφείων διατυπῶσαι. καὶ γὰρ αὐτοῖς πᾶσαν ἄδειαν ἀναιροῦμεν, τὸ τὰ κτηθέντα αὐτοῖς μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὰ εἰρημένα φροντίσματα ἢ κατὰ διαθήκας ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον, ἢ περίνοιεν, εἰς ἕτερα μετατιθέναι πρόσωπα πλὴν εἰ μὴ ὅσα πρώην ἔτυχον ἔχοντες, ἢ μετὰ ταῦτα ἀπὸ γονέων, ἢ θείων καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς περιῆλθε. πάντα δὲ ὅσα τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις προσήκει τοῖς εἰρημένοις, εἰς τοὺς τούτων προεστῶτας μετὰ τὸ τὴν τοιαύτην ἀναδέξασθαι φροντίδα περιῆλθεν, ἢ περιελεύ-

ἐπιμελοῦνται, τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσι διαφέρειν δι-
κοις, καὶ εὐσεβῶς περὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας ἢ
θεραπευομένους διοικεῖσθαι βουλόμεθα. πρόδη-
λον γάρ ἐστιν, ὅτι ὁ καταλιμπάνων, ἢ δωρού-
μενος ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως ξενοδόχῳ ἢ νοσο-
κόμῳ, ἢ πτωχοτρόφῳ, ἢ ὀρφανοτρόφῳ. ὑπὲρ τούτου
δίδωσιν, ἵνα εὐσεβῶς δι' αὐτοῦ διοικηθῇ, ὡς καὶ
πολλὴν εὐσεβείας ἀφορμὴν αὐτοῦ ἔχοντος διὰ
τοὺς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένους. καὶ οὐ δίκαιον
ἐστὶ τοῦτον, ἅπερ προφάσει τῶν ὑπ' αὐτοῦ φρον-
τιζομένων λαμβάνει, μὴ περὶ αὐτοὺς, ἢ καὶ
ὑπὲρ αὐτῶν ἀναλίσκειν, ἀλλ' εἰς ἴδιον αὐ-
τὰ πρόσωπον ἀποφέρεσθαι, καὶ δικαίου ποι-
εῖσθαι κέρδος, τοῦ φόβου θεοῦ καταφρονήσαν-
τα. τίς γὰρ ἂν τὸν τοιαύτην ἔχοντα φροντί-
δα μὴ νομίσειε διὰ τοῦτο ταύτην ἀναδέξα-
σθαι, ἵνα μὴ μόνον ὅσα αὐτῷ ἔξωθεν περιγίνε-
ται, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἔτυχον ἰσχηκὼς περὶ αὐτὴν
δαπανήσῃ; ἔτι καὶ τοῦτο κελεύομεν, ἵσα μετὰ
τὴν δεόντως παρὰ τῶν τοιούτων προσώπων γι-
νομένην περὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένους δα-
πάνην καὶ ἐπιμέλειαν περί τε τὰ πράγματα
καὶ τοὺς οἴκους ἐκπεριττεῦσαι συμβαίη, ταῦτα
προχωρεῖν εἰς ἀγορασίαν προσόδων. πανταχοῦ
γὰρ ἡμῖν σκοπὸς εἰς ἐπίδοσιν ἤτοι αὔξη-
σιν ἄγεσθαι τὰ εἰς εὐσεβεῖς ἀφωρισμένα χρείας
πράγματα. οὕτως γὰρ ἕκαστος ὑπὲρ τῆς ἑαυ-
τοῦ ψυχῆς τι πρᾶξαι βουλόμενος, προθυμότερον
ἐπιδιδώσει, ἐὰν τὰ παρ' αὐτοῦ παρεχόμενα

ἰνσ

εὐσεβῶς μέλλειν διοικεῖσθαι πιστεύσειεν. ἢν δὲ συμβῇ τινὰ τούτων παύσασθαι τῆς φροντίδος ἧς εἶχε, θεσπίζομεν τὸν εἰς τόπον αὐτοῦ κατασταθησόμενον μετὰ τοῦ φόβου τοῦ δεσπότου θεοῦ λόγους ἀπαιτεῖσθαι πάσης τῆς παρ' αὐτοῦ γενομένης διοικήσεως, κατὰ τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην περιέχεται νομοθεσίαν, εἰδότος καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν καθισταμένου, ὡς τῷ δεσπότῃ θεῷ τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον ὑφέξει. ἔτι θεσπίζομεν κατὰ τοὺς θείους διωρίσθαι κανόνας μήτε ἐπίσκοπον μήτε χωρεπίσκοπον μήτε περιοδευτὴν, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἄλλον οἱασδήποτε ἀξίας κληρικὸν, ἐπιδόσει χειροτονεῖσθαι. ἀλλὰ μηδὲ οἰκονόμον, ἢ ἐκκλησιέκδικον, ἢ ξενοδόχον, ἢ νοσοκόμον, ἢ πτωχοτρόφον, ἢ ὀρφανοτρόφον, ἢ βρεφοτρόφον, ἢ τὴν ἐπὶ τῆς πτωχείας παρέχοντά τι γενέσθαι, ἀλλὰ κατὰ κρίσιν, καὶ δοκιμασίαν τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τούτους προβάλλεσθαι. εἰ δέ τις εὑρεθείη προφάσει τῶν εἰρημένων χειροτονιῶν ἢ φροντισμάτων διδούς τι, ἢ λαμβάνων, εἴτε ἐπίσκοπος εἴη, εἴτε κληρικὸς, καὶ τὸν παρέχοντα, καὶ τὸν λαμβάνοντα ἔξω τῆς ἱερωσύνης, καὶ τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν, μετὰ τὸ ὑπὸ τὴν κατάκρισιν αὐτοὺς εἶναι τοῦ δεσπότου θεοῦ. εἰ δέ τις διὰ προστασίας γίνοιτο καὶ εὑρεθείη διδούς τι τὸν γινόμενον ἔξω τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν. εἰ δὲ οἰκονόμος, ἢ ἐκκλησιέκδικος, ἢ χωρεπίσκοπος, ἢ περιοδευτὴς, ἢ ξενοδόχος, ἢ νοσοκόμος, ἢ πτωχοτρόφος, ἢ ὀρφανο-

φανερὸς, ἢ ὁ καλούμενος ἐπὶ τῆς πτωχείας, φανείη παρασχών τι ἐπὶ τῷ τὴν τοιαύτην αὐτῷ περιποιῆσαι φροντίδα, καὶ τοῦτον ἀποκινεῖσθαι τῆς τοιαύτης φροντίδος κελεύομεν. ἔτι θεσπίζομεν πάντας τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, δι' αὐτῶν ψάλλειν τά τε νυκτερινὰ καὶ τὰ ὀρθρινὰ καὶ τὰ ἑσπερινά, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ δαπανᾶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα κληρικοὺς φαίνεσθαι, ὄνομα μὲν ἔχοντας κληρικῶν, μὴ ἐπιτελοῦντας δὲ τὸ πρᾶγμα τῆς κληρικῆς πρὸς τὴν λειτουργίαν τοῦ δεσπότου Θεοῦ. ἄτοπον γὰρ ἐστὶν ἀντ' αὐτῶν γραπτοὺς ἀνάγκης ἐπαγομένης αὐτοῖς ψάλλειν. εἰ γὰρ πολλοὶ τῶν λαϊκῶν διὰ τὸ τὴν οἰκείαν ὠφελῆσαι ψυχήν, ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις προσεδρεύοντες σπουδαῖοι περὶ τὴν ψαλμῳδίαν δείκνυνται, πῶς οὐκ ἄτοπον τοὺς κληρικούς τοὺς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένους μὴ πληροῦν τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα. διὸ παντὶ τρόπῳ τοὺς κληρικοὺς ψάλλειν κελεύομεν, καὶ καταζητεῖσθαι αὐτοὺς παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων καὶ δύο πρωτοπρεσβυτέρων ἑκάστης ἐκκλησίας, καὶ τοῦ καλουμένου ἄρχοντος ἤτοι ἐξάρχου, καὶ τοῦ ἐκδίκου ἑκάστης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, καὶ τοὺς μὴ εὑρισκομένους ἀμέμπτως ταῖς λειτουργίαις προσκαρτεροῦντας, ἔξω τοῦ κλήρου καθίστασθαι. οἱ γὰρ κατασκευάσαντες ἤτοι κτήσαντες τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας

κατέλιπον αὐταῖς οὐσίας, δι' ὧν ὤφειλον αἱ θεῖαι λειτουργίαι γίνεσθαι ἐφ' ᾧ τε διὰ τῶν λειτουργούντων ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εὐλαβεστάτων κληρικῶν θεραπεύεσθαι τὸν δεσπότην Θεόν. ἄδειαν δὲ παρέχομεν παντὶ προσώπῳ τῷ γινώσκοντι τούτων τι παραβαινόμενον, τοῦτο προσανακαλεῖν καὶ φανεροῦν, τὰ δὲ περὶ ἡμῶν θεσπισθέντα πέρατι παραδοῦναι, καὶ εἰς ἔργον ἀχθῆναι μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ εὐμενείας κελεύομεν. ὑφορωμένων τῶν παραβαίνειν ταῦτα τολμώντων, πρῶτον μὲν τὴν ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου Θεοῦ κρίσεως κίνδυνον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰς ἐγκειμένας τῇ αὐτῇ νομοθεσίᾳ ποινάς. *Datum Kal. Mar.* C. P. DN. *Iustiniano* PP. A. II. *Cos.*

Eadem latinè per Antonium Contium.

XLI. Imp. IVSTINIANVS A. ATARBIO præfecto prætorio.

Omnem adhibētes prouidentiam circa sanctissimas ecclesias in honorem & gloriā sanctæ & incorruptæ & homoüsiæ Trinitatis, per quam & nos & communem rempublicam saluos fore credidimus, insistentes etiam doctrinæ sanctorum apostolorum, de creandis irreprehensibilibus sacerdotibus, qui quidem ob id potissimum ordinantur, vt suis precibus benignitatem

tatẽ humanissimi Dei rebus adquirant communibus: præsenti lege sancimus, vt quoties in qualicunque ciuitate sacerdotalem sedem vacare contigerit, decretum fiat ab his qui eam ciuitatẽ incolunt, super tribus personis rectæ fidei, & honestæ vitæ, aliorúmque bonorum & virtutum testimonium habentibus, vt ex ipsis idoneior ad episcopatum promoueatur. Si enim sancti & gloriosi Apostoli sacerdotium à domino Christo Deo cõsecuti, & qui bonis omnibus terram repleuerunt, & eius doctrinam omnibus impartiti sunt, neque ipsi vitæ suæ quam in hoc mundo degebant, salutis nostræ causa pepercerunt: quomodo æquum non fuerit, vt qui subingrediuntur eorum ordinem, & instituuntur sanctissimarũ ecclesiarum sacerdotes, purum habeãt propositum, & pecunias contemnant, omnémque vitam suam ad clementissimum applicent Deum? Cõuenit igitur huiusmodi eligi & ordinari sacerdotes, quibus nec liberi sint, nec nepotes. Etenim fieri vix potest, vt vacans huius quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne studium omnémque cogitationem

circa diuinã liturgiam & res ecclesiasticas consumat. Nam cum quidam, summa in deum spe, & vt animæ eorũ saluæ fiant, ad sanctissimas adcurrant ecclesias, & eis omnes suas facultates adferant,& derelinquant,vt in pauperes & egentes & alios pios vsus consumantur, indecens est episcopos in suum illas auferre lucrum, aut in propriam sobolem & cognatos impendere. Oportet enim episcopum minime impeditum affectionibus carnalium liberorum,omnium fidelium spiritualem esse patrem. Has igitur ob causas prohibemus habentem natos aut nepotes ordinari episcopum.De his vero episcopis qui nũc sunt vel futuri sunt, sancimus nullo modo habere eos facultatem testandi,vel donandi,vel per aliam quamcunque excogitationem alienãdi quid de rebus suis,quas postquam facti fuerint episcopi possederint & adquisierint vel ex testamentis, vel donationibus,vel ex alia quacumque causa, exceptis duntaxat his quas ante episcopatum habuerunt ex quacunque causa, vel quas post episcopatum à parentibus & theiis, hoc est patruis vel auunculis, & à fratribus ad ipsos

ipſos peruenerũt, peruenturæque ſunt. Quæcunque enim poſt ordinationem ex quacunque cauſa extra præfatas perſonas ad ipſos peruenerunt, ea iubemus ad ſanctiſſimam eccleſiam cuius epiſcopatum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari & euinci: nulla alia perſona poteſtatem habēte ex eo proprium quid auferre lucrũ. Quis enim dubitauerit eos qui ipſis proprias res relinquunt aut reliquerint, etſi in aliã perſonam transferunt, aut tranſtulerunt, non potius ipſum ſacerdotium contemplantes quàm eius perſonam, & cogitantes quia non ſolum ab ipſis relicta piè inſument, ſed & ſuas ipſorum res adiiciēt, id feciſſe? Ab hac autem generali noſtra lege excipimus ea ſola quæcunque & qualiacumque in hunc vſque diem fuerint Epiphanij archiepiſcopi felicis huius ciuitatis, & ſanctiſſimi patriarchæ. Nam ſuper his quæ ab hoc tempore ei adquirentur, ea quæ à nobis conſtituta ſunt, obtinere, & ipſa ad ſanctiſſimam maiorem eccleſiam pertinere iubemus. Poſt mortem verò deo amantiſſimorum epiſcoporum iubemus vt pro tempore illarum eccleſiarum œconomi ratio-

nes reddant earum quæ ab illis relictę sunt rerum, ídque sanctissimis ecclesiis proficere quod ex hac nostra lege eis debetur. Et ipsos quidem œconomos cum iudicio & diligenti discussione creari præcipimus, scientibus ipsis, quòd singulis annis rationem referēt sanctissimo episcopo suæ administrationis: & quacumque in re videbuntur res ecclesiasticas minuisse vel læsisse, vel proprium quæstum quæsisse, hoc ecclesiasticis rebus restituent. Itaque si quidem superstites istiusmodi rationes subierint, fiant quæ supra dicta sunt. si verò non redditis rationibus defuncti fuerint, tunc ipsorum heredes subiiciantur tali discussioni, & cōueniantur pro restitutione omnium quæ ex ea causa debere illos constiterit. Necessarium quoque esse credidimus etiam super his aliquid definire, qui curam susceperunt suscepturíve sunt venerabilium xenonum & nosocomiorum & ptochiorum & orphanotrophiorum & brephotrophiorum. Nam & ipsis omnem licentiam auferimus de adquisitis rebus post susceptas huiusmodi curationes vel per testa-

mentum

mentum vel per alium quemlibet modum vel machinationem quicquam in alias transferendi personas, exceptis quæ prius habuerant, vel postea à parentibus vel theiis vel fratribus ad ipsos peruenerũt. Omnia enim quæcũq; ad sancta pertinent loca, vel quę ad ipsorũ præpositos post susceptam huiusmodi curam peruenerunt vel peruentura sunt, ad ipsa venerabilia pertinebunt loca: eáque piè in eos distribui & erogari volumus, qui in illis locis sunt, vel curantur. Manifestũ enim est, quòd quisquis derelinquit vel donat siue in scriptis siue sine scriptis xenodocho vel nosocomo, vel ptochotropho, vel orphanotropho, idcirco dat, vt piè per ipsum dispẽsetur, vt qui multã de eorum pietate præsumptionem & occasionem habeat, qui iis locis præfecti sunt. Neque verò iustum est, ipsum ea quæ sub prætextu eorum qui sub eius cura sunt accipit, non in ipsos vel pro ipsis impendere, sed in propriam personam auferre, & proprio lucro applicare, timore dei cõtempto. Quis enim tali curæ prępositum non existimet idcirco eam suscepisse, vt nõ solùm quæ extrinsecus ad eum peruenient, sed

etiam omnia quæ habere eum contigerit, in eam rem impendat? Amplius id quoque iubemus, vt quæcumq; post necessariam erogationem in eos qui eorum curæ commissi sunt, & debitam curationem rerum & ædificiorum superesse cõtigerit, ea ad redituum comparationẽ proficiãt. Vndique enim noster scopus nostráque intentio est, ad amplificationem & augmentum adducere res ad pios vsus segregatas. Sic enim quisquis pro sua anima quidquã facere volet, promptius erogabit, si crediderit ea quæ ab ipso data fuerint, piè administranda esse. Si autem contigerit aliquem ab administratione sua cessare quam acceperat, sancimus eum qui in eius loco constitutus est, cũ timore Domini rationũ redditioni subiici gestæ sub eo administrationis, sicut diuina nostra lege continetur: sciẽte & eo qui post ipsum constitutus est, quòd Domino Deo pro his rationem reddet. Præterea sancimus, quemadmodum & diuinis canonibus definitum est, ne quis episcopus, aut chorepiscopus, aut visitator siue circuitor aut presbyter, aut alius cuiuscumque dignitatis clericus per largitionẽ ordin

dinetur. Sed nec œconomus nec eccle-
siecdicus nec xenodochus nec nosoco-
mus nec ptochotrophus nec orphano-
trophus, nec brephotrophus nec quis-
quis ptochio præficiendus est, per ta-
lem fiat largitionem: sed per iudicium
& probationem eorum qui in illis lo-
cis sunt deo amantissimorum episco-
porum. Si verò quis inuentus fuerit
occasione prædictarum ordinationum
& administrationũ aliquid dedisse vel
accepisse, siue episcopus sit siue cleri-
cus, & eum qui præbuit, & eum qui
accepit, extra sacerdotium & clerum
fieri iubemus, vt post hæc domini dei
subiaceant condemnationi. Si autem
quis propter præfecturam dedisse quid
compertus fuerit, eum qui ita præfe-
ctus factus fuerit, extra clerum esse iu-
bemus. si verò œconomus vel eccle-
siecdicus seu defensor, vel chorepi-
scopus. i. vel periodeuta, visitator, vel
xenodochus, vel nosocomus, vel pto-
chotrophus vel orphanotrophus vel
ptochio præpositus comperietur præ-
buisse quid vt sibi cura illa commit-
teretur, & hunc remoueri ab huiusmo-
di cura iubemus. Præterea sancimus,
vt omnes clerici per singulas ecclesias

constituti, per seipsos psallant nocturna & matutina & vespertina, ne ex sola ecclesiasticarum rerum cõsumptione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implẽtes clerici circa liturgiã Domini dei. Turpe enim est pro ipsis scriptos necessitate ipsis inducta psallere. Si enim multi laicorũ vt suæ animæ consulãt, ad sanctissimas ecclesias cõfluentes studiosi circa psalmodiã ostenduntur, quomodo indecens nõ fuerit clericos ad id ordinatos non implere suum munus? Quapropter omnimodo clericos psallere iubemus, & ipsos inquiri à deo amantissimis pro tẽpore episcopis & duobus presbyteris in singulis ecclesiis, & ab eo qui vocatur archos vel exarchos, & ab ecdico siue defensore cuiusque sanctissimæ ecclesiæ: & eos qui inuenti non fuerint inculpatè in liturgiis perseuerantes, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt vel fundarunt sanctissimas ecclesias pro sua salute & communis reipublicæ, reliquerunt illis substantias, vt per eas debeant sacræ liturgiæ fieri, & vt in illis à ministrantibus piis clericis deus colatur. Licentiam autem concedimus

dimus omni personæ quæ quid horum prætermissum esse cognouerit, ea denunciare & publicare. Ea vero quæ à nobis sancita sunt, fini tradi & ad effectum perduci cum dei benignitate iubemus: eos verò qui in suspicionem venerint aliquid horum ausu temerario prætermisisse, primùm quidem ex domini dei iudicio periculum, ac deinde positas in hac lege pœnas sustinere. Dat. Kalen. Mart. CP. DN. Iustiniano PP. A. II. Coss.

XLII. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχῃ.

Πᾶσαν ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν κρατύνεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράγματα τῇ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ χάριτι τειχίζεσθαι πεπιστεύκαμεν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ἡμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ψυχὰς σπουδάζοντες περισώζεσθαι καὶ τούτου χάριν ἐπιμελούμενοι διὰ παντὸς τοῦ μήτε τὰ συμφέροντα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καθ' ἑκάστην οὖν πόλιν οὔσαις τρόπῳ τινὶ καταλιγωρεῖσθαι μηδὲ τὰς ἐν αὐταῖς θείας λειτουργίας ἐκ τῆς τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων ἀπουσίας ἐμποδίζεσθαι ἢ μὴ προσηκόντως

Integra constitutio.

συνήθως ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἐκδαπανᾶσθαι πράγματα διά τε τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ διὰ τῶν ἐνταῦθα περί τε τοὺς ἀνιόντας ἱερέας, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ὄντας κληρικοὺς ἢ οἰκέτας δαπανωμένων, ὥστε πολλάκις καὶ δανείων γίνεσθαι χρείαν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἔρχεσθαι βάρος ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας πρὸς τὸ μηδὲ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων δεόντως προϊέναι διοίκησιν παρὰ τὸν τῆς ἀποδημίας τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων καιρὸν ταύτῃ τοι πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα ταῖς θείαις συλλαβαῖς χρήσασθαι δεῖν ᾠήθημεν δι᾽ ὧν αὐτῇ παρακελευόμεθα καταστῆσαι πᾶσι φανερὸν τοῖς κατὰ τὰς μητροπόλεις ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπ᾽ αὐτῇ τεταγμένοις ὁσιωτάτοις ἱερεῦσιν, ὡς οὐ προσήκει τινὰ τούτων ἢ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἐπαρχίας πόλεσι ταῖς ὑπὸ τῷ μητροπολίτῃ τεταγμέναις θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κατ᾽ οἰκείαν γνώμην δίχα θείας ἡμῶν ἰδικῆς προστάξεως ἀπολιμπάνειν μὲν τὴν παρ᾽ αὐτοῦ διοικουμένην ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν, εἰς δὲ τὴν εὐδαίμονα ταύτην ἀνιέναι πόλιν οἱουδήποτε πράγματος ἀνακύπτοντος, ἀλλὰ πέμπειν ἐνταῦθα ἕνα ἢ δύο τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐναγοῦς κλήρου, καὶ ποιεῖν φανερὰ τῇ ἡμετέρᾳ εὐσεβείᾳ περὶ ὧν δέονται ἢ δι᾽ αὐτῶν ἐξ εὐθείας προσιόντων ἡμῖν ἢ διὰ μέσης τῆς σῆς μακαριότητος οὕτω τε τυγχάνειν δικαίας τε καὶ συντό-

μα

Ab episcopo cognoscente ex prorogatione, potest appellari semel tantum, si feratur sententia confirmatoria. Bal.

SI quis litigantium intra decem dies contradicat his quæ iudicata sunt, tunc locorum iudex examinet causam: & si inuenerit iudicium rectè factum, etiam per sententiam suam

ſuam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat quæ iudicata ſunt: & non liceat victo iterum in tali cauſa appellare. Si verò ſententia iudicis contraria fuerit: tunc licet à ſententia iudicis appellare. Si tamen ex imperiali iuſsione, aut iudiciali præcepto epiſcopus iudicat inter quaſcunque perſonas: appellatio, aut ad principem, aut ad eum qui tranſmiſit negotium, transferatur.

Iudex debet prouidere, ne carcerum cuſtos inhumaniter ſe habeat erga carceratos. Salyc.

VIIII. Impp HONOR. & THEODO. A A. Cæciliano P. P.

I*Vdices*[a] *dominicis diebus productos reos de cuſtodia carcerali videant, & interrogent: ne his humanitas clauſis per corruptos carcerum cuſtodes negetur. Victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari, libellis duobus,*[b] *aut tribus diurnis, vel quot exiſtimauerint commentarienſes, decretis: quorum ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum. quos ad lauacrum ſub fida cuſtodia duci oportet: multa iudicibus viginti librarum auri, & officiis eorum eiuſdem ponderis conſtituta, ordinibus quoque trium librarum auri multa propoſita, ſi ſaluberrima ſtatuta contempſerint. Nec deerit antiſtitum Chriſtianæ religionis cura laudabilis, quæ ad obſeruationem conſtituti iudi-*

[a] C. T. 9. 3. 7.

[b] legẽdum duabus, vt in manuſ. reperi, & Alciatus li. j. parer. c. 17. ita legendum ait. Cont.

cis hanc ingerat monitionem. Dat. VII. *Idus Feb. Rauennæ Honorio* VIII. *& Theodosio* III. AA. *Conss.*

Libri improbatæ fidei debent vidente episcopo comburi. Salyc.

X. Iidem AA. Cæciliano PP.

*C.T.9.16 12.

*MAthematicos, *nisi parati sint, codicibus erroris proprij sub oculis episcoporum incendio concrematis, catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem primum *redituri: nō solum vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus depelli decernimus. Quòd si hoc non fecerint, & contra clementiæ nostræ salubre constitutum in ciuitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui & professionis insinuauerint: deportationis pœnam excipiant. Dat. Kalend. Febr. Rauen. Honor.* VIII. *Theodosio* III. AA. *Conss.*

*al. pristinū. al. præteritum.

Ad curam episcoporum spectat, vt redeuntes à captiuitate nemo iniuriis afficiat. Saly.

XI. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.

*C. T. 5. 5. 2.

*CHristianos *proximorum locorum volumus sollicitudinem gerere, vt Romanos captiuos qui reuersi fuerint, nemo teneat, nemo iniuriis aut damnis afficiat. Dat.* III. *Idus Decembr. Honorio* VIII. *& Theodosio* III. AA. *Conss.*

Pa

Pater vel dominus, qui necessitatem peccandi imposuit filiabus vel ancillis, earum potestate priuatur. Salyc.

XII. Impp. THEODO. & VALENTINIA. Florentio præfecto prætorio.*

SI lenones patres et domini suis filiabus vel ancillis peccãdi necessitatem imposuerint, liceat filiabus & ancillis, episcoporum implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui. Dat. Kalen. Maij, Felice & Tauro Conss.

*c.T.15.8. 2. Pars L. lenones. j. de spectaculis lib.11.

In vrbe Constantinopolitana iudex clericorum erat archiepiscopus, vel præfectus, vt actor eligeret. Salyc.

XIII. Imp. MARCIANVS. A. Constantino PP.

DEcernimus vt quicunque catholicarum ecclesiarum quæ sub viro religioso archiepiscopo huius almæ vrbis sunt, reuerendissimum œconomum (siue de ecclesiasticis, siue de propriis, & ad ipsum solum pertinentibus causis) vel quemcunque alterum earundem ecclesiarum clericum aliqua voluerit lite pulsare: apud memoratum beatissimum archiepiscopũ causam dicat, in negotiis audiendis fidem ac synceritatem geminam præbiturum, & sacerdotis, & iudicis, volentibus tamen actoribus pateat episcopale iudicium: ac nullus qui huiuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias, vel in prædictos clericos actionem, ad religiosissimum antistitem ducatur inuitus. Dat.

VIII.

VIII.* *Aprilis, Varari & Ioanne Conss.*

XIIII. Αὐτοκράτωρ Λέων αὐτῷ δήμῳ.

Μήτε δοῦλον μήτε ἐλεύθερον σῶμα τολμάτω τὶς εἰς πορνείαν προαγεῖν ἢ προϊστάναι. μηδὲ εἰ θυμελικὸς εἴη ἢ ἄλλως σκηνικός. εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ προσταχθὲν ἐκδικείσθω εἰς ἐλευθερίαν παρὰ παντὸς προσιόντος δίχα τινὸς δαπάνης τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις οἷς μελήσει τὸ μηδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν συνεῖναι συγχωρεῖν μίμοις ἢ χοροῖς, ἢ ἄλλην θέαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐκτελεῖν ἀναγκάζεσθαι.

Eadem latinè per Ant. August.

IMP. LEO ad populum.

Iunge l. 31. græcã. ƒ.c.& l. vl. græcã. ƒ. de nuptiis.

NEque seruum neque liberũ corpus, sit qui audeat, in meretriciã vitam producere, aut prostrare, siue thymelicus fuerit, siue alio pacto scenica persona. ac si mancipium sit quod prostrat, in libertatẽ vindicetur à quocunque sine vllis sumptibus apud eius oppidi magistratum aut episcopum, quibus curæ erit ne etiam inuitam mulierem liberam, aut ancillam coniungi patiantur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro agere inuitam.

Non

Non potest esse aduocatus, qui non est verus Christianus Salyc.

XV. Impp. LEO & ANTHEMIVS A A. Nicostrato PP.

NEmo vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quenquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quadam etiam machinatione factum vel attẽtatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat: idem vero quicunque ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum, officium aduocationis per surreptionem arripere, & probibitum patrocinium præstiterit: ab aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis ac perpetui exilij specialiter sustinebit: scituris etiam prouinciarum rectoribus, quòd is sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit. Dat. pridie Kal. Aug. Constantinop. Anthemio A. II. *Cons.*

Impedimentum stans à principio imputatur scienti, & non ignoranti. Salyc.

XVI. Iidem AA. Erythrio præfecto prætorio.

SI legibus prohibitæ non sint speratæ nuptiæ, & post arras sponsalitias sponsa con- iugium

*Pars I. vlt. §. de sponsalibus.

iugium sponsi propter religionis diuersitatem recusauerit: si quidem probatum fuerit ante datas easdem sponsalitias arras hoc idem mulierem vel parentes eius cognouisse, sibi debeāt imputare. Si vero horum ignari sponsalitias arras susceperint, vel post datas arras talis causa pœnitentiæ intercesserit: hisdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. Quod simili modo etiam de sponsis super recipiendis necnon arris præstitis custodiri censemus. Dat. Kal. Iul. Martiano & *Zenone Conss.*

XVII.

Ἐπιλογῇ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων οἰκητόρων γίνεται ὁ σιτώνης ἀπὸ τῶν στρατευομένων ἐν τῇ ἐπιχωρίῳ τάξει ἢ τῶν πληρωσάντων ἢ τῶν μελλόντων στρατεύεσθαι καὶ ὁ παραβαίνων τριάκοντα λίτρας προστιμᾶται.

Eadem latinè per Ant. August.

Electione episcopi & primorum ciuium Sitonæ fiant ex militaribus ordinibus aut ex veteranis aut ex tyronibus, siue militaturis. qui id trāsgressus fuerit, xxx libris multetur.

XVIII.

Οἱ ὑφεστῶτες καὶ τῇ παραφυλακῇ προσκαρτεροῦντες στρατιῶται ἐν τοῖς σιτίτοις αὐτῶν τὸ προσφερόμενον εἶδος ἐκ τῶν ἐν τῇ πόλει ἢ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς γεωργουμένων δεχέσθωσαν ὑπὲρ

ὑπὲρ τῶν ἀννόνων αὐτῶν δοκιμασίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τοῦ ἄρχοντος ἢ τοῦ ἐκδίκου δὲ ἀπολείψεως τοῦ ἄρχοντος καὶ οὐκ ἀναγκάζεται ὁ συντελεστὴς ἀπαργυρισμὸν διδόναι.

Eadem latinè per Ant. August.

MIlites qui præſunt & in cuſtodia conſiſtunt in ſuis, vt vocant ſedetis, ſiue ſtationibus, ſpecies ad ſe pertinentes ex ciuitatibus, aut ex eius regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu epiſcopi, aut magiſtratus aut defenſoris, ſi deſit magiſtratus accipiãt, neque cogatur collator numeratam pecuniam præſtare.

Ciuitatum defenſores non poſſunt eligi niſi orthodoxi. Salyc.

XVIIII. Imp. ANASTASIVS A. Euſtachio PP.

IVbemus eos tãtummodo ad defenſorum curam peragendam ordinari, qui ſacroſanctis orthodoxæ religionis imbuti myſteriis, hæc in primis ſub geſtorum teſtificatione, præſente quoque religioſiſſimo fidei orthodoxæ antiſtite, per depoſitiones cum ſacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, vt reuerendiſſimorum epiſcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium decreto conſtituantur. Dat. XIII. Kal. Maij, Sabiniano & Theodoro Conſſ.

IN AVTHENTIC. *de defen. ci.§.interim.colla.iij.const.ij.*

PRæsides gentium per vnamquanque ciuitatẽ præparent homines non vilißimos, sed nobiliores ciuitatum habitatores, quibus aliqua ratio est bonæ opinionis constituta, nominare defensores per circulum: vt eo expleto, rursus ad eandem sollicitudinem reuertantur: decreto facto cum iureiurando omnium possessorum in ea ciuitate consistentium: electione facienda à deo amabili episcopo, & venerabili clero, & aliis in ciuitate bonæ opinioni studentibus. Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare: alioqui quinque librarum auri pœna coërcebitur, quæ in opera ciuitatis impendetur: & post pœnæ solutionem nihilo minus defensoris officium suscipere cogetur, & iurabit omnia secundum leges & ius agere. Et confirmabitur ex præcepto gloriosißimorum præfectorum nostrorum: & in biennio solo administrabit: & iudex potius quàm defensor esse videbitur: vt etiam testamenta & donationes apud hunc insinuentur, & acta apud eum componantur: & habeat vnum exceptorem, & duos officiales ex prouinciali officio: & iudicet in causis pecuniariis vsque ad trecentos aureos. Præterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & vnum hominem qui acta conseruet.

Noua

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu. & consuetud. contra libert. eccl. §. statuimus etiam. collat. x. const. fin.

Statuimus hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, consules, siue rectores quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicè iuramentum quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus suis exterminare studebunt, ita vt amodo quandocumque quis fuerit in potestatem seu perpetuam seu temporalem adsumptus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento. Alioqui neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorúmq; sentẽtias extunc irritas iudicamus & inanes.

XX.

Οὐδεὶς στρατεύεται εἰ μὴ ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρηθῇ ἐπὶ τριῶν ἤδη τῶν ἁγίων εὐαγγελίων χριστιανὸς ὀρθόδοξος συνισταμένης τῆς πράξεως παρὰ τῷ ἄρχοντι ἔνθα μέλλει στρατεύεσθαι δύο νομισμάτων ὑπὲρ αὐτοῦ διδομένων. εἰ δὲ τοῦτο παραμεληθῇ δίδωσιν ὁ ἄρχων πεντήκοντα λίτρας, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ .κ. καὶ ὁ στρατευσάμενος .ι. καὶ ἐκβάλλεται καὶ οἱ ψευδομαρτυρήσαντες σωματικῶς τιμωροῦνται καὶ ποιναῖς τοῖς περιβάτοις εἰσάγονται κινδύνῳ τοῦ κόμητος.

Eadem latinè per Ant. August.

Epitome. Iunge l. 9. ℨ. de diuersis officiis & apparitoribus iudicum ll. 12. ti. 59.

NEmo militet qui non apud acta testificatus cum tribus testibus sit, propositis sacrosanctis euangeliis, se esse Christianum orthodoxũ : fiántque acta ad eum magistratum, sub quo militaturus est, & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si vero id neglectum sit, dabit libras quinquaginta is magistratus, eiúsque officium xx. qui verò militauit, x. atq; à militia eiicietur. testes qui peierauerint, in corpus punientur. illæ verò multæ Comitis periculo rebus priuatis inferentur.

Querela & denunciatio non numeratæ pecuniæ, si absens sit is contra quem fieri debet, potest fieri apud iudicem qui est in præsenti loco, vel apud episcopum.

XXI. Imp. IVSTINIAN. A. Mennæ P. P.

*Pars l. in contractibus. ℨ. vlt. ℨ. de non numerata pecunia.

*SI præsens * quidem sit qui pecuniam numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquam vero administrationem in prouinciis gerat, vt difficile esse videatur denunciationem eidem non numeratæ pecuniæ mittere: licentiã damus ei qui memorata exceptione vti velit, alios iudices adire, & per eos ei manifestare quia exceptionem huiusmodi obiicit, factam à se super non numerata pecunia querelam esse. Quòd si non sit alius administrator ciuilis, vel*

militaris

militaris, vel per aliquam causam ei sit difficile qui memoratam querelam opponit, eum adire, & ea quæ dicta sunt facere: licentiam damus etiam per virum reuerendißimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutũ interrumpere. Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis locum habere receptum est. Dat. Kal. Iul. Constantinop. D. N. *Iustiniano* A. II. *Cos.*

XXII. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Οὐδένα ἐμβάλλεσθαι ἐν φυλακῇ δίχα προστάξεως τῶν κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, ἢ ἐν ἐπαρχίᾳ ἐνδίξων, ἢ περιβλέπτων ἢ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκδίκων βουλόμεθα. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβληθέντων ἢ ἐμβαλλομένων τοὺς θεοφιλεστάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους μίαν ἑκάστην ἑβδομάδος ἡμέραν τὴν τετράδα ἢ τὴν παρασκευὴν τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς διερευνᾶσθαι καὶ σὺν ἀκριβείᾳ μανθάνειν τὰς τῶν αὐτῶν κατοχῆς αἰτίας καὶ εἴτε οἰκέται τυγχάνοιεν ὄντες εἴτε ἐλεύθεροι εἴτε ἐπὶ χρήμασιν εἴτε ἐπὶ ἄλλοις ἐγκλήμασιν εἴτε ἐπὶ φόνοις ἐμβεβλημένοι παρασκευάζειν τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ περιβλέπτους καὶ λαμπροτάτους ἄρχοντας, ταύτης τε τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ τῶν ἐπαρχιῶν ἐκεῖνα πράττειν ἐπ' αὐτοῖς ἅπερ ἡ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους περὶ τούτου κα-

ταπεμφθεῖσα θεία ἡμῶν διαγορεύει διάταξις. ἀδείας διδομένης τοῖς κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις εἴτινα ῥαθυμίαν ἴδοιεν γινομένην παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων καὶ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ παρὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων ταύτην μηνύειν ὡς ἂν ἡ προσήκουσα κατὰ τῶν ῥαθυμησάντων ἐνεχθείη κίνησις. Dat. XV. *Kal.Feb.* CP. *Decio Cos.*

Eadem latinè per Antonium Contium.

Imperator Iustinianus A.Menæ P P.

NEminem volumus in custodiam coniici absque iussu gloriosissimorum vel illustrium vel clarissimorū magistratuum huius felicissimæ vrbis, vel prouinciarum, aut defensorum ciuitatum. De his autem quicunque con iecti aut coniiciendi sunt, deo amabiles locorum episcopos iubemus per vnam cuiusque hebdomadæ diem, id est feria quarta aut sexta quæ & Parasceue appellatur, eos qui in custodia habentur, visitare, & diligenter inquirere causam ob quam detinentur: & siue serui sint, siue liberi, siue pro pecuniis, siue pro aliis criminationibus, siue pro homicidiis coniecti, illustrissimos & spectabiles & clarissimos magistratus

giſtratus admonere, tam eos qui ſunt in hac feliciſſima vrbe, quàm qui ſunt in prouinciis, vt ea exequantur circa ipſos, quæ diualis noſtra conſtitutio ad illuſtres præfectos ea de re emiſſa præcipit, licentia data deo chariſſimis pro tempore epiſcopis, ſi quã negligentiã admiſſam cognouerint ab illuſtriſſimis & magnificentiſſimis atque clariſſimis pro tẽpore magiſtratibus, vel iis quæ illis apparẽt officiis, talẽ ipſorum negligentiam iudicandi, vt conueniens aduerſus negligentes animi noſtri motus inſurgat. Dat. XV. Kalen. Feb. CP. Decio Coſ.

XXIII. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Ἰδιωτικὰς φυλακὰς πᾶσι τρόποις ἐν πόλεσιν ἢ ἐν κώμαις ἀπαγορεύομεν καθίστασθαι αὐτῶν δηλαδὴ τῶν κατεχομένων προνοίᾳ τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῆς κατοχῆς ἀφιεμένων. *Dat. XII. Kalen. Feb. CP. Decio Coſ.*

Eadem Latinè per Antonium Auguſtinum.

Idem A. Menæ PP.

PRIVATOS carceres modis omnibus in vrbibus atque in vicis conſtitui vetamus; ipſis, qui cuſtodiuntur

Qui alunt pueros expositos, non efficiuntur eorum domini, sed sunt sui iuris, & ingenui, etiam si ex seruili conditione sint nati.

Salyc.

XXIIII. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

*Pars l. 4. §. de insã. exposi libro 8.

NEmini * *licere volumus, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus expositus sit, eum puerum in suum dominium vindicare siue nomine dominij, siue adscriptitiæ siue colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos sustulerint, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione eos tollere. Sed nullo discrimine habito, hi qui ab huiusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi acquirant: & in posteritatem suam, vel extraneos heredes omnia quæ habuerint, quo modo voluerint, transmittant: hæc obseruantibus non solum præsidibus prouinciarum, sed etiam viris religiosissimis episcopis.* Dat. Chalcedone VIII. *Kal. Iul. Lampadio & Oreste* VV. CC. *Coss.*

XXV. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Δημοσθένει ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

ΟΣΑ περὶ τῶν καλουμένων κύβων ἤτοι κόττων καὶ τοῖς τούτων κωλύσεως ἡμῖν νενομοθέτηται ταῦτα ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ ἀνερευνᾶν καὶ γινόμενα παύειν καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας διὰ τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πατέρων καὶ τῶν ἐκδίκων τῶν πόλεων ἐπὶ σωφροσύνην ἐπανάγειν. *Dat. Kalen. Oct.* c P. *Decio Cos.*

Eadem Latinè per Ant. August.

Idem A. Demoſtheni P P.

QVAE de alea, ſiue, vt vocant, cottis ac de eorum prohibitione à nobis ſancita ſunt, ea liceat Dei amiciſſimis epiſcopis & perſcrutari & cohibere, ſi fiant, & flagitioſos per clariſſimos pręſides prouinciarũ & patres, defenſoréſque ciuitatũ ad modeſtiam reducere. Dat. x. Kal. Octob. c P. Decio Coſ.

XXVI. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

ΠΕρὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ταῖς πόλεσι προσιουσῶν πολιτικῶν προσόδων ἢ πόρων ἐκ δημοσίων ἢ καὶ ἰδιωτικῶν χρημάτων παρά τινων αὐταῖς ἢ καταλιμπανομένων ἢ δωρουμένων ἢ ἄλλως ἐπινοουμένων ἢ περιποιηθησομένων

εἴτε εἰς ἔργα εἴτε εἰς σιτωνίαν εἴτε εἰς δημόσιον
ὁλκὸν εἴτε εἰς ἐγκαύσεις βαλανείων εἴτε εἰς λι-
μένας εἴτε εἰς τειχῶν ἢ πύργων οἰκοδομὰς ἢ
γεφυρῶν ἢ ὁδοστρωσιῶν ἐπανόρθωσιν ἢ ἁπλῶς
εἰς τὰς τῶν πολιτικῶν χρείας προχωροῦντα εἴτε
ἀπὸ δημοσίων εἴτε ἀπὸ ἰδιωτικῶν ὡς εἴρηται
προφάσεων θεσπίζομεν εἰς τὸν αὐτὸν συνιόντας
τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τρεῖς τε τῶν ἐν ὑπο-
λήψει καὶ ἐν ἅπασι προεχόντων κατὰ τὴν
πόλιν ἔτους ἑκάστου ἐποπτεύειν τὰ γινόμενα ἔρ-
γα καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι καὶ λογοθε-
τεῖν τοὺς ταῦτα διοικοῦντας ἢ διοικήσαντας, καὶ
ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων φανερὸν γίνεσθαι
τὸ πεπληρῶσθαι τὰ ἔργα ἢ διῳκῆσθαι τάτε
σιτωνικὰ χρήματα τά τε λουτρωνικὰ ἢ περὶ
ὁδοστρωσίας ἢ περὶ ὁλκοὺς ὑδάτων ἢ ἕτερα τοι-
αῦτα τινὰ ἅπερ ἅπαντα ἀμείωτα μένειν εἰς
τὸν ἅπαντα βουλόμεθα χρόνον καὶ ἐπὶ τῆς πρά-
ξεως τῶν ὑπομνημάτων δηλοῦσθαι ὡς ἀνεύθυ-
νός ἐστιν ὁ ταῦτα διοικήσας ἢ καὶ ὑπεύθυνος
μὲν ὤφθη τὸ δὲ ὀφειλόμενον ἀπέδωκε, καὶ
οὕτως ἔχειν ἀσφάλειαν τὸν ταύτης τετυχη-
κότα τῆς πράξεως. τελοῦμεν γὰρ ἡμῶν ἡνίκα ἂν
βουληθείημεν τὸν ὑμῖν δοκοῦντα ὃς ἐποπτεύσει
τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα λογοθέσια, καὶ εἴ-
περ ὀρθῶς ἔχοντα εὕροι ψῆφον ποιήσεται τὸ ἀσ-
φαλὲς αὐτοῖς καὶ κληρονόμοις αὐτῶν, καὶ
διαδόχοις τελέως περιποιοῦσαν ἐφ' ᾧ μηκέτι
δευτέρων λόγων ἢ ζητήσεων ἀφορμὰς ἐπιλε-
λεῖφθαι

λεῖφθαι πάντων ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων
ὄντων σὺν ἀκριβείᾳ πραττομένων. ὡς τῆς ἡμε-
τέρας αὐτοῖς ἐπιστησομένης ἡνίκα ἂν βουλη-
θείημεν ἐξετάσεως. χρὴ μέντοι σπεύδειν τὸν θεο-
φιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ποιου-
μένους τοὺς λογισμούς, ὅπως ἂν τὰ ἔργα εἰς ἀπέ-
ραντα τῆς δαπάνης ἀφορισθῇ καθ' ἕκαστον
ἔτος ἐπιμελῶς γένοιτο ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀ-
νανεούμενα πόρων τε καὶ προσόδων. εἰ μέντοιγε
μὴ βουληθείη λογισμοὺς ὑποσχεῖν ὁ ταῦτα δι-
οικήσας. μηδὲ ἀνάσχοιτο τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν
τόπων ἐπισκόπου, καὶ τῶν κτητόρων τῶν πρὸς τοῦτο
ἀφωρισμένων εἰς λογισμοὺς αὐτὸν καλούντων
τηνικαῦτα ἀναγκάζεσθαι τοῦτο πράττειν διὰ
τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος, καὶ
τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως ζημίας πάσης χω-
ρὶς συνωθούμενον ἐφ' ᾧτε πᾶσι τρόποις λογισ-
μοὺς ὑπέχειν τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς πόλεως ἐπισ-
κόπῳ καὶ τοῖς πρωτεύουσι τῶν πόλεων, καὶ τὸ φαι-
νόμενον ἐποφείλεσθαι παρ' αὐτοῦ ἀποδοῦναι τῇ
πόλει. πᾶσαν δὲ ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῖς ἡμε-
τέροις ἄρχουσι πέμπειν ἐν ταῖς χώραις DIS-
CVSSORAS ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτὰς ἐπὶ
ταῖς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεσιν. ἀλλ'
εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην ἡμετέραν
τηνικαῦτα εἰ μὲν θείῳ τινὶ τύπῳ κατὰ
συναρπαγὴν ποριθείη, ἄδειαν εἶναι τῷ θεο-
φιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως προσδέχε-
σθαι μὲν τὸν θεῖον τύπον μηνύειν δὲ εἰς ἡμᾶς

ὅπως ἂν ἡμεῖς γνοίημεν εἴτε κατὰ θείαν ἡμῶν
πρόστασιν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν γεγραμ-
μένην, εἴτε κατὰ συναρπαγὴν γέγονε. ὥστε εἰ
κατά τινα γενόμενος φανείη συναρπαγὴν τη-
νικαῦτα τὸ γενόμενον ἄκυρον εἶναι, κινδύνου-
ς τε ὑποστῆναι τὸν τοῦτο ποιησάμενον. εἰ δέ τι-
νος τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πεμφθείη ψῆ-
φος ἢ καὶ κομμονιτώριον ἢ πρόσταγμα, καὶ
λογοθέσιον, περὶ τούτων δὲ τῶν προειρημένων
κεφαλαίων ἐπιτραπείη, παντὶ βουλόμεθα τρό-
πῳ τὸν θεοφιλέστατον τῆς πόλεως ἐπίσκοπον καὶ
τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας, μὴ προσίεσθαι
ταῦτα ἀλλ' ἄδειαν εἶναι, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας
ἡγουμένῳ καὶ αὐτοῖς γε δὴ τοῖς κτήτορσι καὶ πο-
λίταις διωθεῖσθαι τὰς τοιαύτας προστάξεις,
καὶ μηδὲ ὀβολὸν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας πα-
ρέχειν. εἰ δὲ τοῦτο ῥαθυμήσειεν ὁ θεοφιλέστατος
ἐπίσκοπος ἕξει μὲν δυσμενῆ τὸν δεσπότην θεὸν
καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν ἀναμενέτω ὅτι
σιγὴν ἐσίγησεν ἀνελευθέραν τε καὶ ἱερατικῆς
παῤῥησίας ἀναξίαν. ἀλλὰ καὶ εἴτις ἐμφανίζει
κατὰ χώραν ἢ ἀρχόντων οἵων δήποτε ἢ ὑπάτων
προσαγωγὰς ἢ γενικοὺς τύπους τῶν ἐνδοξοτάτων
ὑπάρχων ἢ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἡμετέρων ἀρχόν-
των ἢ διατάξεων ἢ θείων κομμονιτωρίων ἢ
γραμμάτων γενικῶν μέντοι ἐμφανίσεις ποιοῖτο
ἢ καὶ ἀνδριάντων βασιλικῶν καθιδρύσεις μὴ
εἶναι τούτῳ παῤῥησίαν περαιτέρω ἓξ νομισ-
μάτων ἐφ' ἑκάστῃ μηνύσει ἢ ἐφ' ἑκάστῳ τύπῳ

ἢ ἐφ' ἑκάστῃ διατάξει ἢ θείῳ κομμονιτωρίῳ ἢ γράμματι γονικῷ ἢ ἀνδριάντων καθιδρύσει κομίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν εἰς ἣν ταῦτα παρέλαβον. ὥστε ὁπόσας ἂν ἔχοι πόλεις ἡ ἐπαρχία μηδὲν αὐτῷ διαφέρειν, ἀλλὰ τοὺς ἓξ μόνους κομίζεσθαι χρυσοῦς. εἰ δέ τι πλέον κομίσοιτο τοῦτο τετραπλάσιον ἀποδοῦναι ἄδειαν ἔχοντος καὶ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τοῦτο κωλύειν. κἀνταῦθα τῶν ἴσων ἐπικειμένων ποινῶν τοῦτ' ἔστι τῶν ἀνὰ δέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν τῷ τε τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ τῇ τε πειθομένῃ τάξει καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ εἴπερ ἐνδοῖεν αὐτοῖς ὑπεραπαιτεῖν βουλομένοις ἀλλὰ μὴ πᾶσι τρόποις τοῦτο κωλύσωσιν· οὐδὲ γὰρ παντελῶς ἐφίεμεν τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τοιούτους τινὰς τύπους περὶ τὰς ἐπαρχίας ἐκπέμπειν περὶ τῆς ὑδρορόων ἤτοι ὑπονομῶν ἢ ἀνακαθάρσεως ἢ περὶ τὰς τῶν οἰκοδομημάτων πρὸς τοῖς τείχεσι καθαιρέσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς στοαῖς γενομένων κατακλύσεων ἢ τῶν καλουμένων προβολείων, καὶ ἐμπορίων τόπων ἤτοι μεσοστύλων ἀνατροπῆς ἢ περὶ ἐκείνων ἢ τοιούτου τρόπου ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ἁπλῶς ζητήσεων ἀλλ' ἐξέστω τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένοις καὶ κτήτορσι καὶ πολίταις τοιούτου τινὸς ἐμφανισθέντος τύπου μὴ προσίεσθαι τοῦτον ἀλλὰ κωλύειν καὶ διωθεῖσθαι πάντα ἐκβιβασμὸν καὶ πᾶσαν εἴσπραξιν ἐντεῦθεν ἐπαγομένων τῆς αὐτῆς ἑκάστης

ποινῆς

ποινῆς καὶ κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἰ μὴ τοῦτο κωλύσαιεν. δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τούς τε λοιποὺς ἐν ὑπολήψει κτήτορας προνοεῖν τοῦ μηδένα τόπον πολιτικὸν ἢ δημόσιον πρὸς τῷ τείχει ἢ ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ πλατείαις ἢ ὅπου δήποτε κείμενον συγχωρεῖν ὑπό τινος ἀλόγως κατέχεσθαι μηδὲ ἐκδιδόναι πολιτικόν τινα τόπον χωρὶς ἡμετέρου θείου τύπου τινός. τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ τὰ περὶ τῶν καλουμένων νομῶν τοῦ ὕδατος δηλαδὴ τῶν ἐκ θείου τύπου τινὸς ὑπηργμένων ἀναζητεῖν, καὶ μὴ τὸ μὲν πλέον τὸ δὲ ἔλαττον τοῦ προσήκοντος ἔχειν ἀλλ' οὐδὲ προφάσει ἐγγυητικῶν ζημίαις τοὺς ἡμετέρους ὑποβάλλεσθαι συγχωροῦμεν ὑποτελεῖς ἢ ὑπὲρ στάσεως ἐντολῆς ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον ἔχοιεν οὐσίαν ἀξιόχρεων οἱ ὑπομνησθέντες ὅρκου γραμματεῖον ἐκτίθεσθαι μόνον εἰ δὲ οὐκ ἔχοιεν τηνικαῦτα μὲν ἐγγύην ἄχρι τῆς ἤδη κρατούσης ποσότητος παρέχειν χωρὶς μέντοι ζημίας ἁπάσης εἰ δὲ ἀμφισβητοῖεν οἱ πράκτορες περὶ τῆς τῶν ἐγγυητῶν ἀξιοπιστίας ἢ τῆς διωμοσίας κοινῇ συνιόντα εἰς ταυτὸ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τόν τε ἔκδικον τῆς πόλεως κρίνειν τὸν ἀξιόπιστον φαινόμενον ἐγγυητὴν πρὸς τὴν τῆς εἰσαγωγῆς ποσότητα καὶ ἀνάγκην ἔχειν τὸν πράκτορα δέχεσθαι τοῦτον ἐγγυώμενον μηδὲν κομιζόμενον ὑπὲρ ἐγγυητικοῦ ἢ τῆς διωμοσίας πλὴν εἰ μὴ τῆς ἰδικῆς ἡμῶν, ἤ τινος τῶν μεγίστων ἀρχόντων προστάξεως κελευσθείη τὸ πρό-

σωπον

σωπον ἀγαγεῖν ἐγγυητῇ μὴ καταπιστεύσας. τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ πράκτορι ἐγγυητὴν μὴ κομίζεσθαι, καὶ τοῦτο μέντοι πράττειν χωρὶς ἁπάσης ζημίας. καὶ ταῦτα τῶν αὐτῶν καὶ τούτων ἐπιτιμιῶν κατά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος εἴ τι τούτων παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν ἢ παραβαινομένου τινὸς μὴ θᾶττον ταῦτα μηνύσαιεν δηλαδὴ μὴ συγχωρούντων αὐτῶν μηδὲν πλέον τι τοῦ διωρισμένου μέρους τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει προφάσει σπορτούλων κομίζεσθαι, μηδὲ διαγραφὴν ἐξ ἰδίας δήποτε αἰτίας ἐν ταῖς πόλεσιν ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι πλὴν ἢ μόνων ἐκείνων τῶν αἰτιῶν ὡς περὶ τὰς ἐμφανίσεις τῶν προσαγωγῶν, καὶ τῶν διατάξεων, καὶ θείων ἢ γενικῶν κομμονιτωρίων ἢ τύπων ἢ γραμμάτων, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐνομοθετήσαμεν. εἰ δὲ ἅπερ ἂν ὑπὲρ ἰδίας ὠφελείας, καὶ σωτηρίας οἱ τῆς πόλεως βουληθεῖεν εἰς ἔργα πολιτικὰ τυχὸν ἢ εἰς σιτωνίαν ἢ εἰς ἑτέραν ἀρέσκουσαν ἅπασιν αἰτίαν κατὰ φιλοτιμίαν ποιήσασθαι ἐξ ὧν τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ὠφεληθήσεται φυλαττομένων κατὰ τῶν παραβαίνειν ταῦτα ἐπιχειρούντων, καὶ μὴ εἰς ἡμᾶς ἀγόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν ἠπειλημένων. δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως πάντα γινώσκοντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις διατεταγμένα καὶ μὴν καὶ ἀπαργυρισμοῦ μετάτων

καὶ

καὶ κωλύσεως ἀφοπλισμῶν καὶ τούτων ἴσα περιέχεται τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει τῇ περὶ τούτων ἐν κοινῷ γεγραμμένῃ πέρας ἐπιθεῖναι προσήκει.
Dat. VIII. Kal. Iul. Chalced. Lamp. Cos.

Eadem Latinè per Ant. Cont.

Idem A. Iuliano PP.

Primum caput huius legis repetitum fuit l. vltim. ј. de ope. publ.

DE his quæ singulis annis ad ciuitates pertinēt, siue ciuiles reditus sint, siue fructus ex publicis aut priuatis pecuniis quæ ab aliquibus eis aut relinquũtur aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut instituuntur, siue ad opera siue ad rem frumentariam siue ad publicos aquęductus siue ad balneorũ calefactionē siue ad portus siue ad murorũ aut turriũ ædificationē siue ad pontiũ atq; viarum refectionem siue ad publicas denique causas pertineant tam ex publicis quàm ex priuatis, vt dictum est, causis, sancimus, vt in vnum conueniant religiosissimus episcopus ac tres bonæ existimationis & qui cæteris præstant in ea ciuitate, ac singulis annis inspiciant opera facta, & curent vt & metiantur, & rationem conficiant qui ea administrant aut qui administrauerunt, & in monumentorũ gestione ostendant impletionem operum

rum aut administrationē sitonicarum & balneariarum pecuniarum, siue quæ in viis muniendis aut aquæductibus aut aliis rebus cōsumuntur. Quæ omnia nunquam omnino minui volumus. In monumentorum vero gestione appareat, sitne solutus an obligatus qui ea administrauit, & an quod debuit soluerit. atque ita erit cautum ei qui eam curam suscepit. Mittemus enim nos cum placuerit, quem commodum erit, vt inspiciat rationes ab eis factas: & cū recte factas esse repererit calculum feret, quo ipsis heredibúsque & successoribus consuletur, neque aliarum rationum, aut controuersiarum occasio relinquetur. Omnia verò propositis sanctis Euangeliis, diligenter fiant, nam inquisitionem nos cum libuerit, fieri iubebimus. Oportet itaque studere religiosissimum episcopum & qui cum eo rationes cōficiunt, vt opera in ingentes sumptus præscripta singulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus atq; reditibus reparāda. Sin autē noluerit rationibus subesse qui ea administrat, neque ferat sanctissimum eius loci episcopum & illos possessores qui ad eam rem constituuntur,

tur, & qui ad rationes reddendas eum vocant, cogatur id agere per clarissimum prouinciæ præsidem & cohortem quæ ei parere solet, ac sine vllo damno compellatur, vt modis omnib. rationes submittat religiosissimo episcopo & primis illis [a] ciuitatis, quódque appareat ab eo deberi, ciuitati reddatur. Omnem verò libertatem tollimus nostris præsidibus mittendi in agros discussores aut ratiocinatores, aut exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed si quid huiusmodi nobis ignorantibus fiet, si quidem sacra forma ad aliquos per subreptionem emanauerit, liceat religiosissimo episcopo eius ciuitatis suscipere quidem sacram formam, renunciare tamen nobis, vt nos cognoscamus an ex nostra ad illum præsidem iussione an per obreptionem facta sit. vt si per subreptionẽ facta esse videatur, quod factum sit inutile fiat, & periculũ subeat, qui eã quæsiuit. Si verò ab aliquo è nostris præfectis emissum decretum aut cõmonitoriũ sit, aut præceptũ aliquod aut rationum scriptura & de aliquo ex prædictis capite permittatur, volumus vt modis omnibus non eius vrbis

[a] illius videtur legendum.

vrbis episcopus & primi ciuitatũ illis rebus præficiãtur: sed liceat prouinciæ præsidi & ipsis possessoribus ac ciuibus iussiones reiicere, ac ne obolũ quidem ea de causa præstare. Si verò in ea re sanctissimus episcopus negligens fuerit: habebit & dominũ deum nostrum infensum & imperialem vindictam expectabit, si ea seruili silentio, sacerdotalíque licentia indigno, præterierit.

2 ¶ Si quis autem in prouincia renũciauerit magistratuum, aut consulũ processiones siue generales formas gloriosissimorum præfectorum aut alicuius alterius è nostris magistratibus, siue constitutionem siue sacrum commonitorium, siue generales literas siue erectionem imperialium statuarum indicauerit, non liceat amplius sex nummis aureis in singulas nunciationes, aut in singulas formas aut constitutiones aut sacra commonitoria aut generales literas aut statuarum erectiones accipere in singulis prouinciis ad quas literas accepit, ac licet multæ sint in ea prouincia vrbes: nihil amplius præstetur, quàm illi sex nummi. Si quid verò amplius acceperit, eius quadruplũ restituet, liceátque eius vrbis episcopo

hoc prohibere. Eadem tamē pœna decem librarum auri & prouinciæ præsidi, & ei subdito officio & episcopo imponitur si illis permittāt plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint. Nemini enim omnino permittimus nostrorum magistratuum huiusmodi formas circa prouincias emittere, de riuorum aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorū à muris aut stationū à porticibus aut eorum quæ produlia appellantur, aut de ruderum ac dimidiatarū columnarum euersione aut de imaginibus, aut si quid alio pacto sit excogitatum, aut etiam de ciuilibus quibuscunque controuersiis. Sed liceat Episcopo & iis qui primi sunt eius vrbis & præsidibus prouinciarum & possessoribus ac ciuibus insinuata aliqua forma ei quidem non deferre, sed prohibere ac coërcere omnem exactionem, omnémque vim quæ ex eo eueniat. eadéque pœna afficiat sanctissimos Episcopos, nisi id prohibuerint. Sed & oportet episcopum ac patrem ciuitatis & cæteros bonæ opinionis possessores prouidere, ne locus aliquis ciuilis aut publicus iuxta muros vrbis aut in publicis porticibus

bus aut in plateis, aut in quocũque alio loco ab aliquo indebite poſſideatur, néve publicus locus alicui ſine noſtra ſacra forma tradatur. Idẽ inquirãt de aquarũ diſtributione quæ ſacra aliqua forma cuique pertineat vt ne hic plus, ille minus habeat quàm ei cõpetit. Neque vero fideiuſſionis cauſa aut ſupra mandati formam noſtros ſubiectos affici pateremur. Sed ſi quidẽ immobiles res habeant idoneas, iuſiurandum tantum præſtent & conſcribatur: ſin autem non habeant, vſque ad quantitatis æſtimationem fideiuſſionem ſine vllo damno præbeant. Si vero dubitauerint exactores de fideiuſſorum fide, facultatibus aut cautione, in eundem locum religioſiſſimus epiſcopus & patres ciuitatis, ac defenſor conueniant & decernant an idoneus eſſe fideiuſſor videatur vſque ad quantitatem de qua agitur. Et neceſſe habeat exactor ſuſcipere eum in fideiuſſorem, qui nihil pro fideiuſſione aut ſacramẽto præſtabit: præterquàm ſi priuata noſtra aut cuiuſquam magiſtratus maioris iuſsione perſonam ducendam eſſe, fideiuſſori non eſſe credendum decernatur. Tunc enim licebit exactori fi-

deiussorem non accipere.Id verò agere sine vllo detrimento. Cæterum eadem multa aduersus religiosissimum episcopum & clarissimum prouinciæ præsidem imponitur, si quid eorum transgredi passi fuerint,aut si cũ trãsgressum erit,non id statim renunciauerint.Neque etiam patiãtur vt plus definita parte à nostra constitutione pro sportulis accipiatur, néve descriptio ob aliquam causam in ciuitatibus fiat, nisi ob illas tantum,quas supra enumerauimus,renunciationes processionũ, constitutionũ,sacri & generalis commonitorij aut formæ aut literarum & huiusmodi omnium rerum,de quibus antea sanximus, itẽ quæ propter suam conseruationem, atque salutem ciues facere voluerint ad opera forte publica vel ad sitoniam vel ad aliam quãuis causam quæ omnibus placeat propter vrbis honorem fieri ex quo resp.adiuuetur.Contra eos verò qui hæc transgredi tentauerint, & si ad nos religiosissimi episcopi id non retulerint, ea seruentur quæ antea à nobis commonita sunt. Atque oportet singularum vrbium dei amantiss. episcopos cum omnia cognouerint, quæ à nobis de
his

his rebus dispositа sunt, & de metatorum exactione & de rapinarum prohibitione, ac de cæteris rebus, quæ nostra sacra constitutione continentur, quæ de omnibus edita est, finem competentem imponant. DAT. VIII. Kal. Iulias CALCEDONE, Lampad. Cos.

Curator in testamento furioso datus, est confirmandus, & cęteris præferendus. Saly.

XXVII. Idem August. Iuliano præfecto prætorio.

De creationibus[*] curatorum, qui furiosis vtriusque sexus dantur, necessariũ nobis visum est constituere quemadmodum eas celebrari oporteat. Et si quidem pater curatorem furioso vel furiosæ in vltimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit, vbi & fideiussionem cessare necesse est, paterno testimonio pro eius satisdatione[*] sufficiente: ipse qui datus est, ad curationem perueniat: ita tamen, vt in prouinciis apud præsides earũ, præsente[*] eis tam viro religiosissimo locorum antistite, quàm tribus primatibus, actis interueniẽtibus, tactis sacrosanctis scripturis depromat omnia se rectè & cum vtilitate furiosi gerere, neque prætermittere quæ vtilia esse furioso putauerit, neque admittere ea quæ non vtilia furioso esse existimauerit: Et inuentario cũ omni subtilitate[*] publicè conscripto, res suscipiat, & se-

[*] Pars. l. vl. §. 3 ff. de curatore furi.

[*] al. satisfactione.

[*] al. pręsentibus.

[*] al. solennitate.

cundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum & curatorum adulti. Sin autem testamentum quidem parens non confecerit, lex autem curatorem, vtpote agnatum, vocauerit: vel eo cessante, aut non idoneo forsitan existente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc scilicet & in prouinciis apud præsides cuiuscunque prouinciæ, & virum religiosissimum episcopum ciuitatis, necnon tres primates creatio procedat: ita vt si quidem curator substantiam idoneam possidet, & sufficientem ad fidem gubernationis, sine aliqua satisdatione creatio procedat. Sin autem non talis census eius inueniatur: tunc & fideiussio, inquantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnino sacrosanctis scripturis propositis in omni causa celebranda: Ipso autem curatore, cuiuscũque substãtiæ vel dignitatis sit, præfatum sacramẽtum pro vtiliter rebus gerendis præstante, & inuentariũ publicè conscribente, & hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibẽda, quatenus res possint furiosi vndiq; vtiliter gubernari. D. Kal. Sept. Cõstantino. Lamp. & Oreste VV. CC. Coss.

Liberi dementis vel furiosi, licet in potestate, possunt contrahere nuptias, dote & donatione constituenda de bonis parentum sine dispendio aliarum expensarum. Saly.

XXVIII.

XXVIII. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

TAm dementis quàm furiosi liberi, cuiuscunque sexus, possunt legitimas contrahere nuptias, tam dote quàm ante nuptias donatione à curatore eorum præstanda: æstimatione tamen in hac quidem regia vrbe excellentißimi præfecti vrbi, in prouinciis autem virorum clarißimorum earum præsidum vel locorum antistitum, tam opinione personæ, quàm dotis moderatione & ante nuptias donationis statuenda, præsentibus tam curatoribus dementis quàm furiosi, necnon his qui ex genere eorum nobiliores sunt: ita tamen, vt nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia vrbe, vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi, vel dementis, vel mente capti: sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægrauetur.

IN AVTHENT. *vt cum de app.cog.§. si quis de prædictis parentibus furiosus. coll. viij.constit.xij.*

LIberi furiosi qui curã eius negligunt præbere, tã exheredatione digni sunt, quàm aliis pœnis legitimis. Nam si quis alius, attestatione ad eos missa, cum adhuc negligant, in domũ suam eũ susceperit, & procurauerit: ex hoc erit eius successor legitimus, licet testatus

esset etiam in liberos forte: manentibus tamen aliis testamenti capitulis. Eadem pœna parentibus imponenda, si quidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint.

XXIX. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Θεσπίζομεν μηδένα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἔτι παρά τινος συγκλητικοῦ ἔτι παρὰ τῶν καλουμένων λαϊκῶν τινὸς εὐθὺς, καὶ ἐκ πρώτης ἐν αἰτιάσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις διοικήσεως ἑκάστης. ἀλλὰ πρῶτον κατὰ τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ καθ' ἣν ὁ κληρικὸς διάγει. εἰ δὲ ὑπόπτως ἔχει πρὸς ἐκεῖνον παρὰ τῷ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπῳ τοῦτο πράττειν εἰ δὲ ὡς εἰκὸς οὔτε τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτῷ ἀρέσκει τηνικαῦτα πρὸς τὴν ἐναγῆ σύνοδον τὴν τῆς χώρας ἄγειν αὐτὸν δικαζόμενον τριῶν ἅμα τῷ μητροπολίτῃ συνιόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτευόντων καὶ τὴν δίκην ἐντεῦθεν τῆς ὅλης συνόδου ἐξεταζόντων κἂν εἰ μὲν στερχθείη τὰ κεκινημένα πραγμάτων ἀπηλλάχθαι εἰ δὲ οἰηθείη βεβλάφθαι τηνικαῦτα ἐπικαλεῖσθαι τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινομένοις πάντως ἐμμένειν ὡς ἂν εἰ ἐτύγχανεν ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς ᾑρημένος δικαστής. κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων ἐπισκόπων ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλήτῳ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενο-

μοθ

μόδετῆσαι τὸ αὐτὸ τούτου φυλαττομένου καὶ εἴπερ
ἐπίσκοπος ὁ μεμφθεὶς εἴη εἴτε παρά τινος τῶν
καλουμένων λαϊκῶν εἴτε παρά τινος τῶν θεοφι-
λεστάτων κληρικῶν εἴτε καὶ παρ' ἑτέρου τινὸς
θεοφιλοῦς ἐπισκόπου τὸ γὰρ εὐθὺς τὰς αἰτίας εἰ-
σαποτίθεσθαι παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις πατριάρ-
χαις καὶ τοὺς αἰτιωμένους εἰς ἑτέραν ἀπάγεσθαι
χώραν παντελῶς ἀπαγορεύομεν πλὴν εἰ μὴ
τὴν αἰτίασιν τὶς ἐπὶ τούτῳ θείη ἐφ' ὧτε παρα-
πεμφθῆναι τὴν ὑπόθεσιν τῷ τῆς χώρας θεοφι-
λεστάτῳ ἐπισκόπῳ τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια μὲν
ἔσται τὴν αἰτίασιν ἀποτίθεσθαι καὶ παρὰ τοῖς
θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις γράμματα δὲ γίνε-
σθαι πρός τινα τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων
ἐπισκόπων ὥστε αὐτὸν ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέ-
σεως κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ὑπηγορευ-
μένον τρόπον οὐ μὴν τούτῳ ἄδειαν παρέχειν
τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς καθιέναι καὶ ἀμε-
τρίᾳ τῶν καλουμένων σπορτέλων τοὺς ὑπομι-
μνησκομένους ἐπιτρίβειν ὁποῖον δή τι μέχρι τοῦ
νῦν ἁμαρτάνεσθαι μεμαθήκαμεν ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ
προσώπῳ τῶν ἐγκαλουμένων οὐ περαιτέρω τὴν ἕκ-
την τοῦ νομίσματος μοῖραν κατὰ πρόφασιν
σπορτούλων δίδοσθαι συγχωροῦμεν τοῖς παρὰ
τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν καὶ μητροπολιτῶν
στελλομένοις εἰ δέ περ ἐπίσκοπος εἴη ὁ πεμφθεὶς
ἄχρι νομισμάτων ἓξ ἐφ' ὅσῃ δήποτε ποσότητι
καὶ οἱαδήποτε αἰτίᾳ παρέχεσθαι μόνον καὶ πλέ-
ον τούτου μηδὲν αὐτὸ τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ

τῶν μητροπολιτῶν ὅταν παρ' αὐτοῖς ἀποτεθεῖεν
τὶς αἰτιάσεις κατά τινος καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς
ἐπισκόπων ἢ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης κληρι-
κῶν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν δικῶν συστεῖλαι
τὸ τῶν σπορτούλων, καὶ δαπανημάτων μέτρον
ἐσπεύσαμεν καὶ τοῦτο νομοθεσίᾳ παραδοῦναι συ-
νείδομεν πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν
μέμψεων τὴν συμμετρίαν φυλάττεσθαι νομο-
θετοῦμεν. εἰ μέντοι παραπεμφθείσης τῆς ὑποθέ-
σεως παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου πατριάρχου ἢ τινὸς
τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἢ ἄλλου τῶν θεο
φιλεστάτων ἐπισκόπων ἐνεχθείη ψῆφος, καὶ μὴ
στερχθείη παρὰ θατέρου μέρους ἔκκλητός τε γένη-
ται, τηνικαῦτα ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον φέ-
ρεσθαι τὴν ἔφεσιν κἀκεῖσε κατὰ τὸ μέχρι νῦν
κρατοῦν ἐξετάζεσθαι. εἰ δέ τις τολμήσειε παρὰ
ταῦτα πρᾶξαι ἀναδώσει μὲν πᾶν ὅσον εἴληφε
τῷ ὑπὲρ πραχθέντι διπλάσιον γενήσεται δὲ καὶ
ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον παρὰ τοῦ κατὰ
καιρὸν ἁγιωτάτου πατριάρχου ἢ τοῦ θεοφιλεστάτου
μητροπολίτου τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκβαλλόμενος
καταλόγων τὰς δὲ αἰτιάσεις εἰ μὲν εἰς ἐκκλη-
σιαστικὴν ὁρῴη τὸ πρᾶγμα κατάστασιν καὶ ἐξ
ἀνάγκης παρὰ μόνοις γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστά-
τοις ἐπισκόποις ὁ μητροπολίταις ἢ παρὰ ταῖς
εὐαγέσι συνόδοις ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρ-
χαις κελεύομεν. εἰ δὲ πολιτικὰ τὰ τῆς ἀμφισβητή-
σεως εἴη ἐξόντας αὐτοὺς τὰς τοιαύτας ζητήσεις
παρὰ τοῖς εἰρημένοις θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις

προτι

προτιθέναι συγχωροῦμεν ἄκοντας δὲ οὐκ ἀναγκά-
ζομεν ὄντων αὐτοῖς τῶν πολιτικῶν δικαστηρίων εἴ-
περ ἐκεῖνα μᾶλλον ἂν θέλοιντο παρ' οἷς ἔξεστι καὶ
ὑπὲρ ἐγκλημάτων δικάζεσθαι. ἐπειδὴ δέ τινες τῶν
θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐν
αἷς εἰσὶ, καὶ μητροπολιτικὸν ἔχουσι σχῆμα τινὲς δὲ
καθ' ὅλην τὴν διοίκησιν τὰς χειροτονίας ποιοῦν-
ται τῶν ὑπ' αὐτοὺς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἴτε
μητροπολιτῶν εἴτε τῶν ἄλλων ἐπ' αὐτοῖς ἐκεῖνα
θεσπίζομεν ἅπερ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολι-
τῶν ἤδη διετάξαμεν αὐτὸς γοῦν ἂν καὶ μητροπολί-
της δικαίως" καλοῖτο ὁ τὴν ἐξουσίαν τῶν ὑπὸ
τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων ἐκ τῶν θείων ἔχων
κανόνων. Dat. XV. *Kal.Nou.* CP. *Lamp.Cos.*

" ἄξιος

Eadem latinè per Ant. August.

Idem A. Iuliano PP.

SAncimus, vt nemo venerabilis clericus ab aliquo siue clerico siue laico ab initio apud beatissimum prouinciæ patriarchã accusetur. sed prius iuxta sacra instituta apud episcopum ciuitatis, in qua clericus versatur; tum si is suspectus est, apud Metropolitanũ episcopum reum agat. Sed si forte ne ei quidem accusatio placuerit; ad sacram eius regionis synodum accusatũ deducat, & cum Metropolitano tribus conuenientibus religiosiss. episcopis, qui cæteris propter ordinationẽ præferun

ferunt ur,de causa coram tota synodo cognoscatur:& si quidem ei quæ iudicata erunt, placuerint, ab accusando discedat. Si verò se lædi existimauerit, prouocet illius prouinciæ beatiss. Patriarcham atque iis quæ ipse iudicauerit, omnino pareat, perinde, ac si eum ab initio iudicem esset consecutus. Nam contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi à maioribus nostris constitutum est. Hoc idem seruandum est, si episcopus ab aliquo laico, siue ab aliquo clerico, siue ab altero religiosiss. episcopo accusatus sit. Nam vt statim accusatio ad sanctissimos patriarchas deferatur, & vt accusati in aliam prouinciam mittantur, omnino prohibemus. Præterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quòd causa illius regionis religiosiss. episcopo commissa fuerit. Quo casu licet ad ipsos quoque santiss. Patriarchas deferre accusationem. Literæ tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorum locorum, vt is causam audiat, vt antea à nobis dictũ est. Non verò ei liceat facere vt descendant in prouincias venerabiles clerici, & immodicas sportulas dum accusantur

ſantur, inferant, qua in re hucuſque peccatum eſſe cognouimus. Neque enim in ſingulas reorũ perſonas plus ſexta aurei nummi parte pro ſportulis dari concedimus iis qui à ſanctiſſ. patriarchis ac Metropolitanis mittũtur, aut ſi epiſcopus miſſus eſt, ſex tantum aurei ex quacunque quãtitate ac cauſa; neque amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiam teneat, cum ad eos accuſatio contra epiſcopum, qui ſub eo ſit, aut eius prouinciæ clericum defertur. Nam ſi in ciuilibus iudiciis moderari ſportularum & ſumptuum modum curauimus, eáq; ex lege præſtari voluimus; multo magis in eccleſiaſticis accuſationibus modum ſeruari ſancimus. Enimuero ſi remiſſa cauſa ad ſanctiſſ. patriarcham, aut ad aliquẽ ex religioſiſſ. Metropolitanis, aut ad alium Dei amãtiſſ. epiſcopum, ſententia lata ſit, quæ alicui parti diſpliceat, ac prouocetur, ad Archiepiſcopalem hanc ſedem referatur appellatio, in qua, vt adhuc ſeruatum eſt, lis cognoſcatur. Si verò quis auſus fuerit aduerſus hæc quicquam tẽtare, is quidem omne quod accepit, cum altero tanto, ei qui negocium paſſus eſt, præſtabit

Modus ſportularum.

ſtabit,fiétque eccleſiaſticæ multæ ſubiectus apud ſanctiſſ. patriarcham aut religioſiſſ. Metropolitanum qui tunc erit, eccleſiaſticorum numero eiiciendus.Has autem actiones, ſi quidem ad eccleſiaſtica negotia pertinēt , neceſſe fore iubemus vt à ſolis religioſiſſ.epiſcopis aut Metropolitanis, aut à ſacris ſynodis aut à ſanctiſſ. patriarchis cognoſcantur.Si vero ciuilium rerū controuerſia ſit,volētes quæſtionem apud antiſtites inſtituere,patiemur, inuitos tamen non cogemus ; cum iudicia ciuilia ſint,ſi ea adire malint, apud quæ licet etiam de criminibus cognoſcere. Quoniam verò quidam ſunt ſanctiſſ. patriarchæ , qui in prouinciis in quibus exiſtunt , metropolitanorum officium gerunt ; alij per totam diœceſim epiſcoporum metropolitanorum atq; aliorum qui ſub eis ſunt,ordinationes faciūt, ea de cauſa illud obſeruari ſancimus, quod de Metropolitanis antea diſpoſuimus.Is enim iure metropolitanus vocatur,qui in epiſcopos minores ex ſacris regulis eam poteſtatem habet. Dat. x v. Kalend. Nouemb. c p. Lamp.Coſ.

XXX.

XXX. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Θεσπίζομεν ταῖς κηδεμονίαις τῶν νέων εἴτε τῆς πρώτης εἴτε τῆς δευτέρας ἔσω ἡλικίας, ἢ καὶ ἕτεροί τινες οὓς ὁ νόμος δίδωσι κηδεμόνας, εἴπερ ἄχρι πεντακοσίων χρυσῶν καὶ μόνον τὰ τῆς περιουσίας εἴη τῶν νέων μὴ τὴν τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν παραμένειν χειροτονίαν, μηδὲ δαπάναις μεγάλαις περιβάλλεσθαι τῶν ἀρχόντων, ἴσως οὐδὲ ἐνδημούντων ταῖς πόλεσιν ἐκείναις ἐν αἷς προϊέναι τὴν κηδεμονίαν συμβαίνει. ἀλλὰ παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκδίκῳ ἢ στρατηγῷ κατὰ τὴν τῶν ἀλεξανδρέων παρὰ τῷ ταύτης IVRIDICO ἅμα τῷ θεοφιλεστάτῳ ταύτης ἐπισκόπῳ ἢ καὶ δημοσίοις προσώποις εἴγε εὐποροίη τούτων ἡ πόλις γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν κηδεμόνων ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας διδομένης κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων προσώπων κρῖσιν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προϊόντων, ὁπόσα ἐπὶ τῶν κηδεμόνων ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον εἴθισται μόνης παρὰ τῶν προσώπων ἐναλλαγῆς παρ' οἷς ταῦτα πράττεται διὰ τὸ τῶν νέων χρήσιμον ἀπὸ τῆς παρούσης νομοθεσίας εἰσαγομένης πάντων δηλονότι ἐπὶ μόνῃ δύο νομισμάτων δόσει πραττομένων. διόπερ καὶ μάλιστα ἡ τοιαύτη τίθεται διάταξις ποινῆς ἐπικειμένης εἴ τις πλέον λαβεῖν θαῤῥήσειεν ἢ ἀναβάλλοιτο καταστῆσαι τὴν κηδεμονίαν ἐλπίδι μείζονος κέρδους καὶ οὐ μόνον διπλάσιον ἀναδιδόντος

πᾶν

πᾶν ὅπερ ἂν λάβοι ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦ φροντίσματος ἀποκινουμένου ἡνίκα δὲ ἂν παρὰ ἐκδίκῳ γίνοιντο αἱ τῶν κηδεμόνων περιβολαὶ παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου ἐν αὐτοῖς τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀρχείοις ἀποτίθεσθαι τὰ πραττόμενα θεσπίζομεν. ὥστε εἶναι διαιωνικὴν τοῦ πράγματος μνήμην, καὶ μὴ παραπόλλυσθαι τοῖς τυχοῦσι τῆς κηδεμονίας τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν τῶν ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης τῆς πόλεως κηδεμονιῶν παρὰ μόνῳ τῷ λαμπροτάτῳ πραίτωρι πραττομένων καθάπερ ἤδη νενομοθέτηται. *Dat. v. Kal. Aug. CP. post Cos. Lampad.*

Latinè per Antonium Contium.

Idem A. Ioanni PP.

Huius cō ſtitutionis argumentum recitat Iuſtinianus Inſtitut. de Attiliano tutore. §. nos auté. vt & Theophilus græcè.

SAncimus in curationibus iuniorū, ſiue primę ſiue ſecundę ſint ætatis, aut alij quidam quibus lex dat curatores, ſi quidem vſque ad quingētos aureos & ſolummodo facultates ſint iuniorum, non præſidum prouinciarum expectare creationem neque impenſis maximis ſubiici, præſidibus forte neq; morantibus in vrbibus illis in quibus proſpici curationi contingit, ſed apud ciuitatis illius Ecdicum [defenſorem,] aut ſtrategum [magiſtratum municipalem] vel in Alexandrina ciuitate apud eius Iuridicum vnà cū religioſiſſimo

ſiſſimo eius epiſcopo aut aliis etiã publicis perſonis, ſi harum copiã habeat ciuitas, fieri creationes curatorum ſeu tutorum, fideiuſſore ſecundum menſuram facultatum dato, ſecundum dictarum perſonarum iudicium, & aliis omnibus procedentibus quæcunque ſuper tutorum vel curatorum fideiuſſione & ſecundum modum facultatum conſueta ſunt, ſola perſonarum tranſmutatione per quas hæc fiant propter minorum vtilitatẽ à præſenti ſanctione introducta, omnibus videlicet his ſub ſola duorum nomiſmatum [id eſt ſolidorum]datione conficiendis, præſertim cum hac maxime de cauſa hæc poſita eſt conſtitutio, pœna imminente ſi quis plus accipere auſus fuerit, aut diſtulerit conſtituere tutelam ſeu curationem ſpe maioris lucri, & eo nõ ſolum triplum reddituro omne quidquid acceperit, ſed etiam ab ipſa ſollicitudine & adminiſtratione remouendo. Cum autem factæ fuerint tutorum aut curatorũ creationes, præſente etiã religioſiſſimo ciuitatis epiſcopo; in ipſis ſanctiſſimæ eccleſiæ archiis deponi geſta ſancimus, vt ſit perpetua rei memoria, & nõ intercidat caſibus fortui-

tis curationis exinde quæsita cautela. His quæ in magna hac ciuitate fiunt tutelis aut curationibus, apud solum clarissimum prętorem faciendis, vti iã sancitum est. Dat. v. Kal. Aug. CP. post consulatum Lampad.

Vbi aduersarius est absens, infans, vel furiosus, vel in maxima potestate cõstitutus, per solam libelli porrectionem factam coram præside vel episcopo, interrumpitur præscriptio.

XXXI. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

*Pars l. 2. § . de annali except.

Sancimus, ut si quando absuerit is qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, & desideret dominus rei vel creditor suam intentionem proponere, & non ei licentia sit absente aduersario suo, qui rem detinet, vel infantia vel furore laborante, & neminem tutorem vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto, [eandem rem auctoritate sua vsurpare :] licentia ei detur adire præsidem prouinciæ, libellúmque ei porrigere, & hæc in querimoniam deducere, & intra constituta tempora interruptionem facere. Sin autem nullo poterit modo præsidem adire: saltem ad episcopum locorum eat, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Dat. Constantinop. Kalend. Octob. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. Coss.

XXXII. Græca constit.*. Eius epit. hanc collegit Ant. Aug.

Ἀναβαλλομένου τοῦ δεσπότου δέξασθαι τὸ ἐμφύτευμα, ἄδειαν ὁ ἐμφυτευτὴς ἔχει σφραγίζειν αὐτὸ, καὶ ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ πέρατι τῆς τριετίας ἐκμαρτύρασθαι τοῦτο παρὰ τοῖς ὑπάρχοις ἢ τῷ ἐπάρχῳ ἢ παρὰ τῷ προσφόρῳ τοῦ παραιτουμένου ἄρχοντι, ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ, τοῦ δεσπότου δυνάστου ὄντος, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τῷ ἄρχοντι ἢ μὴ ἐνδημοῦντος αὐτοῦ, παρὰ τῷ ἐκδίκῳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καθ' ἣν ἐστιν ὁ παραιτούμενος καὶ τὴν τοῦ ἑνὸς αὐτῶν προσλαβεῖν μαρτυρίαν, καὶ εἰ μὴ ἢ αὖτε δέξηται ὄντι τὸ ἐμφύτευμα λύεται, καὶ κερδαίνει τὸ τέλος ὁ ἐμφυτευτὴς καὶ τοῦ ἑξῆς χρόνου ἕως ἂν ὁ δεσπότης στείλῃ διαμαρτυρίαν ἀπ' αὐτῶν δεικνύου γὰρ, ὁ μὲν ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χρόνου λήψεται καὶ ἐπὶ τριετίαν μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν, ἀγνωμονοῦντα τὸν ἐμφυτευτὴν ἐξωθεῖσθαι δύναται.

Latinè per Contium.

Idem Ai. *

Differente domino recipere emphyteuma licentiam habet emphyteuta cõsignare ipsum & Constantinopoli quidem in fine triennij contestari idipsum apud hyparchos [seu præfectos prætorio,] aut apud præfectum vrbis aut competẽtem recusantis magistratum aut patriarcham si dominus homo sit potens. In prouinciis

autem apud præsidem, aut eo non morante ibi, apud defensorem aut episcopum ciuitatis in qua est is qui recusat, & vnius ipsorũ assumere testationem. ac nisi aut sic acceperit canonem, canon soluitur, & lucratur canonem Emphyteuta etiam sequentis temporis & eousque quo dominus mittat per testationem petitum. Exinde etenim, non autem ex præterito tempore accipiet, & post triennium post attestationem eiusmodi indeuotum Emphyteutam expellere poterit.

Sumpta ex collectione Græca constitutionum ecclesiasticarum per Ant. August.

XXXIII. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις.

Meminit Eustath. de tẽporalibus interuallis.

ΘΕῖαν ἐποιησάμεθα διάταξιν οὐδένα συγχωροῦντες οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν ἐκθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν τοὺς ἐγγυητὰς παρ' αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτῆς τούτου χρυσίου ῥητὸν ὁμολογήσαντες ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ἔτι τοιοῦτο γίνηται κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διεταξάμεθα δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς

βιασα

βιασαμένους ἢ τὰς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας
κωλύοντας καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν
τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. εἰ
δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτὸς ὁ βιαζόμενος
εἴη ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν
κωλύων δίδομεν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλε-
στάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα πάσχου-
σαν ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητὴν τοῦ δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ
τὴν ἀρχὴν ἔχοντι καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν ὃ
μὴ γένοιτο, πρὸς τοῦτο ἱκανοὶ μηνύειν εἰς τὴν
βασιλείαν ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενε-
χθῆναι ποινὴν τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων,
καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων, ἄ-
δειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις
γυναιξὶν ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις πρὸς
γάμον χωρεῖν νόμιμον, καὶ εἰ τυγχάνοιεν ταῖς
σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κε-
κοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντι-
γραφῆς ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττού-
σαις γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παν-
τὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων τὰ αὐτὰ καὶ περὶ
τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι.
τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ πέμ-
πτῳ βιβλίῳ τῶν πασῶν διατάξεων τούτου δὲ τοῦ
τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς
τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθεί-
καμεν. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομο-
θεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστά-
τοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερὰ διὰ τοῦτο

συνελθόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσεως πλατύτερα νομοθετηθέντα τὴν δὲ θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι, ταῦτα φυλάττοιτε τό τε ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ δέος καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν εἴ τι τούτων παραβαίνοιτε λογιζόμενοι. *Dat. Kal. Nouem.* CP. DN. *Iustinian.* PP. A. IV. ET PAVLINO COSS.

Latinè per Antonium Contium.

IDEM A. VBIQVE TERRARVM CONSTITVTIS EPISCOPIS.

Hæc eadẽ cõſtitutio eſt l. vlti. j. de nuptiis.

SACRAM fecimus conſtitutionem, nemini permittentes, neque inuitam mulierem ancillam aut liberam, in ſcenam aut orcheſtram pertrahere, neque conuerti volentem, prohibere eam eius fideiuſſores, quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modum promiſſum repetendo, ſed ſi quid tale factum fuerit, prohiberi hæc & à clariſ. prouinciarum præſidibus & à ciuitatum religioſiſſimis epiſcopis cõſtituimus, dantes licentiam religioſiſſimis epiſcopis vnà cũ clariſſ. prouinciæ pręſide, etiam inuitos trahere ad ſe eos qui compulerint, aut qui mutari ſeu conuerti ab ea actione prohibuerint, & publicam quidem

quidem fieri eorum substantiam, ipsos verò ciuitate expelli. Si vero qui prouinciam regit, ipse sit qui eas compulerit, aut à prædicta actione cõuersionem seu resipiscentiam prohibuerit, damus licentiã & solos religiosiss. episcopos adire eam quæ talia patitur, aut eius fideiussorem, hunc vero [episcopum] aduersari magistratum habenti, & non permittere iniuste agere, aut si minus fuerint ad id exequendum potentes, indicare id nostro imperio, vt à nobis competens exerceatur pœna, fideiussionibus simul liberandis & fideiussoribus indemnibus conseruandis, licentiam dantes conuersis huiusmodi mulieribus liberis & ingenuis existentibus ad matrimonium transire legitimum, etiam si contigerint honestissimis dignitatibus qui illas duxerint decorati, non amplius indigentibus imperialibus rescriptis, sed sua potestate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirum instrumentis omni modo inter ipsos factis. eadémque & de filiabus scenicarum cõstituentes. Hanc autem dictam constitutionem & in quinto libro omnium constitutionũ huius scilicet nostræ pietatis cognominis li-

bri, ad ciuiles magistratus rescriptam posuimus. Quoniam enim oportebat per pręsentẽ sanctionẽ & vobis vbique terrarum positis religiosiss. episcopis hæc facere manifesta, propterea congregantes quę ad ipsam pertinent, expositione latiore sancita etiam eandem diuinam constitutionem fecimus etiam ad vos, vt sacerdotalem conseruantes reuerentiam & cõtinentiæ studiosi, hæc custodiatis, tam magni Dei metum, quàm imperialem indignationem, si quid horum prætermiseritis, considerantes. Dat. Kalend. Nouemb. CP. D N. Iustin. IIII. & Paulino Coss.

XXXIIII. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Σφοδρὰ πιστεύομεν ὡς ἡ τῶν ἱερέων καθαρότης τε καὶ εὐκοσμία καὶ ἡ πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συνουσία, καὶ αἱ παρ' αὐτῶν ἀναπεμπόμεναι διηνεκεῖς εὐχαὶ πολλὴν εὐμένειαν τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ καὶ αὔξησιν παρέχονται, δι' ὧν ἐστὶν ἡμῖν καὶ βαρβάρων κρατεῖν καὶ γινώσκεσθαι κυρίοις ἐκείνων ἃ πρότερον οὐκ εἴχομεν, καὶ ὥσπερ ἂν τὰ παρ' αὐτῶν αὔξηται σεμνότητός τε καὶ κοσμιότητος, τοσοῦτον καὶ τὴν ἡμετέραν πολιτείαν

λίαν ἐπιδιδόναι πιστεύομεν. εἰ γὰρ οἱ μὲν
παρέχοιντο βίον σεμνόν τε, καὶ πανταχόθεν ἀνεπί-
ληπτον, τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαντα λαὸν νουθετοῖεν,
ὥστε πρὸς τὴν αὐτῶν σεμνότητα βλέποντα τῶν
πολλῶν ἁμαρτημάτων ἀπέχεσθαι πρόδηλον
ὡς ἐντεῦθεν αἵ τε ψυχαὶ πᾶσι βελτίους ἔσονται,
καὶ ῥᾳδίως ἡμῖν ἐνδοθήσεται παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ
καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία
προσήκουσα. ταῦτα τοίνυν ἡμῖν ἀνασκοπουμένοις
προσήγγελται παραδόξως τινὰς τῶν εὐλαβεστά-
των διακόνων ἔτι γε μὴν καὶ πρεσβυτέρων (τὸ
γοῦν ἔτι πορρωτέρω τοῦτο καὶ εἰπεῖν ἐρυθριῶμεν,
φαμὲν δὲ τὸ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων) ὡς τά-
των τινὲς οὐκ αἰσχύνονται οἱ μὲν αὐτόθεν κύ-
βων ἅπτεσθαι καὶ τὴν οὕτως ἀσχήμονα καὶ αὐ-
τοῖς τοῖς ἰδιώταις παρ᾽ ἡμῶν κατὰ τὸ πλεῖστον
ἀπηγορευμένην θέαν μετιέναι, οἱ δὲ τὴν τοι-
αύτην παιγνίαν οὐ κατηγοροῦσιν ἀλλ᾽ ἢ κοινω-
νοῦσι τοῖς πράττουσιν ἢ κάθηνται θεαταὶ πρά-
ξεως ἀτόπου, καὶ θεῶνται μὲν σὺν ἐπιτιμίᾳ πά-
σῃ τὰ πάντων ἀτοπώτατα λέγοντι ἀκούουσι
βλασφήμων οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη γί-
νεσθαι μολύνουσί τε τὰς ἑαυτῶν χεῖρας τάς τε
ὁράσεις τάς τε ἀκοὰς οὕτω κατεγνωσμένοις καὶ
ἀπηγορευμένοις παιγνίοις, οἱ δὲ καὶ ἀπαρακα-
λύπτως ἢ ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις παραβάλ-
λουσιν ἢ καὶ προκαλοῦνται τινὰς ὑπὲρ τῶν ἵπ-
πων ὄντες ἢ νίκης ἢ δι᾽ ἑαυτῶν ἢ διά τινων ἑτέ-
ρων οὐκ εὐσχημόνως τὰ τοιαῦτα παίζοντες ἢ τὸ

ἐν σκηνῇ καὶ θυμέλαις θεαταὶ γίνονται παιγνίων
ἢ ταῖς ἐν θεάτροις τῶν μαχομένων πρὸς τὰ θη-
ρία μάχαις παραγίνονται καὶ κινδυνεύουσιν ὡς καὶ
τοῖς ἄρτι μυουμένοις καὶ τῶν προσκυνητῶν ἀξιου-
μένοις μυστηρίων αὐτοὶ προκηρύττουσιν ἀπο-
τάττεσθαι τῇ τοῦ ἀντικειμένου δαίμονος λα-
τρείᾳ, καὶ πάσῃ πομπῇ ἧς οὐκ ἐλάχιστον μέ-
ρος τὰ τοιαῦτα καθέστηκε. πολλάκις μὲν αὐ-
τοῖς τὰ τοιαῦτα φυλάττεσθαι προηγορεύσαμεν
ὁρῶντες δὲ τὴν περὶ τούτων γινομένην ἡμῖν
προσαγγελίαν εἰς ἀνάγκην ἤλθομεν ἐπὶ τὸν
παρόντα νόμον διὰ τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀφικέ-
σθαι σπουδὴν καὶ ἅμα μὲν ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης αὐ-
τοὺς ἅμα δὲ ὑπέρ τε τοῦ κοινῇ τῇ πολιτείᾳ συμ-
φέροντος καὶ θεσπίζομεν μηδένα μήτε διάκο-
νον μήτε πρεσβύτερον καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐ-
πίσκοπον ὅπερ καὶ ἄπιστον ἴσως ἂν δόξειεν ὧν
ἐν ταῖς χειροτονίαις εὐχαῖς εἰς τὴν δεσποτείαν
ἀναπέμπονται Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν καὶ ἐπί-
κλησις τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ γίνεται πνεύ-
ματος, καὶ ταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς ἢ ταῖς χερ-
σὶν ἐπιτίθενται τὰ ἁγιώτατα τῶν παρ' ἡμῖν μυ-
στηρίων ὅπως ἂν αὐτοῖς τὰ αἰσθητήρια πάντα
καθαρά τε γένοιτο καὶ καθιερωθείη θεῷ. μηδένα
τοίνυν τούτων τολμᾶν τοῦ λοιποῦ μετὰ τὸν δὲ τὸν
θεῖον ἡμῶν νόμον ἢ κυβεύειν τὴν οἱανοῦν τῶν
κύβων παιδιὰν ἢ τοῖς τοῦτο πράττουσι κοινω-
νεῖν ἢ παρακαθῆσθαι, καὶ τέρπεσθαι καὶ συν-
διατίθεσθαι τοῖς γινομένοις ἢ παραβάλλειν

ταῖς

ταῖς δημώδεσι ταύταις θέαις ἃς ἔμπροσθεν
εἰπόντες ἔφθημεν καὶ τί τῶν ἐπ' αὐταῖς ἀπη-
γορευμένων ποιεῖν ἀλλὰ πάσης πρὸς ταῦτα με-
τουσίας τὸ λοιπὸν ἀπέχεσθαι. τὸ γὰρ ἤδη προει-
ληφὸς εἰ καὶ ἀναζητεῖν ἐχρῆν καὶ μὴ μετιέναι
προσηκόντως ὅμως διὰ φιλανθρωπίαν συγχω-
ροῦμεν τὴν ἐκ τοῦ παρόντος νόμου παρατήρησιν
ἅπασιν εἰς τὸν λοιπὸν ἐπιτιθέντες χρόνον. προ-
σῆκον γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς νηστείαις τε καὶ ἀγνείαις" "al. ἀγρυ-πνίαις.
καὶ ταῖς ἀσκήσεσι τῶν θείων λογίων καὶ ταῖς
ὑπὲρ πάντων σχολάζειν εὐχαῖς, ἀλλὰ μὴ ταῦ-
τα καταλιμπάνοντας τῶν παντάπασι βεβήλων
τε καὶ ἀπηγορευμένων ἅπτεσθαι, ταὐτὸ δὲ τοῦ-
το θεσπίζομεν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν
ὑποδιακόνων τε καὶ ἀναγνωστῶν φαμὲν εἴπερ
καὶ αὐτοὶ τῆς τε ἱερᾶς τραπέζης καὶ παντὸς
τοῦ περὶ τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας κόσμου καθε-
στῶσιν ὑπουργοί τε καὶ ὑπηρέται καὶ τὰ θεῖα με-
ταχειριζόμενοι λόγια τὰς ἱερὰς ἡμῖν ἐκ τῶν εὐα-
γῶν ἡμῶν βιβλίων οἱ μὲν ἀναγινώσκουσιν γρα-
φὰς οἱ δὲ ὑμνοῦσιν ᾠδάς, εἰ δέ τις τοῦ λοιποῦ τοιοῦ-
τό τι πράττων φανείη καὶ προσαγγελθείη τοῦτο
ἢ κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν τῇ σῇ
ἁγιωσύνῃ ἢ κατὰ τὰς ἐπαρχίας τοῖς ὑπ' αὐτὴν
τεταγμένοις θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις καὶ
τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις ὧν τὴν χειροτονίαν ὁ τῆς
σῆς μακαριότητος ποιεῖται θρόνος καὶ τοιαύ-
της τὶς ἐπέλθοι μέμψις ἢ διακόνῳ ἢ πρεσβυτέρῳ
καὶ πολλῷ μᾶλλον τινὶ τῶν θεοφιλεστάτων

ἐπισ

ἐπισκόπων τὴν σὴν ἐνταυθοῖ μακαριότητα καὶ
ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τοὺς ὑπό σε θεοφιλεστάτους
μητροπολίτας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπους
ταῦτα σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ κατὰ τὴν τῆς ἱερω-
σύνης τάξιν ζητεῖν καὶ ἀνερευνᾶν μηδὲ πάρερ-
γον ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν, ἀλλὰ καὶ μαρτύρων
ἀξιοπίστων ἀκούειν καὶ διὰ πάσης ὁδοῦ χωρεῖν
ὥστε τὸ ἀληθὲς λαβεῖν. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς τῶν
τοιούτων εἰργομένων οὕτω καὶ συκοφαντεῖσθαι παρά
τινων κωλυόμενον καὶ εἰ πανταχόθεν τῆς ἐξετά-
σεως τῶν θείων προκειμένων λογίων γινομένης
ἀληθῶς ἔχειν ἡ μέμψις φανείη καὶ ἀποδειχθείη
διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἢ κυβεύων ἢ κοινωνῶν
τοῖς κυβεύουσιν ἢ ταῖς τοιαύταις παρακαθήμε-
νος ματαιότησιν ἢ ταῖς εἰρημέναις παραβάλ-
λων θέαις, ἢ καὶ ἴσως τὶς τῶν θεοφιλεστάτων
ἐπισκόπων ὅπερ οὐδὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν, ὅλως
τοιαύτης τινὸς ἀνάσχηται θέας ἢ τοῖς κυβεύου-
σιν ἢ προσκαθεσθῆναι καὶ συνδιατίθεσθαι τὸ
λοιποῦ θαῤῥήσειε, τὸν τοιοῦτον εὐθὺς ὑπὸ τῆς σῆς
μακαριότητος ἢ ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου ἢ γοῦν θεο-
φιλεστάτου ἐπισκόπου ὑφ' ὧν τέτακται εἴπερ τις
τῶν εἰρημένων εἴη κληρικῶν τῆς ἱερᾶς ἀφορίζε-
σθαι λειτουργίας ἐπιτίθεσθαί τε αὐτῷ κανονικὸν
ἐπιτίμιον καὶ ὁρίζεσθαι χρόνον οὗπερ ἐντὸς προ-
σῆκον ἐστὶν αὐτὸν νηστείαις τε καὶ ἱκεσίαις χρώ-
μενον τὸν μέγαν ἐξιλάσκεσθαι Θεὸν ὑπὲρ τοῦ
τοιούτου πλημμελήματος, καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τοῦ ὁρισθέν-
τα χρόνον ὁ τοιοῦτος ἐπιτίμιον δεχόμενος μένοι
δάκρυσί

δάκρυσί τε καὶ μετανοίᾳ καὶ νηστείᾳ καὶ τῇ πρὸς
τὸν δεσπότην θεὸν εὐχῇ ἄφεσιν τοῦ πλημμελή-
ματος ἐξαιτῶν, τηνικαῦτα τὸν ὑφ' οὗ τέτακται
ταῦτα ἀκριβῶς μανθάνοντα καὶ περιεργαζό-
μενον κοινὴν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖν εὐχὴν γί-
νεσθαι σὺν πάσῃ δὲ ἀκριβείᾳ παρεγγυᾶν αὐ-
τῷ τοῦ λοιποῦ τῆς τοιαύτης ἱερωσύνης ὕβρεως ἀπέ-
χεσθαι, καὶ εἰ νομίσειεν αὐτὸν αὐτάρκως πρὸς
μετάνοιαν ἐλθεῖν τηνικαῦτα τῆς ἱερατικῆς αὐτῷ
μεταδιδότω φιλανθρωπίας, εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν
ἀφορισμὸν εὑρεθείη μήτε γνησίως τῇ μετανοίᾳ
χρώμενος περιφρονῶν τε τοῦ πράγματος καὶ
καθαρῶς ὑπὸ τῆς ἀνηκειμένης κατειλημμένος τὴν
ψυχὴν τότε μὲν αὐτὸς ὁ ἱερεὺς ὑφ' οὗ τελεῖ τῶν
ἱερῶν ἐξωθείτω καταλόγων παντάπασιν αὐτὸν
καθαιρῶν, ὁ δὲ οὐκ ἔτι παντελῶς ἄδειαν ἕξει πρὸς
ἱερατικὴν ἐλθεῖν τάξιν ἀλλ' εἰ μὲν ἔχοι περιου-
σίαν τὸ τῆς πόλεως ἐκείνης βουλευτήριον καθ' ἣν
ἱερᾶτο πρότερον ἢ εἴπερ οὐκ ἔχοι βουλευτήριον, ἡ
πόλις ἕτερον βουλευτήριον τῆς ἐπαρχίας ὅπερ μά-
λιστα σχήσει βουλῆς παραλήψεται τοῦτον τοῦ λοι-
ποῦ ἅμα τῇ περιουσίᾳ βουλεύοντα. εἰ δὲ οὐσίαν
οὐκ ἔχοι ταξεώτης τὸ λοιπὸν ἔσται τῆς ἐπιχωρίου
τάξεως ἀντὶ τῆς πρόσθεν ἱερέως καὶ ἐπειδὴ τὴν τοῦ
θεοῦ τάξιν ἐκλέλοιπεν ἔσται ταξεώτης ἐνδεχό-
μενος ταύτην ἑαυτῷ τὴν αἰσχύνην ἀντὶ τῆς ἔμ-
προσθεν τιμῆς ἐπιθείς. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα
θεσπίζομεν ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πό-
λεως τὴν σὴν φυλάττειν ἁγιωσύνην, καὶ τοὺς
καθ-

καθ' ἑκάστην ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐκδίκους τε
καὶ οἰκονόμους οἷς ἐπιμελὲς ἔσται τὰ τοιαῦτα ἀ-
ναζητεῖν καὶ προσαγγέλλειν, καὶ τοὺς ἁλισκομένους
ἀφαιρεῖσθαι τῆς διδομένης αὐτοῖς παρὰ τῶν ἁγιω-
τάτων ἐκκλησιῶν σιτήσεώς τε καὶ χορηγίας, ἐν
δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἵ τε ὑπὸ τῇ σῇ τεταγμένοι
μακαριότητι θεοφιλέστατοι μητροπολῖται, καὶ
πρός γε οἱ ὑπ' αὐτοὺς θεοσεβεῖς ἐπίσκοποι καὶ
οἱ τούτων ἐκκλησιέκδικοι καὶ οἰκονόμοι καὶ αὐτοὶ τὸν
ἴσον τρόπον καθ' ὃν ἔμπροσθεν εἴπομεν τῷ
πράγματι χρώμενοι καὶ τὸ ἱερὸν σέβας πανταχό-
θεν ἀντεπιλαμβάνοντες καὶ ἀμώμητον φυλάττοντες,
παραφυλάξουσι δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἐνδοξότατοι τῶν
ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων ὕπαρχοι, φαμὲν δὲ τοὺς
τῆς ἑῴας ἐπὶ τοῖς ἐπιτεταγμένοις ἔθνεσι τῇ αὐ-
τῶν διηγεμοδοσίᾳ, οἵ τε τοῦ Ἰλλυρίδος εἴτε τῶν
ἄκρων προεστῶτες διοικήσεως καὶ αἱ πειθόμεναι
τάξεις αὐτοῖς, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρ-
χιῶν ἄρχοντες, καὶ οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι αὐτοὶ
μὲν οἱ τὰς μεγάλας ἀρχὰς ἄρχοντες ἀγανάκτη-
σιν ἡμετέραν ὑφορώμενοι, αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι
τάξεις αὐτοῖς δέκα χρυσίου λιτρῶν ἀγωνιῶσαι
ποινήν, ἄρχοντες δὲ ἐπιχώριοι μάζους τε καὶ
ἐλάττους καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ
πρόσγε οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι ἀνὰ πέντε χρυ-
σίου λιτρῶν ποινὴν εὐλαβούμενοι, εἰ ταῦτα μα-
θόντες μὴ προσαγγείλαιεν καὶ αὐτοὶ τοῖς ἱερεῦσι,
τουτέστιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἢ τοῖς
ὁσιωτάτοις μητροπολίταις ἢ τοῖς ἑκάστης διοική-

σεως

σίοις ἁγιωτάτοις πατριάρχαις καθ' ἣν ἂν ἕκα-
στος τελοίη χώραν, ὥστε ἐκείνους ταῦτα μαθόν-
τας κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διωρισμένον ἅπασιν
ἐπεξελθεῖν καὶ ἐπειδὰν παρ' αὐτῶν ὁ ἐπὶ τοῖς
τοιούτοις ἁλοὺς καθαιρεθείη, μὴ τῇ βουλῇ τῆς πό-
λεως ἢ τῇ τάξει τοῦτον παραδοθῆναι παρασκευά-
σαιεν· καὶ ὁ ἐνδοξότατος ὕπαρχος τῆς εὐδαί-
μονος ταύτης πόλεως ταῦτα παραφυλάξει εἴ-
περ ἐπὶ ταύτης ἁμαρτάνοιτο τῆς βασιλίδος
ἡμῶν πόλεως ἅμα τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει,
αὐτὸς μὲν ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενος,
ἡ δὲ αὐτοῦ τάξις δέκα χρυσίου λιτρῶν ἐνλαβου-
μένη ποινήν. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ταῦτα νομοθετικῶς
πεπράχαμεν. ἐκεῖνοι δὲ τῶν ἀνωμολογημένων
ὄντων, ὡς ἡμῖν μὲν ἀφωσίωται πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ
τῆς εἰς αὐτὸν τῶν ἱερέων σεμνότητος. εἰ δὲ αὐ-
τοὶ παραβαίνοιεν τῶν τεταγμένων καὶ παρα-
προσποιοῖντο, καὶ μὴ ἐπεξίοιεν, ἀλλά τινα δῆθεν
φιλανθρωπίαν οὐκ ἐπαινετὴν ἕλοιντο, πρὸς ταῖς
δὲ οὐρανοῦ ποιναῖς ἕξουσι καὶ τὴν ἐκεῖθεν κρίσιν
ἥτις αὐτοῖς ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ θεοῦ παραστήσεται βή-
ματι τὴν οὐκ εὐπρεπῆ παραπροσποίησιν ἐλέγ-
χουσά τε καὶ μετιοῦσα. εἰ δὲ καί τις τῶν πολιτι-
κῶν ἀρχόντων μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων τα-
ξεωτῶν ἢ ἐκδίκων, ἢ μαθὼν ταῦτα μὴ μηνύ-
σειεν ἢ ἐπεξελθεῖν δέον ῥαθυμήσειεν, ἢ καὶ τὸ
πρᾶγμα μισθοῦ καταπροδοίη, ἴστω ὡς πρὸς ταῖς
ὑπειλημμέναις παρ' ἡμῶν ποιναῖς ἕξει καὶ τὴν
παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ ἡμῶν τιμωρίαν ἑπομένην

καὶ

καὶ ἔνοχος ἔσται ταῖς ἀραῖς ἁπάσαις ταῖς τοῖς ἱεροῖς περιεχομέναις βίβλοις. Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἡμῖν δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὴν τοῦ δεσπότου νενομοθέτηται θεραπείαν, οὕτω κἀκεῖνο προστίθεμεν ὥστε τὰς ἐξετάσεις σὺν ἀκριβείᾳ γίνεσθαι καὶ μηδένα συκοφάντην ἐπανίστασθαί τισι καὶ ψευδοκατηγορεῖν ἢ ψευδομαρτυρεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις. καθάπερ γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν εἴτε τοιοῦτο πράξοιεν τηλικαύτας ἐπιθήκαμεν ποινάς, οὕτω καὶ τοῖς συκοφαντεῖν αὐτοὺς πειρωμένοις ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἡμετέρων νόμων ποινὰς ἐπικεῖσθαι βουλόμεθα εἰ προσαγγείλαντες εἶτε ἐπεξελθεῖν μὴ βουληθεῖεν ἢ συστῆναι ταῖς τοιαύταις κατηγορίαις οὐκ ἰσχύσαιεν. D. PR. NON. NOV. CP. *Iustiniano* P P. A. I V. & *Paulino* v. c. *Coss.*

Latinè per Antonium Contium.

CErtiſſimè credimus, quia ſacerdotum puritas & decus & ad dominum Deum & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum feruor & ab ipſis miſſæ perpetuæ preces, multum fauorem noſtræ reip. & incrementum præbent, per quas datur nobis & barbaros ſubiugare & in dominium redigere illos, quę antea nõ obtinuimus, & quãto plus rebus illorum accedit honeſtatis & decoris, tanto magis & noſtrã remp. augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honeſtam & vndique irreprehen

prehensibilem, & reliquum populum instruxerint, vt is ad illorum honestatem respiciens, multis peccatis abstineat, planum est quod inde & animæ omnibus meliores erunt, & facile nobis tribuetur à maximo Deo & saluatore nostro Iesu Christo clementia conueniens. Hæc igitur nobis speculantibus nunciatum est, pręter communem rerum fidem, quosdam ex reuerēdissimis diaconis itémque presbyteris (nā eo amplius etiā dicere erubescimus, deo amātissimos nēpe episcopos) quosdam, inquàm, ex his non verentur, alij quidem per se ipsos cubos seu tesseras contrectare, & adeo pudendum atque ipsis etiam idiotis à nobis frequenter interdictum spectaculum participari, alij verò talem ludū non accusant, sed vel communicant facientibus, aut sedent spectatores actus indecori & spectant quidem cum auiditate omnimoda, res omnium rerū importunissimas, sermones vero audiunt blasphemos quos in talibus necesse est fieri, polluunt ètiā suas manus, & oculos & aures, sic dānatis & prohibitis ludis, alij verò neq; obscure aut latenter, aut equorum certaminibus se immiscent,

aut etiam inuitãt aliquos super equorum profligatione aut victoria, vel per seipsos vel per alios quosdam, vt quia non decenter talia ludant, aut scenicorum vel thymelitarũ spectatores fiunt ludorum, aut earũ quæ in theatris certantium ferarũ pugnæ fiunt, neq; cogitant, quemadmodũ ipsi vel his qui modò & recens initiati sunt & adorandis mysteriis dignati, ipsi prædicũt vt abrenuncient aduersarij dęmonis cultui, & omnibus põpis eius, quarũ non minima pars talia spectacula fiunt. Sæpe quidẽ ipsis talia custodire debere prędicauimus, vidẽtes autẽ de his factam nobis relationẽ, in necessitatẽ incidimus ad prępsentẽ veniendi legem, tum propter nostrũ super religione studiũ, tum etiã propter sacerdotij ipsius simul & cõmunis reipublicę vtilitatem. ¶Et sancimus neminem neq; diaconum neque presbyterum & multo magis neque episcopum (quod quidem & incredibile forte videri possit) vt quorum in ordinationibus preces ad Dominum mittuntur Christũ Deum nostrũ, & inuocatio sancti & adorãdi fit spiritus, & eorũ capitibus aut manibus imponũtur sanctissima eorũ quæ apud nos

nos sunt mysteriorum, vt scilicet ipsis sensoria omnia instrumenta pura fiãt, & consecrentur Deo. Neminem igitur horũ audere de cætero & post diuinã nostram legem, aut cubicare[i. tesseris seu aleis ludere]quocunq; aleæ genere aut ludo, aut ita ludentibus cõmunicare aut conuersari aut vnà recreari, aut vnà cũ eis agere aut eis testimonium perhibere aut interesse plebeiis huius modi spectaculis quæ prius diximus, aut quid eorũ quæ in his prohibentur facere, sed omni ad illa participio in posterum abstinere. Quod enim præcessit iam, tametsi etiã inquirere oportuerat, nec participare indecẽter oportebat, tamen propter humanitatem indulgemus, præsentis legis obseruationem omnibus in posterũ iniungentes tẽpus. Decet enim ipsos ieiuniis & vigiliis & meditationibus seu exercitationibus in diuinis oraculis, & pro omnium salute fundẽdis vacare precibus, At eos qui talia non reliquerint nec cessauerint omnino polluta & prohibita contrectare : idem enim etiã sancimus, & in reliquos clericos, subdiaconos nẽpe & lectores, quando & ipsi sacræ mẽsæ, & omnis circa sanctis. eccle-

ſias ornatus conſtituti ſunt miniſtri & operarij & ſacra contrectãtes eloquia, dum ſacras nobis ex ſacris noſtris bibliis, illi quidẽ legunt ſcripturas, hi vero hymnos & odas canũt. Si verò quis de cætero tale quid faciens deprehenſus fuerit & delatus fuerit id vel in hac felici ciuitate tuæ ſanctitati, vel prouincias ſub ipſa poſitas, deo amantiſſ. metropolitis & cæteris epiſcopis quorum ordinationẽ tuæ beatitudinis facit thronus, & talis quædã ſuperuenerit accuſatio aut diacono aut presbytero & multo magis epiſcoporum Deo amabiliũ cuidã, tuã hîc beatitudinẽ & in prouinciis poſitos ſub te deo amantiſſ. metropolitas & qui ſub ipſis ſunt epiſcopos, hæc cũ diligentia omni, ſecũdum ordinationis ordinem quærere & perſcrutari, neque defunctoriam facere inquiſitionẽ, ſed & teſtes fide dignos audire & per omnẽ viam procedere ad eruẽdam veritatẽ. Sicut enim ipſis talia interdicimus, ita & calumniã peti à quibuſdã vetamus, & ſi vndiq; diſcuſſione diuinis propoſitis eloquiis facta, vere ſe habere accuſatio apparuerit, & conuictus fuerit diaconus aut presbyter, vel aleator eſſe vel alea-

to

torum particeps aut talibus adſidens vanitatibus, vel prędictis intereſſe ſpectaculis, aut etiam forte aliquis Deo amabiliũ epiſcoporũ (quod quidẽ neq; euẽturũ eſſe cõfidimus) prorſus talis cuiuſdam particeps eſſe ſpectaculi, aut cum aleatoribus vnà ſedere & diſponere ac paciſci aut ſponſiones facere, de cætero auſus fuerit, eum mox à tua beatitudine aut à metropolita aut deo amantiſſ. epiſcopo ſub quo ordinatus eſt, ſi quidẽ aliquis prædictorũ ſit clericorũ, à ſacra ſeparari liturgia, imponi autem ipſi canonicam pœnam & definiri tempus intra quod conueniat ipſum ieiuniis & ſupplicationibus vtẽtem magnũ propitiari Deũ ſuper tali tranſgreſſione, & ſi per definitũ tẽpus, qui talẽ pœnã ſuſcepit, maneat lachrymis & pœnitẽtia & ieiunio & ad Dominum deum oratione, remiſſionẽ delicti exorans, confeſtim eum cui ſubiectus eſt hoc diligenter cognito, & ſollicite requiſito, cõmunem quidẽ pro ipſo orationem fieri curabit, & cũ omni diligentia iniunget ipſi vt poſtea à tali ſacerdotij dedecoratione abſtineat, & ſi putauerit ipſum ſufficienter ad pœnitentiã veniſſe, tũc ſacerdotali

eum restituere dignetur clemẽtiæ. Si verò & post excõmunicationẽ inuẽtus fuerit,neq; vera penitẽtia vsus,& aliàs etiam aspernatus eam rem & manifeste ab aduersario[diabolo]mẽte inesca tus,ipsum quidẽ sacerdos sub quo degit sacris eximat catalogis,omnino eũ deponens, ille autem nõ amplius vllo modo licentiã habeat ad sacerdotalẽ venire gradũ.sed si quidem habeat facultates,ciuitatis illius curiam in qua cõsecratus est primũ, aut si non habet curiam ea ciuitas,alia curia prouinciȩ quæ maxime indiget curiali accipiet illum in posterũ curiæ cũ suis facultati bus seruiturũ. Si verò facultates non habet,officialis in posterũ fiat prouincialis officij,pro eo quod ante fuit sacratus,& eamobrẽ quod Dei officium dereliquit erit officialis prouincialis, hanc sibi turpitudinẽ pro pristino honore imponẽs.¶Hæc igitur omnia san cimus in hac quidẽ felici ciuitate tuã custodire sanctitatẽ & singularũ ecclesiarũ defensores & œconomos quibus curæ erit hæc inquirere & denũciare, & cõuictos priuare datæ eis à sanctis ecclesiis annonæ erogatione. in prouinciis autẽ qui sub tua ordinati sunt

bea

beatitudine Deo amãtiſ. metropolitę, ad hæc etiã qui illis ſubſunt religioſiſ. epiſcopi & eorũ eccleſiecdici & œconomi, & ipſi, ad eundẽ modũ qui prædictus eſt re vtẽtes & ſacrã venerationem vndiq; irreprehenſibilẽ & inculpabilem cuſtodiẽtes. cõſeruabunt quidem iſta, vt & glorioſiſſimi ſacrorum noſtrorũ prætoriorũ præfecti: dicimus autẽ orientis, cũ ſubditis gentibus eorum iuriſdictioni, itẽ Illirici, atq; etiã Afrorũ præeminẽtes diœceſi & parentia eis officia, & clariſſimi prouinciarũ præſides & ciuitatum defenſores, ipſi quidem qui maximos magiſtratus gerunt, indignationem noſtrã ſubuerentes, officia autẽ nõ obſecundãtia ipſis, decem auri librarũ expertura pœnam, præſides vero prouinciales maiores pariter & minores & obtẽperantia ipſis officia & inſuper ciuitatum defenſores quinq; auri librarũ pœnã metuentes ſi hæc cognoſcẽtes, non adnunciauerint & ipſi ſacerdotibus, ideſt aut Deo amabil. epiſcopis aut ſanctiſ. merropolitis aut vniuſcuiuſq; diœceſeos ſanctiſ. patriarchis, ſecundũ ſuã cuiq; regionẽ, vt ipſi hæc intelligẽtes ſecundũ quod antea definitũ eſt, omnibus ſe opponãt &

resistant,& postquã ab eis is qui harũ
rerũ conuictus fuerit depositus fuerit,
non curiæ ciuitatis aut officio eũ tradi
curauerit, & gloriosissimus præfectus
huius felicis ciuitatis hæc custodiet si
quidẽ in hac peccetur regia nostra ci-
uitate vnà cũ obediẽte ipsi officio, ipse
quidẽ indignationẽ nostram subueri-
tus, ipsius autẽ officiũ decẽ librarũ au
ri metuens pœnã. Verũ ista quidẽ nos
legislationis modo cõfecimus. illud ve
rò in cõfesso est, quia nobis quidẽ con
secrata sunt deo, pro sacerdotũ ipsius
honestate. Si vero ipsi transgressi fue-
rint ea quæ sunt ordinata, & dissimu-
lent & non vindicẽt, sed quadã videli-
cet humanitate nõ laudabili capti fue
rint, præter celestes pœnas habebũt &
illinc condẽnationẽ quæ illis in ipso
Dei representabitur tribunali, quæ in-
decentẽ dissimulationẽ arguet & vindi
cabit. Si verò & aliquis ciuiliũ magi-
stratuũ maiorũ aut minorũ, officialiũ
aut defensorũ, aut cũ hęc didicerit, nõ
indicauerit, aut cũ vindicare liceret,
neglexerit, aut rẽ mercede prodiderit,
sciat, quod præter interminatas à no-
bis pœnas, habebit & à maximo Deo
nostro pœnã sequẽtẽ, & obnoxius erit
exe

execrationibus omnibus quę sacris cō tinētur libris. Sicut autē hæc nobis ob nihil aliud quā ob domini sancita sunt cultū, sic & hoc addimus, vt inquisitio nes cū summa diligētia fiant, & ne quis calūniator insurgat in aliquos aut falso accusaturus aut falsum testimoniū laturus his de rebus. Sicut enim sacerdotibus si quid tale egerint tales impo suimus pœnas, ita & his qui calūniari ipsos tentarint, ex cœlo & legibus nostris pœnas imminere volumus, si accusatione cœpta, seu adnūciatione aut persequi noluerint, aut perseuerare in huiusmodi accusationibus non quierint. D. PR. NON. Nou. CP. Iustiniano PP. A. IV. & Paulino V. C. Coss.

DE HÆRETICIS ET MAnicheis & Samaritis.

TIT. V.

1. Imppp. CONSTANTIN.[a] [CONSTANTIVS & CONSTANS] ad Dracilianum [præfect. Vrbi.]

PRIVILEGIA [b] *quæ contemplatione religionis indulta sunt, catholicæ tantùm legis obseruatoribus prodesse oportet. Hæreticos non solùm ab his priuilegiis alienos esse volumus, sed etiam diuersis muneribus constringi & subiici.* PP.

[a] Inclusa desunt in Cod. The.

[b] C. T. 16. 5. 1.

Kal. Septemb. Generasto, Constantino A. VII. & Constantio Coss.

IN AVTHENT. *De priuile. do. ha. mu. § quia enim dedimus. colla. viij. const. v.*

ITem priuilegium dotis quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, necnon de tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus à lege data, clauduntur his quæ catholicam non participant communionem.

II. Imppp. GRATIANVS, VALENT. & THEOD. AAA. ad Hesperium PF. P.

*C. T. 16. 5. 5. & 24.

OMnes [a] *vetitæ legibus diuinis & imperialibus constitutionibus hæreses perpetuo quiescant. Nemo vlterius conetur, quæ repererit profana præcepta vel docere vel discere: nec antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam non habent, & ministros creare, qui non sunt: Nec per conniuentiam iudicantium, omniúmque quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia negligatur & crescat. Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. Data III. Nonas Aug. Mediolani, Ausonio & Olybrio Coss.*

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Clearcho præfect. vrbi.

Cum

CVncti hæretici[a] procul dubio nouerint omnia sibi loca adiměda esse, siue sub ecclesiarũ nomine teneantur, siue diaconica appellentur, vel etiam decanica, siue in priuatis ædibus vel locis huiusmodi cœtibus copiã præbere videantur, his ædibus vel locis priuatis ecclesiæ catholicæ vindicandis. Ad hoc interdicatur his omnibus ad litanias faciendas nocte vel die profanis coire conuentibus: statuta videlicet condemnatione centum librarũ auri contra officium sublimitatis tuæ, vel præsidale quinquaginta, si quid huiusmodi fieri vel in publico vel in priuatis ædibus concedatur. Dat. v. Non. Martij, Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Coss.

[a] c. Th. 16. §. 31.

IIII. Iidem & THEOD. AAA. ad Senatorem P. V.

MAnichæos[b] seu Manichæas vel Donatistas meritissima seueritate persequimur. Huic itaque hominũ generi nihil ex moribus, nihil ex legibus cõmune sit cum cæteris. Ac primum quidem volumus esse publicum crimẽ: quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. Quos bonorum etiam omnium publicatione persequimur. Ipsos quoque volumus amoueri ab omni liberalitate & successione quolibet titulo veniente. Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremò contrahendi cuiquam

[b] c. Th. 16. §. 40.

quam

quam conuicto relinquimus facultatem. In mortem quoque inquisitio extendatur. Nam si in criminibus maiestatis licet memoriam accusare defuncti, nō immeritò & hic debet subire tale iudicium. Ergo & suprema illius scriptura irrita sit, siue testamento, siue codicillo, siue epistola, siue quolibet alio genere reliquerit voluntatem qui Manichæus fuisse conuincitur. Sed nec filios heredes eis existere, aut adire permittimus, nisi à paterna prauitate discesserint. Delicti enim veniam pœnitentibus damus. In eos etiam auctoritatis nostræ aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda prouisione defendunt. Seruos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum euitantes ad ecclesiam catholicam seruitio fideliore transierint. Dat. VIII. Kal. Mar. Romæ, Honorio VII. & Theodosio II. AA. Coss.

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu. & consue. §. si vero dominus. collat. x. constitutio. fin.

SI verò dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsum terrā ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eā exterminatis hæreticis absque vlla contradictione poßideant, & in fidei puritate conseruent:

uent: saluo iure domini principalis, dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilo minus lege obseruata contra eos qui non habent domos principales.

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu.& consue.§.credentes.coll.x. const.fi.

CRedentes præterea, receptatores, defensores & fautores hæreticorum damnamus, firmiter statuentes vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum: extunc ipso iure sit infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur, neque ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negocio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit: eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si verò fuerit aduocatus: eius patrociniũ nullatenus admittatur. Si tabellio: instrumenta per ipsum confecta, nullius penitus momenti censeantur.

V. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS Cæs. Florentio præfecto prætorio.

Ariani

[a] c. Th. 16. 4. 56. & 16. 5. 11. Hæresiû diuersitatem habes 24. q. 3. ca. quidã auté. vsque ad finé quæstionis.
[b] Massaliani.
[c] Apotacitæ.
[d] Romano loco.
[e] orandíque. rectè.

ARiani, [a] & Macedoniani Pneumatomachi, Apollinariani, Nouatiani seu Sebatiani, Eunomiani, Tetraditæ, seu Tessarescædecaditæ, Valentiniani, Pauliani, Papianistæ, Montanistæ seu Priscillianistæ, vel Phryges, vel Pepuzitæ, Marcionistæ, Borboritæ, Messaliani, [b] Euchitæ siue Enthousiastæ, Donatistæ, Audiani, Hydroparastatæ, Tascodrogitæ, Batrachitæ, Hermogeniani, Photiniani, Pauliniani, Marcelliani, Ophitæ, Encratistæ, Carpocratitæ, [c] Saccophori, & qui ad imã vsque scelerum nequitiam peruenerunt Manichæi, nusquam in Romanum locum [d] conueniendi morandíque [e] habeant facultatem. Manichæis etiam de ciuitatibus pellendis, & vltimo supplicio tradendis, quoniam his nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria. Cunctis quoque legibus, quæ contra eos, cæterósque qui nostræ fidei refragantur, olim diuersísque tẽporibus latæ sunt, semper viridi obseruantia valituris, siue de donationibus in hæreticorũ conuenticula, (quæ ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur) factis, siue ex vltima volũtate rebus qualitercũque relictis, siue de priuatis ædificiis, in quæ domino permittente vel conniuente conuenerint, venerandæ nobis catholicæ ecclesiæ vindicandis, siue de procuratore qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri multa,

vel

vel exilium, si sit ingenuus, subituro: metallum verò post verbera, si seruilis conditionis sit: ita, vt nec in publicum conuenire locum, nec ædificare sibi quasi ecclesias, nec ad circunscriptionem legum quicquam meditari valeant, omni ciuili & militari, curiarum etiam, & defensorum, & iudicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio: illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quæ de militia, pœnísque variis, déque diuersis sunt hæreticis promulgata: vt nec speciale quidem beneficium aduersus leges valeat impetratum. Dat. Constantinop. III. Kalen. Iun. Felice & Tauro Conss.

VI. Iidem AA. ad Leontium præfectum vrbi.

Damnato portentosæ superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Ariani, ab Ario, lege diuæ memoriæ Constantini ob similitudinem impietatis, Porphyriani à Porphyrio nuncupantur, sic vbique participes nefariæ sectæ Nestorij Nestoriani* vocentur: vt cuius scelus sunt in deferendo deũ imitati, eius vocabulum iure esse videantur sortiti. Nec verò impios libros nefandi & sacrilegi Nestorij aduersus venerabilẽ orthodoxorũ sectã decretáq; sanctißimi cœtus antisti-*

* c. T. 16. 4. 56.

* Simoniani legit Nomocanon.

tum

tum Ephesi habiti scriptos, habere aut legere, aut describere quisquam audeat: quos diligenti studio requiri, ac publicè cõburi decernimus: ita vt nemo in religionis disputatione aliquã supradicti nominis faciat mentionem, aut quibusdam eorum habendi concilij gratia in ædibus aut villa, aut suburbano suo, aut quolibet alio loco conuenticulum clam aut apertè præbeat. Quos omnes cœtus celebrandi licentia priuari statuimus: sciẽtibus vniuersis violatorem huius legis publicatione bonorum esse coërcendum. Dat. III. Kal. Aug. Constantinop. Theodosio XV. & Valẽtiniano IIII. AA. Conss.

*Cod. T. III. Non Aug. CP. DN. Th. XV. & qui fuerit nunciatus.

Antonius Augustinus falsò putat hanc legem vtraque lingua extare in Codice (si modo putat.) Nam cum latinè tantum *extet in Theodosiano, manifestum est & latinè tantum extitisse in Iustiniano; quãuis sub vtraq; lingua proposita primum fuerit cùm scripta est à Theodosio, vt ex ea integra cognoscitur, quam habeo in integra synodo Ephesina, quæ nondum typis vulgata est, vbi & melius in latinum versa sermonem videtur quàm ea quam Ant. Augustinus edidit. Eam igitur aliàs edemus sub vtraque lingua. hic latinè totum extare debet. Nam & legem sequentem Curiales nobis ordine septimam, Nomocanon quoque numerat septimam. & l. quicunque. similiter octauam, & ita deinceps.

VII.

VII. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

CVriales[a] omnium ciuitatũ onerosis, quin etiam militiæ, seu diuersis officiis facultatatum & personalium munerum obligatos, suis ordinibus cuiuscunque secta sint, inhærere censemus: ne videmur hominibus execrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium præstitisse, quos volumus huius constitutionis auctoritate damnari. Dat. pri. Kalend. Feb. Theodosio A. XVI. & Fausto Conss.

[a] Ex Nouell. Theod.

VIII. Impp. VALENT. & MARTIANVS AA. Palladio præfecto prætorio.

QVicunque in hac sacra vrbe vel Alexandrina, vel in omni Aegyptiaca diœcesi, diuersísq; aliis prouinciis Eutychetis profanam peruersitatẽ sequuntur, & ita non credunt, vt trecenti decem & octo sancti patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicæna ciuitate fundantes, cẽtum quoque & quinquaginta alij venerabiles episcopi, qui in alma vrbe Constantinopolitana postea conuenerunt, & sicut Athanasius & Theophilus & Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quos etiã Ephesina synodus, (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Nestorij error expulsus est) in vniuersis secuta est, quos & nuper venerabilis Chalcedonensis synodus est secuta, prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte

consentiens, nihilque adimẽs sacrosancto symbolo, neque adiiciens, sed Eutychetis dogmata funesta condemnans: sciant se esse hæreticos [Apollinaristas] Apollinaris enim facinorosissimam sectã Eutyches & Dioscorus mente sacrilega sunt secuti. Ideóq; hi homines qui Apollinaris vel Eutychetis peruersitatem sequuntur, illis pœnis quæ diuorum retro principum constitutionibus contra Apollinaristas, vel serenitatis nostræ postmodum sanctiones contra Eutychianistas, vel hac ipsa Augustissima lege cõtra eosdem decretæ sunt, nouerint se esse plectendos. Idcirco Apollinaristas, hoc est Eutychianistas (quibus etsi est in appellatione diuersitas, tamen est in hæresis prauitate cõiunctio: & dispar quidem nomen, sed idem sacrilegiũ) siue in hac alma vrbe, diuersísq; prouinciis, siue in Alexandrina ciuitate, siue intra Aegyptiacam diœcesim sunt, & neque ita credunt vt prædicti venerabiles patres credebant, neque viro reuerẽdissimo Alexandrinæ vrbis antistiti Procerio fidem orthodoxam tenenti communicant: episcopos & presbyteros aliósve clericos creare & habere prohibemus: scientibus tam his Eutychianistis & Apollinaristis, qui ausi fuerint cuiquam episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quàm his qui passi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere: pœnam exilij cum

faculta-

facultatum suarum amißione se subituros. Vniuersi præterea Apollinaristæ vel Eutychianistæ non ecclesias, non monasteria sibi construant: parasynaxes & conuenticula tam diurna, quàm nocturna non contrahant: neq; ad domum vel possesßiones cuiusquam, neque ad monasterium vel quemcunque alterum locum operaturi[*] *sectæ funestißimæ congregentur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse domino volente constiterit: post rem in examine iudicis approbatam, domum vel possesßionem eius in qua conuenerint, vel monasterium, eius ciuitatis orthodoxæ ecclesiæ in cuius territorio est, iubemus addici. Si verò ignorante domino, sciente vero eo qui pensiones domus exigit, vel actore vel conductore prædij parasynaxes & conuenticula interdicta collegerint: conductor vel procurator, siue actor vel quicunque eós in domum vel possesßionem vel monasterium receperint, ac paßi fuerint illicitas parasynaxeis conuentúsque celebrari: si vilis & abiectæ sint conditionis, fustibus publicè & in pœnã suam, & in aliorum coërceantur exemplum. Si honestæ vero sint personæ: decem libras auri multæ nomine fisco nostro cogantur inferre. Nullũ præterea Apollinaristam vel Eutychianistam ad aliquam iubemus adspirare militiam. Et si inuenti fuerint: militari cingulo soluti, honestorum hominum & palatij cõmunione priuen-*

[*] al. operarij, al. operatores.

tur: nec in aliqua, nec in qua nati sunt ciuitate, vel vico, aut regione versentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati sunt: tam sacratißimo comitatu, quàm omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nulli insuper Eutychianistæ vel Apollinaristæ publicè vel priuatim conuocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico disputandi, ac peruersitatem facinorosi dogmatis adserendi, tribuatur facultas. Nulli etiam cõtra venerabilem Chalcedonensem synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel edere, atque emittere, aut aliorum dicta vel scripta super eadem re proferre. Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumẽta seruare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui discẽdi studio adierint "de infausta hæresi disputantes: decem librarũ auri quæ fisco nostro inferendæ sunt, iubemus subire dispendium. Vltimo etiam supplicio coërceãtur, qui illicita docere tentauerint. Omnes verò huiuscemodi chartæ ac libri qui funestum Eutychetis scilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur: vt facinorosæ peruersitatis vestigia flammis combusta depereant. Aequum nanque est, vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat: scientibus moderatoribus prouinciarum*

"audierint.

rum

rum, eorúmque apparitoribus, defensoribus etiam ciuitatum, quòd si ea quæ legis huius religiosissima sanctione custodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari: denarum librarum auri multam fisco nostro inferre cogantur: insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. Dat. Constantinopol. Id.[a] *August. Constantio & Rufo Conss.*

IX.* Græca constitutio. Eius epitome Græca in Nomocanone refertur huiusmodi. tit. 12. c. 2.

Οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νενομισμένον θάπτονται. i. Hæretici legitimo[b] modo, vt cæteri, sepeliuntor.

X. Imp. ANASTASIVS A. Erythrio P P.

SI qui orthodoxæ religionis emptione vera vel fictitia, aut quocunque alio iure vel titulo prædia, vel possessiones, résque immobiles, in quibus orthodoxæ fidei ecclesiæ vel oratoria constituta sunt, in hæreticæ sectæ & contrariæ orthodoxæ fidei sentientem quancunq; personam transferre voluerint: nullam huiusmodi vel inter viuos habitam vel secreto iudicio compositam valere volumus voluntatem, etiam si ab orthodoxæ fidei vẽditore, vel quocunq; modo alienatore commentitio sub qualibet occasione fuerint assignata: sed irrita omnia huiusmodi documenta, & tanquam nec penitus scripta esse censemus. Hæc enim prædia

[a] al. sub die Kal. Aug. Valĕtiniano A. VIII. & Anthemio v. c. Cos. In actis concilij Chalcedon.

[b] vel cognito & consueto legibus modo.

& possessiones quæ in hæreticas personas quocunque modo translatæ fuerint vel collatæ, fisci nostri iuribus decernimus vindicari. Siue enim apud dominos possessorésve orthodoxos ea prædia maneant, siue ad fisci nostri iura peruenerint, necesse est in his ecclesias & oratoria constituta diligentius & solicitius instaurari. Nostræ etenim serenitatis vndique ad hunc exitum prouidẽtia ducit, vt omnipotentis dei templa (in quibus nostræ fidei instituta perdurant) cultu assiduo per omnia secula reditiua seruẽtur. Nec enim dubitari potest, si in hæreticos tales veniãt possessiones, in quibus veræ fidei ecclesiæ vel oratoria constituta sunt, et integritas colitur: omnimodo ab his deseri atque destitui, & omni cultu vacare: omnibus sacris & solitis viduari mysteriis: omni splendore priuari: nullis populorum conuentionibus, nullis clericorũ obseruationibus celebrari: & ex hoc sine dubio easdem ecclesias perire, ruere, complanari.° Nec enim de earum instauratione hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus esse nolebant. Quæ omnia resecantes ad præsentem legem peruenimus. Dat. v. Id. Aug. Boetio V. C. Cons.*

*al. & rectius, rediuiua.

°al. & planari.

XI. * Græca constitutio Anastasij aut Iustini * breuis eius epitome.

Ὅπου δήποτε οἱ Μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι ἐκφανεῖς τιμωρεῖσθαι. Id est, Vbicunque

cunque Manichæi inueniantur, capite damnandi ſunt.

XII.* Græca conſtitutio Iuſtini A. τοὺς αἱρετικούς. Eius epitome ex collatione græca conſtitutionum eccleſiaſticarum.

Meminit huius cōſtitutionis Nouella 109. de priuileg. dotis hæred. mulierib.

ΟΙ μὲν μανιχαῖοι πανταχόθεν ἐλαύνονται καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται. ¶ Οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοὶ (αἱρετικὸς δέ ἐστι πᾶς μὴ ὀρθόδοξος) καὶ οἱ ἕλληνες καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ Σαμαρεῖται κωλύωνται ἄρχειν καὶ ἀξίας ἔχειν ἢ δικολογεῖν ἢ ἔκδικοι ἢ πατέρες πόλεων γίνεσθαι ἵνα μὴ σχῶσιν ἄδειαν ἐπηρεάζειν ἢ δικάζειν τοῖς χριστιανοῖς, ἢ ἐπισκόποις, ἢ στρατεύεσθαι πλὴν τῶν ἐκ γένους κορταλίνων. οὗτοι γὰρ μένουσι τὰ μὲν βάρη ὑπέχοντες, μὴ προσκόπτοντες δὲ μήτε τοὺς ὀρθοδόξους ἐκβιβάζοντες ἐπὶ δημοσίαις ἢ ἰδιωτικαῖς αἰτίαις. ὁ δὲ παραβαὶς τι τούτων γενέσθαι, πρὸς ἀπράκτῳ τῇ ἐγχειρίσει δίδωσιν κ. λίτρας καὶ οἱ ταῖς δημοσίαις αὐτοὺς ἀπογραφαῖς ἐντάττοντες. κ. καὶ οἱ ἄρχοντες. ν. καὶ πᾶσαι τοῖς πριβάτοις εἰσκομίζονται. Ἐξῄρηνται δὲ Γότθοι οἱ γίνονται φοιδεράτοι καὶ ἄλλως πρὸς τὸ δοκοῦν τῇ βασιλείᾳ τιμῶνται.

Alia eiuſdem pars ex Theodoro Hermopolita.

ΠΟνέων δὲ διαφόρου πίστεως ὄντων καὶ θρησκείας, ἐκείνου μᾶλλόν ἡ γνώμη κρατείτω τοῦ τὴν ὀρθόδοξον ἐπ' αὐτοῖς αἱρουμένου πίστιν. κ' ἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων μὴ ἐντεῦθεν ἀγα-

νακτῶν τῆς ἀναγκαίας αὐτοὺς στερεῖτο τροφῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων δαπανημάτων.

Latinè per Antonium Contium.

MAnichæi vndique expelluntor & capite puniuntor, reliqui autem hæretici (hæreticus est omnis non orthodoxus) & Græci (seu pagani) & Iudæi & Samaritæ prohibentur magistratum gerere, & dignitatem habere aut ius dicere, aut defensores aut patres ciuitatum fieri, ne habeant licentiam vexare aut iudicare christianos aut episcopos, item militare quoque prohibētur, præterquàm si ex genere cohortalinorum sunt. hi enim manent onera quidem sustinentes : non offendentes autem neque in orthodoxos quid exequentes in publicis vel priuatis causis : qui autem tentauerit quid horum facere, præterquã quòd factum pro infecto erit, dabit etiam xx. libras, & qui publicis ipsos descriptionibus inserere conati fuerint etiam xx. & præsides quinquaginta, & omnes hæ priuatis rebus inferuntur. Excipiuntur Gotthi qui fiunt fœderati & aliter prout visum imperatori fuerit honorantur.ᵃ ¶ Parentibus diuersæ fidei existen

ᵃ Hic §. pertinet ad sequẽtem XIII. constitutioné vt liquet ex Nomocan. ti. 12. c. 2. Cont.

iſtentibus & religionis illius ſententia præualeat, qui ad orthodoxam illos elegerit perducere fidem: & quamuis pater ſit qui cõtradicit ne exinde ſuccenſendi materiam captans, neceſſariis eos priuet alimentis aut aliis neceſſariis expenſis.

XIII. * Græca conſtitutio Iuſtini vel Iuſtiniani eius epitome.

Αἱρετικοὶ πατέρες μηδὲν ἔχοντες νόμιμον ἐγκαλεῖν τοῖς ὀρθοδόξοις παισὶν, ἀναγκάζονται πρὸς τὰς οὐσίας αὐτῶν τροφὰς χορηγεῖν καὶ τὰ λοιπὰ ἀναγκαῖα, καὶ συνάπτειν ὀρθοδόξοις καὶ διδόναι προῖκας καὶ προγαμιαίας δωρεὰς προνοίᾳ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων. οἱ ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν αἱρετικῶν μὴ ἁμαρτήσαντες κατ' αὐτῶν ἀμείωτον λαμβάνουσι τὸ δὲ ἀδιαθέτου αὐτοῖς ἁρμόζον, καὶ ἡ παρὰ ταῦτα γινομένη τελευταία βούλησις ἀκυροῦται φυλαττομένων τῶν ἐλευθεριῶν εἰ μὴ κατά τινα νόμον κωλύονται. εἰ δέ τι πλημμελήσοσιν εἰς τοὺς γονεῖς κατηγοροῦνται καὶ τιμωροῦνται. ἔχουσι δὲ καὶ ἡμαρτηκότες τὸ.δ. τῆς οὐσίας αὐτῶν κατὰ διαθήκας. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν.

Idem fere l. ſi qui orthodoxæ. quæ eſt decima, & Latinè ſcirpta ſub hoc titu. Contius.

Latinè per Antonium Contium.

HÆretici patres nihil habentes legitimum quo accuſent orthodo-

quam conuicto relinquimus facultatem. In mortem quoque inquisitio extendatur. Nam si in criminibus maiestatis licet memoriam accusare defuncti, nō immeritò & hic debet subire tale iudicium. Ergo & suprema illius scriptura irrita sit, siue testamento, siue codicillo, siue epistola, siue quolibet alio genere reliquerit voluntatem qui Manichæus fuisse conuincitur. Sed nec filios heredes eis existere, aut adire permittimus, nisi à paterna prauitate discesserint. Delicti enim veniam pœnitentibus damus. In eos etiam auctoritatis nostræ aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda prouisione defendunt. Seruos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum euitantes ad ecclesiam catholicam seruitio fideliore transierint. Dat. VIII. Kal. Mar. Romæ, Honorio VII. & Theodosio II. AA. Coss.

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu. & consue. §. si vero dominus. collat. x. constitutio. fin.

SI verò dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsum terrā ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eā exterminatis hæreticis absque vlla contradictione poßideant, & in fidei puritate conseruent:

uent: saluo iure domini principalis, dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominus lege obseruata contra eos qui non habent domos principales.

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu. & consue. §. credentes. coll. x. const. fi.

CRedentes præterea, receptatores, defensores & fautores hæreticorum damnamus, firmiter statuentes ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum: extunc ipso iure sit infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur, neque ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negocio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit: eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si verò fuerit aduocatus: eius patrociniũ nullatenus admittatur. Si tabellio: instrumenta per ipsum confecta, nullius penitus momenti censeantur.

V. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS Cæs. Florentio præfecto prætorio.

Ariani

ARiani, * & Macedoniani Pneumatomachi, Apollinariani, Nouatiani seu Sebatiani, Eunomiani, Tetraditæ, seu Tessarescædecaditæ, Valentiniani, Pauliani, Papianistæ, Montanistæ seu Priscillianistæ, vel Phryges, vel Pepuzitæ, Marcionistæ, Borboritæ, Messaliani, * Euchitæ siue Enthousiastæ, *Donatistæ, Audiani, Hydroparastatæ, Tascodrogitæ, Batrachitæ, Hermogeniani, Photiniani, Pauliniani, Marcelliani, Ophitæ, Encratistæ, Carpocratitæ, * Saccophori, & qui ad imã vsque scelerum nequitiam peruenerunt Manichæi, nusquam in Romanum locum * conueniendi morandíque* habeant facultatem. Manichæis etiam de ciuitatibus pellendis, & vltimo supplicio tradendis, quoniam his nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria. Cunctis quoque legibus, quæ contra eos, cæterósque qui nostræ fidei refragantur, olim diuersísque tẽporibus latæ sunt, semper viridi obseruantia valituris, siue de donationibus in hæreticorũ conuenticula, (quæ ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur) factis, siue ex vltima volũtate rebus qualitercũque relictis, siue de priuatis ædificiis, in quæ domino permittente vel conniuente conuenerint, venerandæ nobis catholicæ ecclesiæ vindicandis, siue de procuratore qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri multa, vel

[b] c.Th.16.4.56. & 16.5.11. Hæresiũ diuersitatem habes 24.q.3.ca. quidã autẽ. vsque ad finẽ quæstionis.
* Massaliani.
* Apotacitæ.
* Romano loco.
* orandíque. rectè.

vel exilium, si sit ingenuus, subituro: metallum verò post verbera, si seruilis conditionis sit: ita, vt nec in publicum conuenire locum, nec ædificare sibi quasi ecclesias, nec ad circunscriptionem legum quicquam meditari valeant, omni ciuili & militari, curiarum etiam, & defensorum, & iudicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio: illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quæ de militia, pœnísque variis, déque diuersis sunt hæreticis promulgata: vt nec speciale quidem beneficium aduersus leges valeat impetratum. Dat. Constantinop. III. Kalen. Iun. Felice & Tauro Conss.

VI. Iidem AA. ad Leontium præfectum vrbi.

DAmnato[*] portentosæ superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Ariani, ab Ario, lege diuæ memoriæ Constantini ob similitudinem impietatis, Porphyriani à Porphyrio nuncupantur, sic vbique participes nefariæ sectæ Nestorij Nestoriani[*] vocentur: vt cuius scelus sunt in deserendo deũ imitati, eius vocabulum iure esse videantur sortiti. Nec verò impios libros nefandi & sacrilegi Nestorij aduersus venerabilẽ orthodoxorũ sectã decretáq; sanctissimi cœtus antistitum

[*] c. T. 16. 4. 56.

[*] Simoniani legit Nomocanon.

VII. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

Curiales [a] *omnium ciuitatũ onerosis, quin etiam militiæ, seu diuersis officiis facultatatum & personalium munerum obligatos, suis ordinibus cuiuscunque sectæ sint, inhærere censemus: ne videmur hominibus execrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium præstitisse, quos volumus huius constitutionis auctoritate damnari.* Dat. pri. *Kalend. Feb. Theodosio* A. XVI. & *Fausto Conss.*

[a] Ex Nouell. Theod.

VIII. Impp. VALENT. & MARTIANVS AA. Palladio præfecto prætorio.

Quicunque in hac sacra vrbe vel Alexandrina, vel in omni Aegyptiaca diœcesi, diuersísq; aliis prouinciis Eutychetis profanam peruersitatẽ sequuntur, & ita non credunt, vt trecenti decem & octo sancti patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicæna ciuitate fundantes, cẽtum quoque & quinquaginta alij venerabiles episcopi, qui in alma vrbe Constantinopolitana postea conuenerunt, & sicut Athanasius & Theophilus & Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quos etiã Ephesina synodus, (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Nestorij error expulsus est) in vniuersis secuta est, quos & nuper venerabilis Chalcedonensis synodus est secuta, prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte

facultatum suarum amißione se subituros. Vniuersi præterea Apollinaristæ vel Eutychianistæ non ecclesias, non monasteria sibi construant: parasynaxes & conuenticula tam diurna, quàm nocturna non contrahant: neq; ad domum vel posseßiones cuiusquam, neque ad monasterium vel quemcunque alterum locum operaturi[a] *sectæ funestißimæ congregentur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse domino volente constiterit: post rem in examine iudicis approbatam, domum vel posseßionem eius in qua conuenerint, vel monasterium, eius ciuitatis orthodoxæ ecclesiæ in cuius territorio est, iubemus addici. Si verò ignorante domino, sciente vero eo qui pensiones domus exigit, vel actore vel conductore prædij parasynaxes & conuenticula interdicta collegerint: conductor vel procurator, siue actor vel quicunque eós in domum vel posseßionem vel monasterium receperint, ac paßi fuerint illicitas parasynaxeis conuentúsque celebrari: si vilis & abiectæ sint conditionis, fustibus publicè & in pœnã suam, & in aliorum coërceantur exemplum. Si honestæ vero sint personæ: decem libras auri multæ nomine fisco nostro cogantur inferre. Nullũ præterea Apollinaristam vel Eutychianistam ad aliquam iubemus adspirare militiam. Et si inuenti fuerint: militari cingulo soluti, honestorum hominum & palatij cõmunione priuen-*

[a] al. operarij, al. operatores.

tur:nec in aliqua,nec in qua nati ſunt ciuitate,vel vico,aut regione verſentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati ſunt:tam ſacratiſsimo comitatu,quàm omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nulli inſuper Eutychianiſtæ vel Apollinariſtæ publicè vel priuatim conuocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico diſputandi, ac peruerſitatem facinoroſi dogmatis adſerendi, tribuatur facultas. Nulli etiam cõtra venerabilem Chalcedonenſem ſynodum liceat aliquid vel dictare,vel ſcribere,vel edere, atque emittere,aut aliorum dicta vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo huiuſmodi habere libros,& ſacrilega ſcriptorum audeat monumẽta ſeruare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui diſcẽdi ſtudio adierint de infauſta hæreſi diſputantes:decem librarũ auri quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt,iubemus ſubire diſpendium. Vltimo etiam ſupplicio coërceãtur, qui illicita docere tentauerint. Omnes verò huiuſcemodi chartæ ac libri qui funeſtum Eutychetis ſcilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur:vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Aequum nanque eſt,vt immaniſſima ſacrilegia par pœna magnitudo percellat : ſcientibus moderatoribus prouinciarum*

*audierint.

rum, eorúmque apparitoribus, defensoribus etiam ciuitatum, quòd si ea quæ legis huius religiosissima sanctione custodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari: denarum librarum auri multam fisco nostro inferre cogantur: insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. Dat. Constantinopol. Id. *Aug. Constantio & Rufo Conss.*

* al. sub die Kal. Aug. Valétiniano A. VIII. & Anthemio v. c. Cos. In actis concilij Chalcedon.

IX. * Græca constitutio. Eius epitome Græca in Nomoconone refertur huiusmodi. tit. 12. c. 2.

Οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νενομισμένον θάπτονται. i. Hæretici legitimo* modo, vt cæteri, sepeliuntor.

* vel cognito & consueto legibus modo.

X. Imp. ANASTASIVS A. Erythrio P P.

SI qui orthodoxæ religionis emptione vera vel fictitia, aut quocunque alio iure vel titulo prædia, vel possessiones, résque immobiles, in quibus orthodoxæ fidei ecclesiæ vel oratoria constituta sunt, in hæreticæ sectæ & contrariæ orthodoxæ fidei sentientem quancunq; personam transferre voluerint: nullam huiusmodi vel inter viuos habitam vel secreto iudicio compositam valere volumus voluntatem, etiam si ab orthodoxæ fidei vẽditore, vel quocunq; modo alienatore commentitio sub qualibet occasione fuerint aßignata: sed irrita omnia huiusmodi documenta, & tanquam nec penitus scripta esse censemus. Hæc enim prædia

& possessiones quæ in hæreticas personas quocunque modo translatæ fuerint vel collatæ, fisci nostri iuribus decernimus vindicari. Siue enim apud dominos possessorésve orthodoxos ea prædia maneant, siue ad fisci nostri iura peruenerint, necesse est in his ecclesias & oratoria constituta diligentius & solicitius instaurari. Nostræ etenim serenitatis vndique ad hunc exitum prouidẽtia ducit, vt omnipotentis dei templa (in quibus nostræ fidei instituta perdurant) cultu aßiduo per omnia secula reditiua seruẽtur. Nec enim dubitari poteſt, si in hæreticos tales veniãt possessiones, in quibus vera fidei ecclesiæ vel oratoria constituta sunt, et integritas colitur: omnimodo ab his deseri atque destitui, & omni cultu vacare: omnibus sacris & solitis viduari mysteriis: omni splendore priuari: nullis populorum conuentionibus, nullis clericorũ obseruationibus celebrari: & ex hoc sine dubio easdem ecclesias perire, ruere, complanari.** Nec enim de earum instauratione hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus esse nolebant. Quæ omnia resecantes ad præsentem legem peruenimus. Dat. v. Id. Aug. Boetio v.c. Cons.*

* al. & rectius, rediuiua.

** al. & planari.

XI. * Græca constitutio Anastasij aut Iustini * breuis eius epitome.

Oπυ ἄνποτε οἱ Μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι κεφαλικῆ τιμωρῶνται. Id est, Vbicunque

cunque Manichæi inueniantur, capite damnandi sunt.

XII.* Græca constitutio Iustini A. τοὺς αἱρετικούς. Eius epitome ex collatione græca constitutionum ecclesiasticarum.

Meminit huius cõstitutionis Nouel la 109. de priuileg. dotis hæred. mulierib.

ΟΙ μὲν μανιχαῖοι πανταχόθεν ἐλαύνονται καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται. ¶ Οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοὶ (αἱρετικὸς δὲ ἐστι πᾶς μὴ ὀρθόδοξος) καὶ οἱ ἕλληνες καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ Σαμαρεῖται κωλύονται ἄρχειν καὶ ἀξίας ἔχειν ἢ δικολογεῖν ἢ ἔκδικοι ἢ πατέρες πόλεων γίνεσθαι ἵνα μὴ σχῶσιν ἄδειαν ἐπηρεάζειν ἢ δικάζειν τοῖς χριστιανοῖς, ἢ ἐπισκόποις, ἢ στρατεύεσθαι πλὴν τῶν ἐκ γένους κορταλίνων. οὗτοι γὰρ μένουσι τὰ μὲν βάρη ὑπέχοντες, μὴ προσκόπτοντες δὲ μήτε τοὺς ὀρθοδόξους ἐκβιβάζοντες ἐπὶ δημοσίαις ἢ ἰδιωτικαῖς αἰτίαις. ὁ δὲ παραβὰς τι τούτων γενέσθαι, πρὸς ἀπράκτῳ τῇ ἐγχειρίσει δίδωσιν κ. λίτρας καὶ οἱ ταῖς δημοσίαις αὐτοὺς ἀπογραφαῖς ἐντάττοντες. κ. καὶ οἱ ἄρχοντες. ν. καὶ πᾶσαι τοῖς πριβάτοις εἰσκομίζονται. Ἐξῄρηνται δὲ Γότθοι οἱ γίνονται φοιδεράτοι καὶ ἄλλως πρὸς τὸ δοκοῦν τῇ βασιλείᾳ τιμῶνται.

Alia eiusdem pars ex Theodoro Hermopolita.

ΠΟνέων δὲ διαφόρου πίστεως ὄντων καὶ θρησκείας, ἐκείνου μᾶλλον ἡ γνώμη κρατεῖτω τοῦ τὴν ὀρθόδοξον ἐπ᾽ αὐτοῖς αἱρουμένου πίστιν. κ᾽ ἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων μὲν ἐντεῦθεν ἀγα-

νακτῶν διὰ ἀναγκαίας αὐτοὺς στερεῖτο τροφῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων δαπανημάτων.

Latinè per Antonium Contium.

MAnichæi vndique expelluntor & capite puniuntor, reliqui autem hæretici (hæreticus eſt omnis non orthodoxus) & Græci (ſeu pagani) & Iudæi & Samaritæ prohibentur magiſtratum gerere, & dignitatem habere aut ius dicere, aut defenſores aut patres ciuitatum fieri, ne habeant licentiam vexare aut iudicare chriſtianos aut epiſcopos, item militare quoque prohibētur, præterquàm ſi ex genere *cohortalinorum ſunt. hi enim manent onera quidem ſuſtinentes : non offendentes autem neque in orthodoxos quid exequentes in publicis vel priuatis cauſis : qui autem tentauerit quid horum facere, præterquã quòd factum pro infecto erit, dabit etiam xx. libras, & qui publicis ipſos deſcriptionibus inſerere conati fuerint etiam x x. & præſides quinquaginta, & omnes hæ priuatis rebus inferuntur. Excipiuntur Gotthi qui fiunt fœderati & aliter prout viſum imperatori fuerit honorantur." ¶ Parentibus diuerſæ fidei exiſten

*Hic ʃ. pertinet ad ſequētem XIII. conſtitutioné vt liquet ex Nomocan. ti. 12. c. 2. Cont.

istentibus & religionis illius sententia præualeat, qui ad orthodoxam illos elegerit perducere fidem: & quamuis pater sit qui cõtradicit ne exinde succensendi materiam captans, necessariis eos priuet alimentis aut aliis necessariis expensis.

XIII. * Græca constitutio Iustini vel Iustiniani eius epitome.

Αἱρετικοὶ πατέρες μηδὲν ἔχοντες νόμιμον ἐγκαλεῖν τοῖς ὀρθοδόξοις παισὶν, ἀναγκάζονται πρὸς τὰς οὐσίας αὐτῶν τροφὰς χορηγεῖν καὶ τὰ λοιπὰ ἀναγκαῖα, καὶ συνάπτειν ὀρθοδόξοις καὶ διδόναι προῖκας καὶ προγαμιαίας δωρεὰς προνοίᾳ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων. οἱ ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν αἱρετικῶν μὴ ἁμαρτήσαντες κατ᾽ αὐτῶν ἀμείωτον λαμβάνουσι τὸ δὲ ἀδιαθέτου αὐτοῖς ἁρμόζον, καὶ ἡ παρὰ ταῦτα γενομένη τελευταία βούλησις ἀκυροῦται φυλαττομένων τῶν ἐλευθεριῶν εἰ μὴ κατά τινα νόμον κωλύονται. εἰ δέ τι πλημμελήσωσιν εἰς τοὺς γονεῖς κατηγοροῦνται καὶ τιμωροῦνται. ἔχουσι δὲ καὶ ἡμαρτηκότες τὸ δ. τῆς οὐσίας αὐτῶν κατὰ διαθήκας. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν.

Idem fere l. si qui orthodoxæ. quæ est decima, & Latinè scirpta sub hoc titu. Contius.

Latinè per Antonium Contium.

HÆretici patres nihil habentes legitimum quo accusent orthodo-

ros filios, coguntur præter facultates ſuas etiam alimenta erogare illis & reliqua neceſſaria,& coniungere [in matrimonium] orthodoxis, & dare dotes & antenuptiales donationes prouidentia præſidum & epiſcoporum. Orthodoxi filij hæreticorũ qui nihil deliquerunt in parentes, illibatum accipiunt & indeminutum quod eis ab inteſtato competit & aduerſus hæc facta vltima voluntas infirmatur, conſeruatis libertatibus, niſi aliqua lege prohibeantur. Si verò quid deliquerint in parentes, accuſantur, & puniũtur. Habent autem & cum deliquerint quartam facultatum ipſorum [partem], teſtamento facto. Eadem & in Iudæis & Samaritis obtinent.

XIIII. * Græca conſtitutio eiuſdem Imperatoris * Epitome ex Græca collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum, & Nomocano. tit. 12. c. 2.

ΟΙ αἱρετικοὶ συνακτήρια ποιεῖν οὐ δύνανται ἢ παρασυνάξεις ἢ συνόδους ἢ χειροτονίας ἢ βαπτίσματα ἢ ἐξάρχους ἔχειν, ἢ πατρίας ἢ ἐκδικίας ἐγχειρίζεσθαι ἢ φροντίζειν ἢ διοικεῖν χωρία δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ παρενθέτων προσώπων ἢ τι τῶν ἀπηγορευμένων ποιεῖν, ὁ δὲ παραβαίνων ἐσχάτως κινδυνεύει.

Latinè

Latinè per Antonium Contium.

HÆretici synacteria seu collectas facere non possunt aut parasynaxes aut synodos aut ordinationes aut baptismata aut exarchos habere aut paternitates, seu abbatias aut defensiones instituere, aut curare seu administrare villas per seipsos aut per interpositas personas aut quid prohibitorum facere. qui trãsgressus hæc fuerit, vltimum supplicium luit.

XV.* Græca constitutio. Epitome ex indice Basilicorum Καταστιχίων.

ΟΙ Μανιχαῖοι παῖδας μὲν ἔχοντες ὀρθοδόξους, εἰς αὐτοὺς καὶ μόνους δὲ ἀδιαθέτου παραπεμπέτωσαν. μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ ζῶντες ἢ τελευτῶντες ἐκποιείτωσαν * παντελῶς τῶν αὐτῶν οὐσίας εἰς τὸ δημόσιον περιελευσομένης λόγον.

* ἢ ληγατευέτωσαν ἢ δωρησάτωσαν. additur in alia epitome, quæ est in collectione græca ecclesiasticarũ constitutionum.

Latinè Ant. Contij.

MAnichæi liberos quidem habentes orthodoxos, in eos & solos ab intestato transmittant, nulli autem alij viuentes aut morientes alienanto, [seu per institutionẽ seu per legatum seu per donationem] omnimodo eorum facultatibus ad fiscalem reditum rationem.

XVI. Græcæ constitutionis epitome, ex collectione græca ecclesiasticarum constitutionum.

Ὁ ἀπὸ Μανιχαίων γενόμενος ὀρθόδοξος ἐὰν εὑρεθῇ τὰ τῆς πλάνης ποιῶν ἢ ψιλῶς συνδιάγων ἢ ὁμιλῶν Μανιχαίοις καὶ μὴ παραχρῆμα παραδιδοὺς αὐτὰ νομίμῳ δικαστῇ ἐσχάτως τιμωρεῖται, καὶ οἱ ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις ὄντες ἐπιμελῶς τοὺς ἐν αὐτοῖς τοιούτους ὄντας ἀναζητείτωσαν καὶ παραδιδότωσαν· ἐπεὶ συλλαμβανόμενος ὁ Μανιχαῖος ἐὰν εἴποι γινώσκεσθαι παρά τινων ἁρμοδίως τιμωρεῖται, ὡς τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνοντες κἂν μὴ ἦσαν τοιοῦτοι. τὰ αὐτὰ γὰρ ἁμαρτάνειν δοκοῦσιν οἱ γινώσκοντες μὲν τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ ποιοῦντες δὲ τοῦτον κατάδηλον. ὁ ἔχων βιβλία Μανιχαϊκὰ καὶ μὴ φανερῶν αὐτὰ ἐπὶ τῷ καυθῆναι τιμωρεῖται.

Latinè Ant. Contij.

EX Manichæo factus orthodoxus, si inuẽtus fuerit ea quæ [pristini] erroris erãt facere, aut saltem vnà degere duntaxat & conuersari cum Manichæis, nec confestim prodiderit illa compotẽti iudici, vltimo supplicio punitur. Item qui in dignitatibus & militiis sunt, sollicite eos qui in suo consortio sunt, eiusmodi, inquirant & prodant, quia si comprehẽsus Manichæus dixerit

dixerit sciri se & nosci talem à quibusdam, congruè illi puniuntur, vt qui eadem deliquerint, tametsi nõ sint tales. Eadem enim delinquere videntur scientes quidem delinquentem, nõ facientes autem illum manifestum. Qui habet libros Manichaicos & non manifestat eos vt comburantur, punitur.

Ex Nomoca. Ti. 12. cap. 3. quod hac de re inseruerá, tollatur.

XVII. Græcæ constitutionis [a] Iustiniani epitome. ex eadem collectione eius integræ principium erat.

[a] Eius fit métio Nouella 129. & 144.

SANCTAE.

Αἱ τῶν Σαμαρειτῶν συναγωγαὶ καθαιροῦνται, καὶ ἐὰν ἄλλως ἐπιχειρήσωσι ποιῆσαι τιμωροῦνται. οὐ δύνανται δὲ διαδόχους ἔχειν ἐκ διαθήκης ἢ ἐξ ἀδιαθέτου πλὴν ὀρθοδόξων· οὔτε δωροῦνται οὔτε ἄλλως ἐκποιοῦσι τοῖς μὴ οὖσιν ὀρθοδόξοις, ἀλλὰ ὁ φίσκος αὐτὰ ἐκδικεῖ προνοίᾳ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀρχόντων.

Latinè Ant. Contij.

SAmaritanorum synagogæ destruũtur, & si alias tentẽt facere, puniuntur. Non possunt successores habere ex testamento vel ab intestato præter orthodoxos, neque donãt aut aliter alienant hi qui non sunt orthodoxi, sed fiscus ipsa vindicat prouidentia episcoporum & præsidum.

XVIII.

XVIII. Græcæ constitutionis eiusdem Iustiniani epitome ex eadem collectione.

ΤΑ` περὶ τῶν Σαμαρειτῶν νομοθετηθέντα
ἐπὶ ταῖς συναγωγαῖς καὶ ταῖς διαδο-
χαῖς κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῖς Μοντανίστοις καὶ τοῖς
ἀσκοδρούγοις καὶ ταῖς διαδοχαῖς καὶ ὀφίταις.
μόνοι γὰρ ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν αὐτοὺς ἐκ δια-
θήκης καὶ ἐξ ἀδιαθέτου καὶ λήγατα λαμβάνου-
σιν. οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοὶ τουτέστιν οἱ μὴ ὀρθό-
δοξοι καὶ οἱ ἕλληνες οὐ στρατεύονται οὔτε ἀξιω-
ματικοὶ γίνονται οὔτε δημόσιον μετέρχονται
φρόντισμα οὔτε παιδεύουσιν οὔτε συνηγοροῦσιν.
εἰ δέ τις ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τινὸς τούτων προσ-
ποιήσηται τὸν ὀρθόδοξον καὶ φανῇ ἔχων γυ-
ναῖκα ἢ παῖδας αἱρετικοὺς, καὶ μὴ προσα-
γάγῃ αὐτοὺς τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ἐκβάλλεται. εἰ
δὲ καὶ λάθοι οὐ δύναταί τι τῶν αὐτοῦ δω-
ρεῖσθαι ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν αἱρετικῷ ἀλλὰ ταῦ-
τα καὶ τὴν αἱρετικὸν καταφερομένην αὐτοῦ
κληρονομίαν ἐκδικεῖ τὸ δημόσιον. καθόλου γὰρ οἱ
μετάσχοντες στρατείας ἢ ἀξίας ἢ συνηγορίας ἢ
δημοσίας φιλοτιμίας ἢ συγκροτήσεως, παρὰ
μόνων ὀρθοδόξων κληρονομοῦνται καὶ τὰ ἐξ
αὐτῶν ὅπως οὖν εἰς αἱρετικὸν ἐρχόμενα τὸ δη-
μόσιον ἐκδικεῖ. ἐὰν ἕτερος τῶν συνοικούντων
ὀρθόδοξος εἴη καὶ ὁ ἄλλος αἱρετικὸς δεῖ γενέ-
σθαι τοὺς παῖδας αὐτῶν ὀρθοδόξους. εἰ δὲ οἱ μὲν
ὀρθόδοξοι γίνονται, οἱ δὲ μένωσιν αἱρετικοὶ
μόνοι κληρονομοῦσιν ἑκατέρου γονέως οἱ ὀρθόδο-
ξοι.

ξοι. εἰ δὲ πάντες εἰσὶν αἱρετικοὶ συγγενεῖς ὀρθο-
δόξοι κληρονομοῦσιν, εἰ μὴ ὄντων αὐτῶν ὁ φίσ-
κος. ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ῥαθυ-
μούντων καὶ μὴ ἐξιόντων ἢ μηνυόντων ἀρχόντων
καὶ τάξεων πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν καὶ
ἐπισκόπων οἵ τινες καὶ περὶ τῶν ῥαθυμούντων
ἀρχόντων ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ, δὲ ποιναὶ
τῷ φίσκῳ ἁρμόζουσι.

Latinè Ant. Contij.

QVæ de Samaritis lege ſtatuta ſunt circa ſynagogas & ſucceſſiones, obtinent & in Montaniſtis & Aſcodrogitis & Ophitis. Soli enim orthodoxi ſuccedunt ipſis ex teſtamẽto & ab inteſtato & legata capiũt, cæteri autẽ hæretici id eſt qui nõ ſunt orthodoxi & Græci ſeu pagani & Samaritæ non militant, neq; vlla dignitate decorantur neque publicã adipiſcũtur curam neque docent, neque aduocationibus funguntur. Si verò quis ad ea obtinenda ſimulet ſe orthodoxum & appareat vxorẽ habẽs aut liberos hæreticos & non adducat ipſos ad orthodoxiam, eiicitur. Si verò etiam lateat, non poteſt quid ſuarum rerum donare aut aliter alienare hæretico, ſed hæc & hæreticam delatam ipſius ſucceſſionẽ vindicat fiſcus. In vniuerſum enim

qui

qui participes ſunt militiæ aut dignitatis, aut aduocationis, aut publicæ liberalitatis, aut applauſus, ſolos orthodoxos habet ſucceſſores & res ipſorũ quocũque modo ad hæreticũ delata, fiſcus vindicat. Si alter coniugũ orthodoxus ſit, & alter hæreticus, oportet fieri liberos eorum orthodoxos. quod ſi ex his alij orthodoxi fiant, alij hæretici maneant, ſoli ſuccedunt vtrique parenti, orthodoxi. Si vero omnes ſint hæretici, cognati orthodoxi ſuccedunt aut iis non exiſtentibus fiſcus. Habet [conſtitutio] diuerſas pœnas contra neglectores, & non perſequentes aut iudicantes præſides & officia ciuilia vel militaria & epiſcopos. quiquidem & de neglectoribus pręſidibus referunt principi, pœnæ verò fiſco applicantur.

XVIIII. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

Cognouimus multos eſſe orthodoxos liberos, quibus nec pater nec mater orthodoxæ ſunt religionis. Et ideo ſancimus vt nõ tantum in caſu vbi alter [non] orthodoxæ religionis eſt, ſed etiã in his caſibus in quibus vterque parens alienæ ſectæ ſit, id eſt pater & mater: hi tantũmodo liberi ad eorũ ſucceſſionẽ ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato vocẽtur: & donationes*

* deeſt negatio.

nationes seu aliæ liberalitates his accedere"*pos*sint, qui orthodoxorũ venerabili sunt nomine decorati: cæteris liberis eorum, qui non dei omnipotentis amorẽ, sed paternam vel maternam impiam affectionẽ secuti sunt, ab omni beneficio repellendis. Liberis autem orthodoxis non existentibus, ad agnationem vel cognationem eorum (orthodoxos tamen) easdem res vel successiones peruenire. Quòd si nec agnatio vel cognatio recta inueniatur, tunc easdem res fisci nostri iuribus vindicari. Sed ne videamur morientibus quidem genitoribus liberis prouidere, viuentibus autem nullam inferre prouidentiam (quod etiam ex facto nobis cognitum est) necessitatem imponimus talibus genitoribus orthodoxos liberos secundũ vim patrimonij alere, & omnia eis præstare, quæ ad quotidianæ vitæ conuersationẽ sufficiant: sed & dotes pro filiabus & neptibus dare, & ante nuptias donationes pro filiis vel nepotibus perscribere: in omni casu secundum vires patrimonij huiusmodi liberalitatibus æstimandis: ne propter diuini amoris electionem paterna vel materna sint liberi prouisione defraudati: omnibus videlicet, quæ nostræ constitutiones de pœnis Paganorũ, & Manichæorũ, & Borboritarum, & Samaritarum, & Montanistarum, & Tascodrogitarum,*"*& Ophitarum, cæterorũmque hæreticorũ iam*"*constituerũt, ex hac nostra lege cõfirman-*

"ve. ab his accipere.

"al. Ascodrogitarum.

"causa.

dis,& in perpetuũ valituris. Da. Cõstantin. x. Ka. Deceb. Lampadio & Oreste vv.cc. Cõss.

IN AVTHENT. *Vt cum de app. cog. §. generalem. colla. viij. constit. xj.*

IDem est de Nestorianis & Acephalis: quia si quis ex his liberos habet ecclesiæ sancta communicantes, his solis ex testamento vel ab intestato hereditatem transmittere potest. Si verò permixti sunt: portio infidelium interim resideat penes orthodoxos: ipsis, si conuersi fuerint, restituenda quidem, sed absque ratione fructuum & administrationis. Permanebit autem apud orthodoxos si ipsi perseuerent in nequitia. Si autem omnes liberi peruersi sint, vocentur agnati rectæ fidei. Quibus non inuentis, si clericus fuerit, ab ecclesia intra annũ admittatur: quo transacto, si non fuerit clericus, succedat fiscus.

IN AVTHEN. *De statu. & consuetu- §. Gazaros. colla. x. constit. fi.*

Filij hæreticorum non admittuntur ad eorum succeſsionem, sed fiscus. Saly.

*GAzaros, Patarenos, Leonistas, Speronistas, Arnoldistas, *Circũcisos, & omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua dãnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: censentes vt omnia bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertãtur: ita quòd filij eorũ ad succeſsionem*

*Isti a rnol distæ etiã dãnantur iur. cano nico: vt ex tra eo. tit. c. excommunicamus. 2.

*nem eorum peruenire non possint: cum longè grauius*sit æternam quàm temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles: nisi ad mandatũ ecclesiæ iuxta considerationem suspicionis, qualitatémque personæ, propriam innocentiã congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quòd si sic per annum permanserint, extunc omnes tanquam hæreticos condemnamus.*

* Cõcord. text. in c. vergẽtis. vbi hæc verba ponũtur: & sunt sumpta ex hac authẽ. extra eo. tit.

xx. Cõstit. Græcę epitome ex ead. collectione.

Οἱ αἱρετικοὶ κοινωνοῦντες ἢ συνάξεις ἢ βαπτίσματα ποιοῦντες τιμωροῦνται ὡς οἱ τοὺς νόμους παραβαίνοντες καὶ οἱ τοὺς οἴκους αὐτοῖς ἐπὶ τοῦτο παρέχοντες τοῖς ἤδη νομοθετηθεῖσιν ὑπόκεινται. μόνοι οἱ ὀρθόδοξοι ἐντὸς τῶν ἱερῶν περιβόλων ἔχοντες ἐργαστήρια κέχρηνται προνομίοις· οὐ μὴν οἱ αἱρετικοὶ οὔτε ἔσω τῶν ἱερῶν περιβόλων πραγματεύονται διὰ τὸ μὴ τῶν θείων ἀκροᾶσθαι μυστηρίων. οἱ δὲ Μοντανισταὶ οὔτε συνδιαιτῶνται τοῖς ἐξ αὐτῶν γινομένοις ὀρθοδόξοις καὶ οἱ λεγόμενοι ἐξ αὐτῶν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ἐξωθοῦνται Κωνσταντινουπόλεως. Κωλύονται ἐμπορεύεσθαι ἀνδράποδα καὶ οὐ χορηγοῦνται οἱ πινόμενοι αὐτῶν τὰ λεγόμενα ἀξιωματικὰ ἐκ τῶν δικαστηρίων ἢ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ ὁ νέμων αὐτοῖς ἄλογον προστασίαν δέκα λίτρας προστιμᾶται καὶ δέκα οἱ ἄρχοντες ἐξ ἀμελείας καὶ ὁ Κόμης τῶν πριβάτων καὶ ἡ τάξις αὐτῶν.

Latinè per Ant. Contium.

HAeretici communicantes aut synaxes aut baptiſmata facientes puniuntur, vt qui leges transgrediuntur, & qui domos ipſis ad hoc prębent iam ſancitis pœnis ſubiiciuntur. Soli orthodoxi intra ſacra ſepta habentes ergaſteria vtũtur priuilegiis non item hæretici qui nec intra ſacra ſepta negociantur, ne diuina audiant myſteria. Montaniſtæ verò neque commorãtur cũ his qui ex his orthodoxi facti ſunt, & qui dicũtur ex ipſis epiſcopi aut clerici expelluntur vrbe Conſtantinopolitana. Vetantur mercari mancipia, neque erogationes percipiunt qui ex his egentes ſunt, eas quæ dicuntur honoraria ex iudiciis vel eccleſiis, & qui tribuit eis irrationabilem[a] præfecturam decem libris multatur & decem quoque libris præſides ex negligentia & comes priuatarum & officium eorum.

[a] iniuſtam

Ad teſtimonium iudiciale contra Chriſtianos non admittitur hæreticus, ſed in contractibus vel vltimis voluntatibus ſic. Saly.

XXI. Idem A. Ioanni P. P.

QVoniam multi iudices in dirimendis litigiis nos interpellauerunt, noſtro indigentes oraculo, vt eis referetur[b] quid de teſtibus hæreticis ſtatuendum ſit, vtrúmne accipiãtur eo

[b] al. reſpódeatur. al. reſeruetur. ſed rectius reſeretur.

eorum testimonia, an respuantur: sancimus contra orthodoxos quidem litigantes nemini hæretico, vel his etiam qui Iudaicam superstitionem colunt, esse in testimonia communionẽ, siue vtraq; pars orthodoxa sit, siue altera. Inter se autem hæreticis vel Iudæis, vbi litigandum existimauerint, concedimus fœdus permixtum, & dignos litigatoribus etiam testes introducere: "exceptis scilicet his, quos vel Manichaicus furor, cuius partem & Borboritas esse manifestum est, vel Pagana superstitio detinet: Samaritis nihilo minus, & qui illis non absimiles sunt, Montanistis, & Tascodrogitis, & Ophitis: quibus pro reatus similitudine omnis legitimus actus interdictus est. Sed his quidem, idest, Manichæis, Borboritis, & Paganis, necnon Samaritis, & "Montanistis, & Tascodrogitis, & Ophitis omne testimonium, sicut & alias legitimas cõuersationes, sancimus esse interdictum. Aliis verò hæreticis tantummodo iudicialia testimonia contra orthodoxos, secundum quod constitutum est, volumus esse inhibita. Cæterum testamentaria testimonia eorum, & quæ in vltimis elogiis vel in contractibus consistunt, propter vtilitatem necessarij vsus eis sine vlla distinctione permittimus, ne probationum facultas angustetur. Da. v. Kalen. Aug. Constantino. post consulatum Lampadij & Orestis vv. cc.

"introduci.

"al. id est Montanistis.

Etiam ex militis testamento non recipiunt hæretici. Saly.

XXII. Idem A. Ioanni P. P.

D*Iuinam nostram sanctionem, per quam iußimus neminem errore cõstrictũ hæreticorum, hereditatem vel legatum vel fideicommißum accipere: etiam in vltimis militum voluntatibus locum habere præcipimus, siue communi iure, siue militari testentur.* Dat. *Kalen. Septembris post consulatum Lampadij & Orestis* VV. CC *an. secũdo [imperij Iustiniani].*[a]

[a] additum ab indoctis librariis. nã secũdus annus post consulatũ Lãp & Orest. erat sextus imperij Iustiniani.

NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR.

TIT. VI.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Flauianum vicarium Africæ.

ANTISTITEM[b] *qui sanctitatem baptismatis illicita vsurpatione geminauerit, sacerdotio indignũ esse censemus.* ¶ *Eorum enim condemnamus errorem, qui apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lauacri nomine polluentes.* Dat. XVI. *Kalend. Nouemb. Constantinop. Gratiano A.* IIII. *& Merobaude Coss.*

[b] C. Th. 16. 6. 1. & 2.

II. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Anthemio P. P.

SI *quis rebaptizare quempiam de ministris* catholicæ sectæ fuerit detectus: vnà cum eo qui piaculare crimen commisit (si tamen criminis per ætatem capax sit) & hic, cui persuasum sit,* vltimo supplicio percellatur. *Dat. XII. Kal. April. CP. Lucio VC. Cos.*

*C.T. libr. 16. tit. 6. c. 1. 6.
*al. mysteriis. al. ministeriis.
*persuaserit.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentino præfecto prætorio.

NVlli* hæreticorum danda licentia est vel ingenuos vel seruos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysteriis, ad suum rursus baptisma deducēdi, necnon illos quos emerint, vel qualitercunque habuerint necdum suæ superstitioni coniunctos, prohibendi catholicæ sequi religionem ecclesiæ. Quod qui fecerit, vel cum sit ingenuus, in se fieri passus sit, vel factum non detulerit: exilio, ac decem librarum auri multa damnabitur: testamenti & donationis faciendæ vtrisque denegãda licentia. Quæ omnia ita custodiri decernimus, vt nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli coërcitioni mandare, nisi ipse idem pati velit quod aliis dißimulando concesserit. Dat. III. Kal. Iun. Constantinopoli, Felice & Tauro Coss.

*C. T. 16. 5. & 65. §. nulli.

DE APOSTATIS.

TIT. VII.

Apostatę bona publicantur. Saly.

I. Imp. CONST. & IVLIAN. Cæſ. ad Thalaſſium P. P.

°C. T. 16. 8. 7.
°antea repoſitum erat, cõſtituta, ex C. Th. cũ in omnibus Iuſtinianeis legatur conſtitutus.

SI quis lege° venerabili conſtitutus ° & ex Chriſtiano Iudæus effectus, ſacrilegis cœtibus aggregetur: cum accuſatio fuerit approbata, facultates eiuſdem dominio fiſci iubemus vindicari. Dat. V. Non. Iul. Mediol. Conſtantio A. VIIII. & Iuliano Cæſ. II. Coſſ.

II. Impp. GRATIAN. VALENT. & THEO. AAA. ad Hipatium P. P.

°C. T. 16. 7. 3.
°al. exerat rectè. & ita in Co. Theod.

SI quis defunctum ° violatæ atque deſertæ Chriſtianæ religionis accuſat, eúmque vel ad ſacrilegia templorum, vel ad ritus Iudaicos tranſiſſe contendit, eáque gratia teſtari minime potuiſſe confirmat: intra iuge quinquenniũ quod [de] inofficioſis actionibus conſtitutum eſt, proprias exigat° actiones, futuríque iudicij huiuſcemodi ſortiatur exordium. Dat. XII. Kalen. Iun. Patauij, Merobaude II. & Saturnino Coſſ.

III. Imppp. THEOD. VALEN. & ARCAD. Flauiano præfecto prætorio.

°C. T. 16. 7. 4. & 11. 39. 11.

HI qui ſanctam fidem° prodiderunt, & ſanctum baptiſma hæretica ſuperſtitione profanarunt: à conſortio omnium ſegregati ſint à teſtimoniis alieni, teſtamẽti (vt ante iam ſanximus) non habeant factionẽ, nulli in hereditate ſuccedant, à nemine ſcribãtur heredes.

Quos

Quos etiam praeciperemus procul abiici, ac longius amãdari, nisi pœnæ visum fuisset esse maioris, versari inter homines, & hominũ carere suffragiis. Sed nec vnquã in statum pristinum reuertãtur, nec flagitiũ horũ obliterabitur pœnitentia, neque vmbra aliqua exquisitæ defensionis aut muniminis obducetur: quoniã quidẽ eos qui fidem quã deo dedicauerant, polluerũt, & prodentes diuinum mysterium in profana migrauerunt: tueri ea quæ sunt commentitia, & concinnata, non possunt. Lapsis etenim & errãtibus subuenitur: perditis vero, hoc est sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, (quæ solet aliis criminibus adesse) succurritur. Dat. v. Id. Maij, Concordiæ Tatiano & Symmacho Coss.

"hæc pars est posita in basilicis, quia visa est durior & inhumanior, vt ait Theodore. in Nomocanone.
"C. T. prodesse.

IIII. Impp. THEOD. & VALEN. AA. Basso præfecto prætorio.

Apostatarũ sacrilegũ nomẽ, singulorũ vox continua accusatione incesset, & nullis finita tẽporibus huiuscemodi criminis arceatur indago. Quibus quamuis præterita interdicta sufficiãt, tamen etiã illud iteramus, ne postquã à fide deuiauerint, testãdi aut donãdi quippiã habeant facultatem. Sed nec venditionis specie facere legi fraudem sinãtur: totúmq; ab intestato Christianitatẽ sectantibus propinquis potissimũ deferatur. Intantũ autẽ cõtra huiuscemodi sacrilegia perpetuari volumus actionẽ, vt vni-

"Ex C. T. 16.7.7.

uersis ab intestato venientibus, etiã post mortem peccantis, absolutam vocem insimulationis congruæ nõ negemus. Nec id patiemur obstare, si nihil in contestationem profano dicatur viuente productum. Sed ne huius interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore, eos præsentibus insectamur oraculis, qui nomine Christianitatis induti* sacrificia sacrilega vel fecerint, vel facienda mandauerint: Quorum etiam post mortem comprobata perfidia, hac ratione plectenda est, vt donationibus testamentisque rescißis, hi quibus hoc deferret legitima succeßio, huiusmodi personarũ hereditate potiantur.* Dat. VII Id. *April. Rauenne, Theodosio* XII. A *& Valentiniano* A. II. *Coss.*

*intẽtatio legit Azo: sed in Codi. Th. rectius legitur interpretatio. *al. imbuti. rectè.

V. Iidem AA. Florentio P.P.

EVm qui seruum siue ingenuum inuitum, seu suasione plectenda ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectã ritúmve trãsduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum esse censemus.* Dat. *Prid. Kal. Febr. Theodosio* XV. *& Valentiano* IIII. AA. *Coss.*

*plectendum.

*Ex nouella Marciani quę extat integra in actis concilij Calch. Cont.

VI. Impp. VALEN. & MARTIAN. AA. Palladio præfecto prætorio.

EOs qui catholicarum ecclesiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi, relicto vero orthodoxæ religionis cultu, Apollinaris vel*

vel Eutychetis hæresim & dogmata abominanda secuti fuerint: omnibus pœnis quæ prioribus legibus aduersus hæreticos constituta sunt, iubemus teneri, & extra ipsum quoque Romani imperij solum repelli, sicut de Manichæis præcedentium legum statuta sanxerunt. Dat. Kal. Aug. Val. A. VII. & Auiano Coss.[a]

[a] Dat. XV. Kal. Aug. CP. Asporatio & qui fuerit nũciatus, Cõsulib.

NEMINI LICERE SIGNUM SALVATORIS CHRISTI HUMI vel in silice vel in marmore aut insculpere, aut pingere.

TIT VIII.

1. Impp. THEOD. & VALENTIN. A A. Eudoxio P. P.

CUM sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri: signum saluatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere: sed quodcunque reperitur, tolli, grauissima pœna multando eo qui contrarium statutis nostris tentauerit, specialiter imperamus. Dat. XII. Kal. Iun. Hierio & Ardaburio Coss.

Hãc constitutionẽ reuocauit Sexta Synodus in Trullo.

DE IVDÆIS ET COELICOLIS.

TIT IX.

1. Imp.

I. Imp. ANTONIN. A. Claudio Triphonino.

Q V O D *Cornelia Saluia vniuersitati Iudæorum qui in Antiochiensium ciuitate constituti sunt, legauit, peti non potest. Dat. Prid. Kalend. Iul. Antonino* A. IIII. *& Balbino Coss.*

II. Græcæ constitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomoca. titu. 7. c. 4. & Eustathio de temporibus.

ENταῖς ἑορταῖς αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι σωματικὰς οὐ λειτουργοῦσιν. Id est, in festiuitatibus aut sabbatis suis Iudæi corporalia munera non obeunt. addit Nomocanon, neque quicquam faciunt neque propter publicam priuatámve causam in ius vocantur, aut ipsi Christianos in ius vocant.

Iudæi irruentes in conuersum ad Christi cultum, sunt concremandi. Salyc.

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad Euagrium. PP.

*C.T. 16. 8. 1.

I*Vdæis, & *Cælicolis, & maioribus eorum, & patriarchis volumus intimari, quòd si quis post hanc legem aliquem qui eorum feralem fugerit sectam, & ad dei cultum respexerit, saxis, aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) ausus fuerit attentare: mox flammis dandus est, & cum omnibus suis participibus concremandus. Dat.* XV. *Kalend. Nouemb. Murgillo Constantino* A. IIII. *& Licinio* IIII. *Coss.*

IIII.

IIII. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. Remigio magistro offic.

IN synagogam[a] *Iudaicæ legis, veluti hospitij merito irruentes milites iubeas emigrare: quos priuatorum domus, non religiosarum loca habitationum merito conuenit attingere. Dat. Prid. Non. Mart. Valentiniano & Valente* AA. *Coss.*

[a] al. In synagoga Iud. leg. velut hospitio merito irruentes.

V. Imppp. GRATIANVS VALENTINI. & THEOD. AAA. Hypatio PP.

IVssio[a] *qua sibi Iudaicæ legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur immunitas, rescindatur. Dat.* XVIII. *Kalend. Maij, Mediolani, Merobaude* II. *& Saturnino Coss.*

[a] c. T. 12. 1. 99.

VI. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE quis Christianam mulierẽ in matrimonium Iudæus accipiat, neque Iudææ Christianus coniugium sortiatur. nam si quis aliquid huiusmodi admiserit: adulterij vicem commissi huiusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. Data Prid. Id. Mar. Thessalonicæ, Theodosio A. II. *& Cynegio Coss.*

Nuptiæ inter Christianos prohibitæ similiter inter Iudæos prohibentur sua lege cessante. Salyc.

VII.

VII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Infantio comiti Orientis.

NEmo Iudæorum morē suum in coniunctionibus retineat, nec iuxta legem suā nuptias sortiatur, nec in diuersa[a] sub vno tempore coniugia conueniat. Dat. III. Kalend. Ianuar. Theodosio A. III. & Habundantio Conss.

[a] Et sic Iudæi prohibentur habere plures vxores: vt hîc, & in c. gaudemus tunc. glo. super verbo, vxores. extra de diuort.

VIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano.

IVdæi[b] communi Romano iure viuentes, in his causis quæ tam ad superstitionem eorū, quàm ad forum & leges ac iura pertinent, adeant solemni more iudicia, omnésque Romanis legibus conferant & excipiant actiones. Si qui vero ex his communi pactione ad similitudinem arbitrorum apud Iudæos in ciuili duntaxat negotio putauerint litigandum: sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur. Eorum etiam sententias iudices exequantur, tanquam ex sententia cognitoris arbitri dati fuerint. Dat. VI. Non. Feb. Honor. A. IIII. & Eutychiano Conss.

[b] c. T. 2. 1. 10.

IX. Iidem AA. ad Iudæos.[c]

NEmo exterus religionis Iudæorum, Iudæis precia statuet, cum venalia proponunt. Iustum est enim sua cuique committere. Itaque rectores prouinciarum vobis nullum discussorem aut moderatorem esse concedent. Quòd si quis sumere sibi curam (præter vos

proce

[c] c. T. 16. 8. 10.

proceresque vestros) audeat: eum velut aliena appetentem supplicio coërcere festinent. Dat. IIII. *Kal. Mart. Constantinop. Arcadio* IIII. *& Honorio* III. A. *Conss.*

X. Iidem AA. & THEODOSIVS A. Eutychiano P.P.

Q*Vicunq; ex Iudaeis obnoxij curiae comprobantur, curiae mancipentur. Dat.* III. *Kalend. Ianua. Theodosio* A. I. *& Rumoridio Conss.*

c. T. 12. 1. 165.

XI. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

I*Vdaeos quosdam festiuitatis suae solennia ad poenae quondam recordationem incendere, & sanctae crucis adsimulatam speciem in contemptum Christianae fidei sacrilega mente exurere, prouinciarum rectores prohibeant: néve locis suis fidei nostrae signum immisceant, sed ritus suos citra contemptum Christianae legis retineant, amissuri sine dubio permissa hactenus, nisi ab illicitis temperauerint. Dat.* IIII. *Kal. Iun Constantin. Basso & Philippo Conss.*

c. T. 16. 8. 18.
c. Th solé Aman.

XII. Iidem AA. Iouio PP.

C*Oelicolarum nomen inauditũ quodammodo nouum crimen superstitionis vindicauit. Hi nisi ad dei cultum venerationémq; Christianam conuersi fuerint: his legibus quibus praecipimus haereticos adstringi, se quoque nouerint adstringendos. Aedificia autem eorum, (quae nescio cuius noui dogmatis conuen-*

c. T. 16. 8. 19.
attinendos.

tus

tus habent) ecclesiis vindicentur. Certum enim est, quicquid à fide Christianorum discrepat, legi Christianæ esse contrarium. Dat. Kalend. April. Rauennæ, Honor. VIII. *& Theod.* III. AA. *Conss.*

XIII. Iidem AA. Iouio PP.

*C.T.2.8.3

DIe sabbati *ac reliquis sub tempore quo Iudæi cultus sui reuerentiam seruant, neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueniri debere præcipimus: ita tamen, vt nec illis detur licẽtia eodem die Christianos orthodoxos conuenire: ne Christiani forte ex interpellatione Iudæorum ab officialibus præfatis diebus aliquam sustineant molestiam: cum fiscalibus commodis & litigiis priuatorum constet reliquos dies posse sufficere. Dat.* VII. *Kal. Aug. Rauennæ,* DD. NN. *Honorio* VIII. *& Theodosio Aug.* III. *Coss.*

XIIII. Iidem AA. Philippo PP. per Illyricum.

*C.T.16.8.21.

NVllus tãquam Iudæus, *cum sit innocẽs, obteratur: nec expositum eum ad cõtumeliam religio qualiscunque perficiat. nõ passim eorũ synagogæ vel habitacula concrementur, vel perperam sine vlla ratione lædantur: cum alioquin etiam si sit aliquis sceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum vigor, iurísque publici tutela videtur in medio constituta ne quisquam sibiipsi permittere valeat*

vltio

vltionem. Sed vt in hoc personis Iudæorũ volumus esse prouisum:ita id quoque monendum esse cẽsemus,ne Iudæi forsitan insolescant,elatíque sui securitate, quicquam præcipites in Christianam reuerentiam vltionis admittant. Datum VIII. *Id. Aug. Constantinop. Honorio* XVIIII. *&* *Theod.* V. AA. *Conss.*

XV. Iidem AA. Aureliano præfecto prætorio.

SI qua[a] inter Christianos & Iudæos sit contentio:non à senioribus Iudæorum, sed ab ordinariis iudicibus dirimatur. Dat. XIII. *Kalen. Nouemb. Honorio* XII. *& Theodosio* VIII. AA. *Conss.*

[a] l.22. Cod. Theo. eod.

XVI. Iidem AA. Asclepiodoto PP.

IVdæi[a] & bonorũ proscriptione & perpetuo exilio damnabũtur,si nostræ fidei hominem circuncidisse eos, vel circuncidendum mãdasse constiterit. Dat. Prid. Kal. Feb. Theo. XVII. *& Festo Conss.*

[a] c.T.l.26. eod. tit.

XVII. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Ioanni comiti sacrarum largitionum.

IVdæorum[a] primates qui in vtriusque Palæstinæ synedriis dominãtur,[b] vel in aliis prouinciis degunt,periculo suo anniuersarium canonem de synagogis omnibus, Palatinis compellentibus,exigant ad eam formam,quam patriarchæ quondam coronarij auri nomine postulabant:& hoc quod de Occidentalibus Patriarchis conferri consueuerat,nostris largitio-

[a] Co. Th. l.vl.e. tit.
[b] nominãtur. ver. & c. Th.

nibus inferatur. Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. Florentio & Dionysio Conss.

XVII. Idem.* Græca constitutio ex lib. 60. basilic. ti. 54. c. 31. & Nomocanon. tit. 9. cap. 25.

IVdæus qui eum qui Iudaicæ religionis non esset cōtraria doctrina ad suam religionem traducere præsumpserit, bonorum proscriptione dānetur, miserúmque in modum puniatur.

XVIII. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

*Ex lib. Nouell. Theodosij.

*victura in manus. & Nouella Theod.

HAc valitura* in omne æuum lege sancimus, neminem Iudæorum, quibus omnes administrationes & dignitates interdictæ sunt, nec defensoris ciuitatis fungi saltem officio, nec patriæ honorem arripere concedimus: nec adquisiti sibi officij auctoritate muniti, aduersus Christianos, & ipsos plerunque sacræ religionis antistites, veluti insultātes fidei nostræ, iudicandi vel pronunciandi quamlibet habeant potestatem. Illud etiam pari consideratione rationis arguentes, præcipimus ne qua Iudaica synagoga in nouam fabricam surgat: fulciendi veteres permissa licētia, quæ ruinam minantur. Quisquis igitur vel infulas acceperit, quæsitus dignitatibus non potiatur: vel si ad officia vetita irrepserit, ab his penitus repellatur: vel si synagogam extruxerit, compen-*

dio catholicæ ecclesiæ nouerit se laborasse. Et qui ad honores & dignitates irrepserit, habeatur vt antea conditionis extremæ, etsi honorariam illicite promeruerit dignitatem. Et qui synagogæ fabricã cœperit, non studio reparandi: cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Cernat præterea bona sua proscripta, mox pœnæ sanguinis destinandus, [quasi] qui fidem alterius expugnant peruersa doctrina. Dat. Prid. Kal. Feb. Theodosio A. XVII. & Festo Conss.

Inclusum deest in plerisque & lib. Nouellarum Theod.

NE CHRISTIANVM MANCIPIVM HAERETICVS VEL Iudæus vel paganus habeat, vel possideat, vel circuncidat.

TIT. X.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio PP.

Iudæus* seruum Christianũ nec comparare debebit: nec largitatis vel alio quocunque titulo consequetur. Quòd si aliquis Iudæorum mancipiũ vel Christianum habuerit, vel sectæ alterius seu nationis crediderit ex quacunque causa possidendum, & id circunciderit: non solum mancipij damno multetur, verum etiam capitali sententia puniatur, ipso seruo pro præmio libertate

*Th. 16. 9. 4. & l. 1. & 2

donando. Dat.IIII.Id *April. Constantinop. Honorio* A. XI. *& Constantio* V. C.II. *Conss.*

II. Cõstitutionis Grçcæ epitome ex lib.60.βασιλικ.ex indice κατασειχίων.& ex collectione grçca constitutionũ ecclesiasticarum & aliis auctoribus.

Ὁ Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος καὶ Σαμαρείτης καὶ ἄλλος αἱρετικὸς τουτέστιν μὴ ὢν ὀρθόδοξος οὐ δύναται χριστιανὸν ἀνδράποδον ἔχειν, μήτε κατηχούμενον περιτέμνεσθαι. ἐπεὶ καὶ αὐτὸ [χριστιανὸν] ἐλευθεροῦται καὶ ὁ κτησάμενος δίδωσι τοῖς πριβάτοις. λ. λίτρας.

Latinè Antonij Contij.

GRæcus seu Paganus & Samaritanus & alius hçreticus idest nõ existens orthodoxus, nõ potest Christianum mancipium habere, neque catechumenum circũcidere, quia & ipsum mancipium Christianum ad libertatẽ peruenit, & qui possidet, dat priuatis [largitionibus] triginta libras.

DE PAGANIS ET SACRIFICIIS, ET TEMPLIS.

TIT. XI.

1. Imp. CONSTANTIVS A. ad Taurum PP.

[a] c.T.16.10 4.

PLACVIT [a] *omnibus locis atq; vrbibus vniuersis claudi protinus templa, & accessu vetito omnibus licẽtiam delinquendi perditis abnegari*

negari. Volumus etiam cūctos sacrificiis abstinere. Quòd si aliquid forte huiusmodi perpetrauerint, gladio vltore sternantur. facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari: & similiter puniri rectores prouinciarum, si facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Decemb. Constantio IIII. *& Constante* AA. *Conss.*

II. Imppp. THEOD. GRAT. & VALENT. AAA. Cynegio pręfecto prętorio.

NE quis [a] *mortalium ita faciēdi sacrificij sumat audaciam, vt inspectione iecoris, extorúmque præsagio vanæ spem promissionis accipiat, vel (quod est deterius) futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicij cruciatus ei, qui contra vetitum præsentium vel futurarum rerum explorare tentauerit veritatem. Data* VII. *Kalend. Iun. Arcad. & Bautone Conss.*

[a] C. T. 16. 10. 9.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Macrobio PP. Hispaniarum, & Procliano vicario quinque prouinciarum.

S*Icut sacrificia templorum prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta seruari. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur euertere: si quod rescriptum, si qua lex forte prætenditur: abrepta*

huiusmodi chartæ ex eorum manibus, ad nostram scientiam referantur. Dat. IIII. Kalen. Feb. Rauen. Theodor. v. c. Cos.

IIII. Iidem A A. Apollodoro proconsuli Aphricæ.

c. T. 16. 10. 17.

VT profanos ritus iam salubri lege submouimus, ita festos conuentus ciuium & communem omnium lætitiã non patimur submoueri. Vnde absque vllo sacrificio, atque vlla superstitione damnabili exhiberi [a] *populorum voluptates secundum veterem consuetudinem, ministrari* [b] *etiam festa conuiuia, quando exigunt publica vota, decernimus. Dat. XIII. Kalen. Sept. Patauio, Theodoro v c. Cons.*

[a] al. exhibere.

[b] Iniri.

Princeps potest publica donare: & donata in patrimonio donatarij debent perpetuo remanere Salyc.

V. Impp. HONOR. & THEODO. A A. populo Carthaginiensi.

c T. 16. 10. 20.

OMnia loca, quæ sacris error veterum deputauit, nostræ rei iubemus [c] *sociari. Quod autem ex eo iure vbicunque ad singulas quãscunq; personas vel præcedentium principum largitas, vel nostra maiestas voluit peruenire, id in eorum patrimoniis æterna firmitate perduret. Ea vero, quæ multiplicibus constitutis ad venerabilẽ ecclesiam volumus pertinere: Christiana sibi merito religio vindicabit. Dat. III. Kalen. Septemb. Rauennæ, Honorio X. & Theodosio VI. A A. Conss.*

[c] volumus.

Christ

Christianis non licet Paganos offendere, nec eorum bona rapere sub pœna dupli. Salyc.

VI. Iidem AA. Aesclepiodoto præfecto prætorio.

*CHristianis, qui verè sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus, vt Iudæis ac Paganis quietè degentibus nihílque tentantibus turbulentum, legibúsque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint: non ea sola quæ abstulerint, sed conuicti * in duplum quæ rapuerint restituere compellentur. Rectores etiam prouinciarum, & officia, * & principales cognoscant se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint, vt eos qui fecerint puniẽdos. Dat. VI. Id. Iun. Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.*

C T. 16. 10. 24.

* In Cod. sed conuenti in triplum & quadruplum Cont.

* al. principalia officia.

VII. Impp. VALENTIN. & MART. AA. Palladio P P.

*NEmo venerandi * adorandíq; animo delubra, quæ olim iam clausa sunt, reseret. Absit à seculo nostro infandis execrandísq; simulacris honorem pristinum reddi, redimi sertis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in hisdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco existimari sacrilegiũ. Quisquis autẽ cõtra hanc serenitatis nostræ sanctionem, & contra*

* al. venerãtis adorãtísque.

I. Imp. CONST. & IVLIAN. Cæs. ad Thalassium P. P.

°C. T. 16. 8. 7.
°antea repositum erat, cõstituta, ex C. Th. cũ in omnibus Iustinianeis legatur constitutus.

SI quis lege° venerabili constitutus° & ex Christiano Iudæus effectus, sacrilegis cœtibus aggregetur: cum accusatio fuerit approbata, facultates eiusdem dominio fisci iubemus vindicari. Dat. V. Non. Iul. Mediol. Constantio A. VIIII. & Iuliano Cæs. II. Coss.

II. Impp. GRATIAN. VALENT. & THEO. AAA. ad Hipatium P. P.

°C. T. 16. 7. 3.
°al. exerat rectè. & ita in Co. Theod.

SI quis defunctum° violatæ atque desertæ Christianæ religionis accusat, eúmque vel ad sacrilegia templorum, vel ad ritus Iudaicos transisse contendit, eáque gratia testari minime potuisse confirmat: intra iuge quinquenniũ quod [de] inofficiosis actionibus constitutum est, proprias exigat° actiones, futuríque iudicij huiuscemodi sortiatur exordium. Dat. XII. Kalen. Iun. Patauí, Merobaude II. & Saturnino Coss.

III. Imppp. THEOD. VALEN. & ARCAD. Flauiano præfecto prætorio.

°C. T. 16. 7. 4. & 11. 39. 11.

HI qui sanctam fidem° prodiderunt, & sanctum baptisma heretica superstitione profanarunt: à consortio omnium segregati sint à testimoniis alieni, testamẽti (vt ante iam sanximus) non habeant factionẽ, nulli in hereditate succedant, à nemine scribãtur heredes.

Quos

Quos etiam præciperemus procul abiici, ac longius amădari, nisi pœnæ visum fuisset esse maioris, versari inter homines, & hominũ carere suffragiis. Sed nec vnquã in statum pristinum reuertãtur, nec flagitiũ horũ[a] *obliterabitur pœnitentia, neque vmbra aliqua exquisitæ defensionis aut muniminis obducetur: quoniã quidẽ eos qui fidem quã deo dedicauerant, polluerũt, & prodentes diuinum mysterium in profana migrauerunt: tueri ea quæ sunt commentitia, & concinnata, non possunt. Lapsis etenim & errãtibus subuenitur: perditis vero, hoc est sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, (quæ solet aliis criminibus*[b] *adesse) succurritur. Dat. v. Id. Maij, Concordiæ Tatiano & Symmacho Coss.*

[a] hæc pars est posita in basilicis, quia visa est durior & inhumanior, vt ait Theodore. in Nomocanone.

[b] C. T. prodesse.

III. Impp. THEOD. & VALEN. AA. Basso præfecto prætorio.

Apostatarũ[c] *sacrilegũ nomẽ, singulorũ vox continua accusatione incesset, & nullis finita tẽporibus huiuscemodi criminis arceatur indago. Quibus quamuis præterita interdicta sufficiãt, tamen etiã illud iteramus, ne postquã à fide deuiauerint, testãdi aut donãdi quippiã habeant facultatem. Sed nec venditionis specie facere legi fraudem sinãtur: totúmq; ab intestato Christianitatẽ sectantibus propinquis potissimũ deferatur. Intantũ autẽ cõtra huiuscemodi sacrilegia perpetuari volumus actionẽ, vt vni-*

[c] Ex C. T. 16.7.7.

vel Eutychetis hæresim & dogmata abominanda secuti fuerint: omnibus pœnis quæ prioribus legibus aduersus hæreticos constitutæ sunt, iubemus teneri, & extra ipsum quoque Romani imperij solum repelli, sicut de Manichæis præcedentium legum statuta sanxerunt. Dat. Kal. Aug. Val. A. VII. *& Auiano Coss.*[a]

[a] Dat. xv. Kal. Aug. cp. Asporatio & qui fuerit nũciatus, Cõsulib.

NEMINI LICERE SIGNVM SALVATORIS CHRISTI HVMI VEL IN SILICE VEL IN MARMORE AUT INSCULPERE, AUT PINGERE.

TIT. VIII.

1. Impp. THEOD. & VALENTIN. A A. Eudoxio P. P.

CVM sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri: signum saluatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere: sed quodcunque reperitur, tolli, grauissima pœna multando eo qui contrarium statutis nostris tentauerit, specialiter imperamus. Dat. XII. *Kal. Iun. Hierio & Ardaburio Coss.*

Hãc constitutionẽ reuocauit Sexta Synodus in Trullo.

DE IVDÆIS ET COELICOLIS.

TIT. IX.

1. Imp.

I. Imp. ANTONIN. A. Claudio Triphonino.

Q*VOD Cornelia Saluia vniuersitati Iudæorum qui in Antiochiensium ciuitate constituti sunt, legauit, peti non potest. Dat. Prid. Kalend. Iul. Antonino* A. IIII. *& Balbino Coss.*

II. Græcæ constitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomoca. titu. 7. c. 4. & Eustathio de temporibus.

ΕΝ ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι σωματικῶς οὐ λοιτουργοῦσιν. Id est, in festiuitatibus aut sabbatis suis Iudæi corporalia munera non obeunt. addit Nomocanon, neque quicquam faciunt neque propter publicam priuatámve causam in ius vocantur, aut ipsi Christianos in ius vocant.

Iudæi irruentes in conuersum ad Christi cultum, sunt concremandi. Salyc.

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad Euagrium. PP.

*C.T. 16. 8. 1.

I*Vdæis, & Cælicolis, & maioribus eorum, & patriarchis volumus intimari, quòd si quis post hanc legem aliquem qui eorum feralem fugerit sectam, & ad dei cultum respexerit, saxis, aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) ausus fuerit attentare: mox flammis dandus est, & cum omnibus suis participibus concremandus. Dat. XV. Kalend. Nouemb. Murgillo Constantino* A. IIII. *& Licinio* IIII. *Coss.*

IIII.

IIII. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. Remigio magistro offic.

IN synagogam[a] *Iudaicæ legis, veluti hospitij merito irruentes milites iubeas emigrare: quos priuatorum domus, non religiosarum loca habitationum merito conuenit attingere. Dat. Prid. Non. Mart. Valentiniano & Valente* AA. *Coss.*

[a] al. In synagoga Iud. leg. velut hospitio merito irruentes.

V. Imppp. GRATIANVS VALENTINI. & THEOD. AAA. Hypatio PP.

IVssio[b] *qua sibi Iudaicæ legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur immunitas, rescindatur. Dat.* XVIII. *Kalend. Maij, Mediolani, Merobaude* II. *& Saturnino Coss.*

[b] c.T.12.1.99.

VI. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE quis Christianam mulierē in matrimonium Iudæus accipiat, neque Iudææ Christianus coniugium sortiatur. nam si quis aliquid huiusmodi admiserit: adulterij vicem commissi huiusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. Data Prid. Id. Mar. Thessalonicæ, Theodosio A. II. *& Cynegio Coss.*

Nuptiæ inter Christianos prohibitæ similiter inter Iudæos prohibentur sua lege cessante. Salyc.

VII.

VII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Infantio comiti Orientis.

Nemo Iudaeorum morem suum in coniunctionibus retineat, nec iuxta legem suam nuptias sortiatur, nec in diuersa[a] sub uno tempore coniugia conueniat. Dat. III. Kalend. Ianuar. Theodosio A. III. & Habundantio Conss.

[a] Et sic Iudaei prohibentur habere plures vxores: vt hîc, & in c. gaudemus tunc. glo. super verbo, vxores. extra de diuort.

VIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano.

Iudaei[b] communi Romano iure viuentes, in his causis quae tam ad superstitionem eorum, quàm ad forum & leges ac iura pertinent, adeant solemni more iudicia, omnésque Romanis legibus conferant & excipiant actiones. Si qui vero ex his communi pactione ad similitudinem arbitrorum apud Iudaeos in ciuili duntaxat negotio putauerint litigandum: sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur. Eorum etiam sententias iudices exequantur, tanquam ex sententia cognitoris arbitri dati fuerint. Dat. VI. Non. Feb. Honor. A. IIII. & Eutychiano Conss.

[b] c. T. 2. 1. 10.

IX. Iidem AA. ad Iudaeos.[c]

Nemo exterus religionis Iudaeorum, Iudaeis precia statuet, cum venalia proponunt. Iustum est enim sua cuique committere. Itaque rectores prouinciarum vobis nullum discussorem aut moderatorem esse concedent. Quòd si quis sumere sibi curam (praeter vos proce

[c] c. T. 16. 8. 10.

proceréſque veſtros) audeat: eum velut aliena appetentem ſupplicio coërcere feſtinent. Dat. IIII. *Kal. Mart. Conſtantinop. Arcadio* IIII. *& Honorio* III. A. *Conſſ.*

X. Iidem AA. & THEODOSIVS A. Eutychiano P.P.

Q*Vicunq;* [a] *ex Iudæis obnoxij curiæ comprobantur, curiæ mãcipẽtur. Dat.* III. *Kalend. Ianua. Theodoſio* A. I. *& Rumoridio Conſſ.*

[a] c. T. 12. 1. 165.

XI. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

I*Vdæos quoſdam* [b] *feſtiuitatis ſuæ ſolennia* [c] *ad pœnæ quondam recordationem incendere, & ſanctæ crucis adſimulatam ſpeciem in contemptum Chriſtianæ fidei ſacrilega mente exurere, prouinciarum rectores prohibeant: néve locis ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos citra contemptum Chriſtianæ legis retineant, amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperauerint. Dat.* IIII. *Kal. Iun Conſtantin. Baſſo & Philippo Conſſ.*

[b] c. T. 16. 8. 18.
[c] c. Th. ſo. lé Aman.

XII. Iidem AA. Iouio PP.

C*Oelicolarum nomen* [d] *inauditũ quodammodo nouum crimen ſuperſtitionis vindicauit. Hi niſi ad dei cultum venerationémq; Chriſtianam conuerſi fuerint: his legibus quibus præcipimus hæreticos adſtringi, ſe quoque nouerint adſtringendos.* [e] *Aedificia autem eorum, (quæ neſcio cuius noui dogmatis conuen-*

[d] c. T. 16. 8. 19.
[e] attinendos.

tus

tus habent) ecclesiis vindicentur. Certum enim est, quicquid à fide Christianorum discrepat, legi Christianæ esse contrarium. Dat. *Kalend. April. Rauennæ, Honor.* VIII. & *Theod.* III. AA. *Conss.*

XIII. Iidem AA. Iouio PP.

*c.T.2.8.3

D*Ie sabbati ac reliquis sub tempore quo Iudæi cultus sui reuerentiam seruant, neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueniri debere præcipimus: ita tamen, vt nec illis detur licẽtia eodem die Christianos orthodoxos conuenire: ne Christiani forte ex interpellatione Iudæorum ab officialibus præfatis diebus aliquam sustineant molestiam: cum fiscalibus commodis & litigiis priuatorum constet reliquos dies posse sufficere.* Dat. VII. *Kal. Aug. Rauennæ,* DD. NN. *Honorio* VIII. & *Theodosio Aug.* III. *Coss.*

XIIII. Iidem AA. Philippo PP. per Illyricum.

*c.T.16.8.21.

N*Vllus tãquam Iudæus, cum sit innocẽs, obteratur: nec expositum eum ad cõtumeliam religio qualiscunque perficiat. nõ passim eorũ synagogæ vel habitacula concrementur, vel perperam sine vlla ratione lædantur: cum alioquin etiam si sit aliquis sceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum vigor, iurisque publici tutela videtur in medio constituta ne quisquam sibiipsi permittere valeat*

vltio

vltionem. Sed vt in hoc personis Iudæorũ volumus esse prouisum:ita id quoque monendum esse cẽsemus, ne Iudæi forsitan insolescant, elatíque sui securitate, quicquam præcipites in Christianam reuerentiam vltionis admittant. *Datum* VIII. *Id. Aug. Constantinop. Honorio* XVIIII. *&* *Theod.* V. AA. *Conss.*

XV. Iidem AA. Aureliano præfecto prætorio.

SI qua inter Christianos & Iudæos sit contentio: non à senioribus Iudæorum, sed ab ordinariis iudicibus dirimatur. Dat.* XIII. *Kalen. Nouemb. Honorio* XII. *& Theodosio* VIII. AA. *Conss.*

l. 22. Cod. Theo. eod.

XVI. Iidem AA. Asclepiodoto PP.

IVdæi & bonorũ proscriptione & perpetuo exilio damnabũtur, si nostræ fidei hominem circuncidisse eos, vel circuncidendum mãdasse constiterit. Dat. Prid. Kal. Feb. Theo. XVII. *& Festo Conss.*

c. T. l. 26. eód. tit.

XVII. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Ioanni comiti sacrarum largitionum.

IVdæorum primates qui in vtriusque Palæstinæ synedriis dominãtur, vel in aliis prouinciis degunt, periculo suo anniuersarium canonem de synagogis omnibus, Palatinis compellentibus, exigant ad eam formam, quam patriarchæ quondam coronarij auri nomine postulabant: & hoc quod de Occidentalibus Patriarchis conferri consueuerat, nostris largitio-

Co. Th. l. vl. e. tit. nominãtur. ver. & c. Th.

nibus inferatur. Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. Florentio & Dionysio Conss.

XVII. Idem.* Græca constitutio ex lib. 60. basilic. ti. 54. c. 31. & Nomocanon. tit. 9. cap. 25.

IVdæus qui eum qui Iudaicæ religionis non esset cõtraria doctrina ad suam religionem traducere præsumpserit, bonorum proscriptione dãnetur, miserúmque in modum puniatur.

XVIII. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

*Ex lib. Nouell. Theodosij.
a victura in manus. & Nouella Theod.

HAc [a] valitura in omne æuum lege sancimus, neminem Iudæorum, quibus omnes administrationes & dignitates interdictæ sunt, nec defensoris ciuitatis fungi saltem officio, nec patriæ honorem arripere concedimus: nec adquisiti sibi officij auctoritate muniti, aduersus Christianos, & ipsos plerunque sacræ religionis antistites, veluti insultãtes fidei nostræ, iudicandi vel pronunciandi quamlibet habeant potestatem. Illud etiam pari consideratione rationis arguentes, præcipimus ne qua Iudaica synagoga in nouam fabricam surgat: fulciendi veteres permissa licẽtia, quæ ruinam minantur. Quisquis igitur vel infulas acceperit, quæsitus dignitatibus non potiatur: vel si ad officia vetita irrepserit, ab his penitus repellatur: vel si synagogam extruxerit, compendio

dio catholicæ ecclesiæ nouerit se laborasse. Et qui ad honores & dignitates irrepserit, habeatur vt antea conditionis extremæ, etsi honorariam illicite promeruerit dignitatem. Et qui synagogæ fabricã cœperit, non studio reparandi: cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Cernat præterea bona sua proscripta, mox pœnæ sanguinis destinandus, [quasi] qui fidem alterius expugnant peruersa doctrina. Dat. Prid. Kal. Feb. Theodosio A. XVII. *& Festo Conss.*

Inclusum deest in plerisque & lib. Nouellarum. Theod.

NE CHRISTIANVM MANCIPIVM HAERETICVS VEL Iudæus vel paganus habeat, vel possideat, vel circuncidat.

TIT. X.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio PP.

IVdæus [a] *seruum Christianũ nec comparare debebit: nec largitatis vel alio quocunque titulo consequetur. Quòd si aliquis Iudæorum mancipiũ vel Christianum habuerit, vel sectæ alterius seu nationis crediderit ex quacunque causa possidendum, & id circunciderit: non solum mancipij damno multetur, verum etiam capitali sententia puniatur, ipso seruo pro præmio libertate*

[a] Th. 16. 9. 4. & l. 1. & 2

donando. Dat. IIII. Id. April. Constantinop. Honorio A. XI. & Constantio V. C. II. Conss.

II. Cōstitutionis Grecæ epitome ex lib. 60. βασιλικ. ex indice κατασειχείων. & ex collectione greca constitutionū ecclesiasticarum & aliis auctoribus.

O Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος καὶ Σαμαρείτης καὶ ἄλλος αἱρετικὸς τουτέστιν μὴ ὢν ὀρθόδοξος οὐ δύναται χριστιανὸν ἀνδράποδον ἔχειν, μήτε κατηχούμενον περιτέμνεσθαι. ἐπεὶ καὶ αὐτὸ [χριστιανὸν] ἐλευθεροῦται καὶ ὁ κεκτημένος δίδωσι τοῖς πριβάτοις. λ. λίτρας.

Latinè Antonij Contij.

GRæcus seu Paganus & Samaritanus & alius hereticus idest nō existens orthodoxus, nō potest Christianum mancipium habere, neque catechumenum circūcidere, quia & ipsum mancipium Christianum ad libertatē peruenit, & qui possidet, dat priuatis [largitionibus] triginta libras.

DE PAGANIS ET SACRIFICIIS, ET TEMPLIS.

TIT. XI.

I. Imp. CONSTANTIVS A. ad Taurum PP.

[a] c. T. 16. 10 4.

PLACVIT [a] *omnibus locis atq; vrbibus vniuersis claudi protinus templa, & accessu vetito omnibus licētiam delinquendi perditis abnegari*

negari. Volumus etiam cũctos sacrificiis abstinere. Quòd si aliquid forte huiusmodi perpetrauerint, gladio vltore sternantur. facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari: & similiter puniri rectores prouinciarum, si facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Decemb. Constantio IIII. & Constante AA. Conss.

II. Imppp. THEOD. GRAT. & VALENT. AAA. Cynegio pręfecto prętorio.

NE quis [a] *mortalium ita faciẽdi sacrificij sumat audaciam, vt inspectione iecoris, extorúmque præsagio vanæ spem promissionis accipiat, vel (quod est deterius) futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicij cruciatus ei, qui contra vetitum præsentium vel futurarum rerum explorare tentauerit veritatem. Data VII. Kalend. Iun. Arcad. & Bautone Conss.*

[a] C. T. 16. 10. 9.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Macrobio PP. Hispaniarum, & Procliano vicario quinque prouinciarum.

SIcut sacrificia templorum prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta seruari. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur euertere: si quod rescriptum, si qua lex forte prætenditur: abrepta

huiusmodi chartæ ex eorum manibus, ad nostram scientiam referantur. Dat. IIII. *Kalen. Feb. Rauen. Theodor.* v. c. *Cos.*

IIII. Iidem A A. Apollodoro proconsuli Aphricæ.

c. T. 16. 10. 17.

VT profanos ritus iam salubri lege submouimus, ita festos conuentus ciuium & communem omnium lætitiã non patimur submoueri. Vnde absque vllo sacrificio, atque vlla superstitione damnabili exhiberi [a] *populorum voluptates secundum veterem consuetudinem, ministrari* [b] *etiam festa conuiuia, quando exigunt publica vota, decernimus.* Dat. XIII. *Kalen. Sept. Patauio, Theodoro* v c. *Cons.*

[a] al. exhibere.

[b] Iniri.

Princeps potest publica donare: & donata in patrimonio donatarij debent perpetuo remanere Salyc.

V. Impp. HONOR. & THEODO. A A. populo Carthaginiensi.

C T. 16. 10. 20.

OMnia loca, quæ sacris error veterum deputauit, nostræ rei iubemus [c] *sociari. Quod autem ex eo iure vbicunque ad singulas quascunq; personas vel præcedentium principum largitas, vel nostra maiestas voluit peruenire, id in eorum patrimoniis æterna firmitate perduret. Ea vero, quæ multiplicibus constitutis ad venerabilẽ ecclesiam volumus pertinere: Christiana sibi merito religio vindicabit.* Dat. III. *Kalen. Septemb. Rauennæ, Honorio* X. & *Theodosio* VI. A A. *Conss.*

[c] volumus.

Christ

Christianis non licet Paganos offendere, nec eorum bona rapere sub pœna dupli. Salyc.

VI. Iidem AA. Aesclepiodoto præfecto prætorio.

CHristianis, qui verè sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus, vt Iudæis ac Paganis quietè degentibus nihilque tentantibus turbulentum, legibúsque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint: non ea sola quæ abstulerint, sed conuicti [a] in duplum quæ rapuerint restituere compellentur. Rectores etiam prouinciarum, & officia, [b] & principales cognoscant se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint, vt eos qui fecerint puniẽdos. Dat. VI. Id. Iun. Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.

C T. 16. 10. 24.

[a] In Cod. sed conuenti in triplum & quadruplum Cont.

[b] al. principalia officia.

VII. Impp. VALENTIN. & MART. AA. Palladio P P.

NEmo venerandi [c] adorandiq; animo delubra, quæ olim iam clausa sunt, reseret. Absit à seculo nostro infandis execrandísq; simulacris honorem pristinum reddi, redimi sertis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in hisdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco existimari sacrilegiũ. Quisquis autẽ cõtra hanc serenitatis nostræ sanctionem, & contra

[c] al. venerãtis adorãtisque.

interdicta sanctißimarũ veterũ constitutionũ sacrificia exercere tentauerit: apud publicum iudicem reus tãti facinoris legitimè accusetur, & cõuictus proscriptionem omnium bonorum suorũ & vltimum supplicium subeat. Conscij etiã criminis ac ministri sacrificiorũ eandem pœnam quæ in illum fuerit irrogata, sustineãt: vt hac legis nostræ seueritate perterriti, mœtu pœnæ desinant sacrificia interdicta celebrare. Quòd si vir clarißimus rector prouinciæ post accusationem legitimam, & post crimen in cognitione conuictũ, tantum scelus dißimulauerit vindicare: quinquaginta libras auri ipse iudex, quinquaginta etiam officium eius confestim fisco nostro inferre cogatur. Dat. Prid. Id. Nouemb. Martia. A. & Adelphio Conss.

Cuilibet licet de hoc crimine accusare: & domini in quorum prędiis committitur, scientes puniuntur pœna hic scripta. Salyc.

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS A A. Dioscoro præfecto prætorio.

NEmo ea quæ sæpius Paganæ superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat pertentare, sciens quòd crimen publicum committit, qui hæc ausus fuerit perpetrare. Intantum autẽ huiusmodi facinora volumus esse resecãda, vt etiam si in alieno prædio vel domo aliquid tale perpetretur, sciẽtibus videlicet dominis, prædium quidem vel domus sanctißimis

mis * *iuribus ærarij addicētur: domini vero pro hoc solo quòd scientes consenserint sua loca talibus cōtaminari sceleribus: si quidem dignitate vel militia quadam decorantur, amißione militiæ vel dignitatis, necnon rerum suarum proscriptione plectentur. priuatæ vero conditionis vel plebeiæ constituti, post cruciatus corporis, operibus metallorum, aut perpetuo deputabuntur exilio.*

* sacratissimis.

IX. Græcæ constitutionis epitome ex præfata collectione & Nomoca. Tit. 6. c. 3. & tit. 12. cap. 9.

Ἐὰν τι δωρηθῇ ἢ καταλειφθῇ τόποις ἢ προσώποις ἢ ἐπὶ συστάσει τῆς τῶν ἑλλήνων πλάνης ἡ πόλις αὐτὸ λήψεται ἐν ᾗ τὰ πρόσωπα οἰκεῖ ἢ ὑφ᾽ ἣν οἱ τόποι διάκεινται καὶ δαπανῶνται καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν βασιλικῶν προσόδων, τὰ δὲ τῶν ἑλλήνων ἀσεβήματα τιμωροῦνται οἱ ἄρχοντες καὶ τὰ ὑπερβαίνοντα αὐτοὺς ἀναφέρουσι βασιλεῖ.

Latinè Anto. Contij.

SI quid datum fuerit aut relictũ locis aut personis aut * ad constructionẽ Paganici erroris, vrbs illud accipiet in qua personę habitant, aut sub qua loca subiacent & expenduntur ad similitudinem imperialiũ reddittuum. Paganorũ autem impietates puniunt

* al. aut collegio.

præsides & quæ supra suam potestatem erunt referent imperatori.

x. Græcæ cõstitutionis epitome ex eadẽ collectione,& Nomoc: tit. 4. c 4. & tit. 1. c. 10.

ΟΙ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα τῇ πλάνῃ τῶν ἑλλήνων ἐπιμένοντες, ἐσχάτως τιμωροῦνται. οἱ δὲ μήπω βαπτισθέντες, ἑαυτοὺς καὶ παῖδας καὶ γαμετὰς καὶ πάντας τοὺς αὐτῶν προσαγέτωσαν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις. καὶ τὰ μὲν αὐτῶν τέκνα μικρὰ ὄντα χωρὶς ἀναβολῆς βαπτίζονται, οἱ δὲ τέλειοι πρότερον τὰς γραφὰς κατὰ τοὺς κανόνας διδάσκονται. εἰ δὲ διὰ τὸ τυχεῖν στρατείας ἢ ἀξίας ἢ οὐσίαν ἔχειν σχηματίζονται βαπτισθῆναι καὶ τοὺς παῖδας ἢ τὰς γαμετὰς αὐτῶν ἢ τοὺς ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλάνης ἐάσωσι καὶ τοὺς αὐτοῖς προσήκοντας δημεύονται καὶ δεόντως τιμωροῦνται, καὶ τῆς πολιτείας οὐ μετέχουσιν. εἰ δὲ μὴ βαπτισθῶσι μετέχουσί τινος τῆς πολιτείας οὔτε κυριεύουσιν οὐσίας κινητῆς ἢ ἀκινήτης, ἀλλὰ τὸ δημόσιον αὐτὰ ἐκδικεῖ, καὶ ἁρμοδίως τιμωροῦνται, καὶ ἐξορίζονται, εἰ δὲ φανῶσι θυσιάζοντες ἢ εἰδωλολατροῦντες, ὡς οἱ Μανιχαῖοι τιμωροῦνται, οὐ παιδεύουσιν δὲ ἑλληνικῶς οἱ νοσοῦντες ἐπὶ τῇ παιδείᾳ οὔτε δημοσίας ἀπολαύουσι σιτήσεως, οὔτε κατὰ θεῖον τύπον.

Latinè Anto. Contij.

QVi post sanctum baptismum in errore paganorũ manẽt, vltimo sup

ſupplicio plectuntur. qui verò nõdum ſunt baptizati, ipſi cum liberis & coniugibus & omnibus ſuis perducant ſe ad ſanctas eccleſias, & ſuos paruulos liberos ſine mora baptizari curẽt, maiores verò, prius ſcripturas ſecundum canones doceantur. ſi vero propter militiam vel dignitatem vel facultates habendas, fingant baptizari, & liberos aut coniuges ipſorum aut domeſticos ſuos in errore reliquerint, & eos qui ſibi attinẽt & neceſſitudine iũcti ſunt, publicantur & competenter plectuntur, & rempublicam non attingunt. Si vero non ſint baptizati, nec participes erunt in vlla parte reipublicæ, neque domini erunt rerum mobilium vel immobilium, ſed fiſcus ipſas vindicabit, & congrue punientur & exulabunt. Si autem apparuerint ſacrificantes aut idololatrantes; vt Manichæi puniũtur. Non docent autẽ pagani qualemcũq; doctrinã neq; publica fruũtur annona nec ſecundum ſacrã quidem formam.

DE HIS QVI AD ECCLESIAM CONFVGIVNT, VEL ibi exclamant [& ne quis ab eccleſia extrahatur.][a]

TIT. XII.

[a] deſunt in omnibus manuſcr.

Iudæi

Iudæi ad ecclesias confugientes non priùs debent suscipi, quàm vniuersa debita soluerint, vel suspecti de crimine se purgauerint. Salyc.

I. Impp. ARCAD. & HONO. AA. Archelao P. Augustali.

*Co. Th. 9.45.2.

IUDAEI, qui reatu aliquo vel debitis fatigati simulant se Christianæ legi velle coniungi, vt ad ecclesias confugiẽtes euitare poßint crimina, vel pondera debitorum, arceantur, nec ante suscipiantur quàm debita vniuersa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati. Dat. XV. Kal. Iul. Constantinop. Cæsario & Attico Conss.

Qui sunt in ecclesiis, inuiti extrahi non possunt. Bart.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Iouino præfecto prætorio.

FIdeli deuotáque præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas ecclesias cõfugientes abducere, sub hac videlicet definitione, vt si quisquam contra hanc legem venire tentauerit, sciat se maiestatis crimine esse retinendum. Dat. X. Kalend. Apr. Constant. & Const. Conss.

Extat quidem hæc constit. Græca integrior in 3. synodi actis, sed qualem Theodosius & post eum Iustin. in suum Cod. retulit, demptis videlicet procemiis & epilogis, talem ex Cod. Theodos. edidimus.

III.

III. Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς ΑΑ. Ἀντιόχῳ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ καὶ ὑπάτῳ.

Ἀνεῴχθωσαν τοῖς αἰδοῦσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ. οὐ γὰρ μόνα τὰ θεῖα θυσιαστήρια καὶ τὸν εὐκτήριον ναὸν τῇ τεττάρων τῶν τειχῶν περιβολῇ τεχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας, ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφυγοῦσιν εἶναι προστάττομεν. ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεγκείμενον εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ κήποις, ἢ αὐλαῖς ἢ λουτροῖς ἢ ἐν στοαῖς τυγχάνῃ, τοὺς εἰσελθόντας πρόσφυγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ ναοῦ, φυλάττειν, καὶ μηδένα τούτοις ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας, ἵνα μὴ ὁ τοῦτο τολμῶν ἐν συμφορᾷ σεαυτὸν εἰδὼν καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν βοήθειαν καταφύγῃ. τοῦτο δὲ τῶν διαστημάτων πλάτος διὰ τοῦτο συνεχωρήσαμεν, ἵνα μή τινι τῶν προσφευγόντων ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζειν ἐξῇ, τῶν μὲν κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν τοῦτο κωλυόντων, τῶν προσφυγῶν δὲ τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων. ὅπλα δὲ ἢ ἐν σιδήρῳ ἢ ἐν ἑτέρῳ ἀμυντήρια τοὺς προσφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐντὸς τῆς

ἐκκλησίας

ἐκκλησίας προστάττομεν, οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ, ταῦτα ἐκωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ διαιτῶν, καὶ κήπων καὶ λουτρῶν καὶ αὐλῶν καὶ στοῶν. τοὺς τοίνυν δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, εἰ καὶ εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει, ἢ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν προσφεύγοντας, ὑπνοῦν ἐν τῷ ναῷ ἤτοι τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τροφῆς μεταλαμβάνειν παρὰ τῶν κληρικῶν προσήκει κεκωλῦσθαι ἐκτὸς τινὸς ὕβρεως, δεικνυόντων τὰ διαστήματα ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις διὰ τὴν τῶν προσφυγῶν ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν ἀφορισθέντα καὶ διδασκόντων τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προπετῶς ἑπομένων αὐτοῖς ὡρίσθαι, οἷς ὁ προσφεύγων εἰ μὴ πείθοι, τότε προτιμάσθω τῆς φιλανθρωπίας ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους χωρείσθω θρασύτης. τοὺς δὲ μετὰ ὅπλων τὰς ἁγίας ἐκκλησίας καταλαμβάνοντας προηγουμένως μὲν μὴ ποιεῖν τοῦτο ὑπομιμνήσκομεν. ἐὰν δὲ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας ἢ ἐντὸς τοῦ ναοῦ ἢ περὶ τὸν ναὸν ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνωσιν, παραχρῆμα τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν κληρικῶν μὴ αὐστηρότερον ἀναγκαζομένους ἀποτίθεσθαι προστάττομεν, διδομένης αὐτοῖς ἐλπίδος καὶ ὅρκου ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. ἐὰν δὲ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες μετὰ το-

σαύτης

ταύτας καὶ τηλικαύτας παραγγελίας τὰ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ἐξ οὐ μηνιαθείσης τῆς θρασκείας, παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν ἐπισκόπων τῶν θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης, ἐνόπλων εἰσπεμφθέντων, ἀποσπασθήσονται. οὐ μὴν δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου καὶ ἡμῶν, τῶν τε δικαστῶν τῶν κατὰ τὴν δεῦρο πόλιν, καὶ ὅπου δήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ πολλοῖς, κατὰ τῶν ἀθλίων τοιαύτης ἀδιαφόρως ἐξουσίας δοθείσης, σύγχυσίς τις ἐκ τούτου γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή. *Dat. X. Kal. April. Constantinopol. Antiocho, & qui fuerit nunciatus Cons.*

Eadem Latinè ex Cod. Theod.

Impp. THEOD. ET VALENTINIANVS A.A. Antiocho P. P.

PAteant summi Dei templa timentib. nec sola altaria & oratorium templi circũiectum, qui ecclesias quadripartito parietum septu concludit, ad tuitionem confugiẽtium sancimus esse proposita: sed vsque ad extremas fores ecclesiæ, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, cõfugientibus aram salutis esse præcipimus: vt inter templum quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica & ianuas primas ecclesię, quicquid fuerit inter

interiacens siue in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc ausus sit, cũ discrimen suum videat, ad expetendam opem ipsi quoque confugiant. Hanc autem spatij latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso dei templo, & sacrosanctis altaribus cõfugientium quemquã mane vel vespere cubare, vel pernoctare liceat, ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsos qui confugiunt, pietatis ratione seruantibus. Arma quoq;, in quouis telo, ferro, vel specie, eos qui confugiunt, minime intra ecclesias habere præcipimus, quæ non modo à summi Dei templis ac diuinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus. Proinde ij qui sine armis ad sanctissimum Dei templum aut ad sacrosanctum altare, siue vsquam gentium, siue in hac alma vrbe confugiunt, somnum intra tẽplum, siue ipsum altare, vel omnino cibum capere absque aliqua eorum iniuria, ab ipsis clericis arceantur, designantibus

spatia,

ſpatia, quæ in eccleſiaſticis ſeptis eorũ tuitioni ſufficiant, abducẽtibus capitalem pœnã eſſe propoſitã, ſi qui eos conentur inuadere. Quibus ſi perfuga nõ adnuit, neq; cõſentit, præferẽda humanitati religio eſt, & à diuinis ad loca quæ diximus turbãda [a] temeritas. Hos verò, qui tẽpla cum armis ingredi audent, ne hoc faciãt præmonemus. dein ſi telis cincti, quouis eccleſiæ loco, vel ad tẽpli ſepta, vel circa, vel extra ſint, ſtatim eos, vt arma deponãt, auctoritate epiſcopi à ſolis clericis ſeuerius cõueniri præcipimus, data eis fiducia [b] quod religionis nomine melius, quàm armorũ præſidio muniantur. Sed ſi eccleſiæ voce moniti, poſt tot tãtorúnq; denunciationes noluerint arma relinquere: iã clemẽtiæ noſtræ apud deũ & epiſcopũ cauſa purgata, armatis, ſi ita res exegerit, intromiſſis, trahendos ſe abſtrahẽdóſq; eſſe cognoſcãt, & õibus caſibus eſſe ſubdẽdos. Sed neq; epiſcopo incõſulto, nec ſine noſtra ſiue iudicũ in hac alma vrbe, vel vbicũq; iuſſione, armatũ quẽpiã ab eccleſiis abſtrahi oportebit: ne ſi multis paſſim hoc liceat, cófuſio generetur. D. x. K. Ap. Cõſt. Antioc. v. c Cõſ. & qui fuerit nũciatus.

[a] Deturbãda. Cont.

[b] cum iure iurando, vt ait Photius in Nomocanone Tit. 9. c. 27. vt etiã eſt in Græco. & ibi notat ſingulare eſſe vt hoc caſu iuuẽt clerici.

IIII. Impp. THEOD. & VALEN. AA. Imperio P.P.

C. Th. 9. 45. 6.

SI seruus[a] cuiusquam in ecclesiã altariáve armatus nullis hoc suspicantibus inopinatus irruerit: exinde protinus abstrahatur, vel continuò domino, vel ei vnde eum tam furiosa formido proripuit, indicetur, eiq; mox abstrahendi copia non negetur. Sed si armorũ fiducia resistendi animos insania impellente conceperit: abripiendi extrahendique eũ domino, quibus id potest efficere viribus, concedatur. Quòd si illum etiam configi in concertatione pugnáque contigerit, nulla erit eius noxa, nec conflãda criminationis relinquetur occasio, si is qui ex statu seruili in hostilis & homicidæ conditionem transiliit, sit occisus. Da. v. Kal. April. Valerio & [Aëtio][b] Conss.

[b] In C. Th. pro inclu. legitur, & qui fuerit nũciatus, quia. s. Aetius huius anni consul iã abiecerat cõsulatũ, & fugerat in Dalmatias, vt testantur Chronographi.

Seditiones, tumultus, & conuenticula, vel conspirationes in ecclesiis, etiam contra priuatam personam non debent fieri, sub pœna vltimi supplicij. Saly.

X. Imp. MARTIANVS A. ad populum.

DEnunciamus vobis omnibus, vt in sacrosanctis ecclesiis & in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete vota competit celebrari, abstineatis ab omni seditione: nemo conclamationibus vtatur, nemo moueat tumultum, aut impetum committat, vel conuenticula collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel

cuiuſ

cuiuscũque loci colligere ac celebrare conetur. Nam si quis aliquid contra leges à quibusdam sibi existimet perpetrari: liceat ei adire iudicẽ, & legitimum postulare præsidium. Sciant sanè omnes, quòd si quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem mouere tentauerit: vltimo supplicio subiacebit. Datum III. *Idus Iul. ipso Martiano* A. *& Adelphio Conss.*

De ecclesia nullus debet extrahi, sed debet ibi citari. Bart.

VI. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

P*Ræsenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac vrbe regia, in qua nos diuinitate propitia degentes, quoties vsus exegerit, inuocati, singulis causis atque personis præsentanea constituta præstamus) nullos penitus, cuiuscunque conditionis sint, de sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas, nec pro his venerabiles episcopos vel religiosos œconomos exigi quæ ab ipsis debeantur: his qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione atque tractatu ausi fuerint tẽtare, capitali & vltimi supplicij animaduersione plectendis. Ex his ergo locis, eorúmque finibus, quos anteriorum legum præscripta sanxerunt: nullos expelli aut eiici aliquando patimur: nec in ipsis ecclesiis reuerendis ita quemquam detineri atque con-*

ſtringi, vt ei aliquid victualium rerum, aut veſtis negetur, aut requies. Sed ſi quidem ipſi refugæ appareant in eccleſia publice, & ſe in ſacris locis offerant quærentibus conueniendos: ipſis ſeruata locis reuerentia, iudicum quibus ſubiacent, ſententiis moneātur reſponſum daturi. quale ſibi quiſque perſpexerit conuenire. Quòd ſi in finibus eccleſiaſticis latitant: religioſus œconomus, ſeu defenſor eccleſiæ, vel certe quem his negotiis commodiorem auctoritas epiſcopalis elegerit: reconditā latentémque perſonam decenter ſine vllo incommodo monitus intra fines eccleſiæ, ſi inuenitur, præſentet.

Citatus in eccleſia, poteſt per ſe vel per procuratorem comparere. Bart.

¶ *Cum autem monitus fuerit in publico priuatóve contractu actione ciuili: in eius ſit arbitrio, ſiue per ſe, ſiue (ſi magis elegerit,) inſtructo ſolenniter procuratore directo, in eius iudicis cuius pulſatur ſententiis examine reſpondere. Sed ſi hoc facere detrectet, aut differat: iudiciorum legúmque ſolitus ordo ſeruetur. Itaque ſi res immobiles poſſidet: poſt edictorum ſolennium citationem ex ſententia iudicantis vſque ad modum debiti, bonorū eius ſiue prædiorum traditio ſiue venditio celebretur. Quòd ſi res mobiles habet, eáſque extra terminos occultat eccleſiæ: ſententia iudicantis, & executoris ſollicitudine perquiſita, quocunque*

que

que loco occultentur, erutæ, pro æquitatis tramite, modóque debiti publicis rationibus priuatísque proficiant. Sanè si intra fines habentur ecclesiæ, vel apud quemlibet ex clericis absconditæ siue depositæ fuisse firmantur: studio & prouidentia viri reuerendissimi œconomi, siue defensoris ecclesiæ diligentia inquisitæ, hæ quolibet modo ad sacrosanctam ecclesiam peruenientes, proferantur: vt pari æquitatis ordine, iisdem ex bonis fisco vel reipublicæ, siue creditoribus, & quibuscunque iustis petitoribus ad modum debiti consulatur. Sicubi depositæ[a] vel commodatæ dicũtur: inquirendi talem volumus esse cautelam, vt si sola suspicione apud aliquem adserantur absconditæ, de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis antistitis iubeatur: adiicientes, quòd ea quæ de principalibus personis decreuimus, in causis fideiussorum siue mandatorum, seu rerum ad eos pertinẽtium, vel familiarium & sociorum seu participũ, & omnino in iisdem causis obnoxiorum personis præcipimus obseruari: scilicet si ipsos quoque secum confugæ intra ecclesiarum terminos habere voluerint: vt eorum quoque bonis publica debita priuatáque soluantur: & per eos rerum, vbicunque depositæ sunt, procedat inquisitio. Et hæc quidem de ingenuis liberísque personis. Sanè si seruus, aut colonus, vel adscriptitius, familiaris siue li-

[a] al. posita vel cõmẽdata. aliàs commodata.

bertus, & huiusmodi aliqua persona domestica, vel conditioni subdita, conquassatis rebus certis atque subtractis, aut seipsum furatus, ad sacrosancta se loca contulerit: statim à religiosis œconomis siue defensoribus, vbi primùm hoc scire potuerint, per eos videlicet ad quos hoc pertinet, ipsis præsentibus, pro ecclesiastica disciplina & qualitate commissi, aut vltione competenti, aut intercessione humanissima procedente remissione veniæ, & sacramenti interuentione securi ad locum statúmque proprium reuertantur; rebus quas secum habuerint, reformandis. diutius enim eos in ecclesiis non conuenit morari: ne patronis seu dominis per ipsorum absentiam obsequia iusta denegentur, & ipsi per incommodum ecclesiæ egentium & pauperum alantur expensis. Inter hæc autem quæ sedulo ad religiosi œconomi siue defensoris ecclesiæ sollicitudinem curámque respiciunt: erit etiam illud obseruandum, vt singulorum intra ecclesias confugientium personas causásque incessanter conquirant: deinde iudices vel eos ad quos causæ & personæ pertinent, instantius instruant, & æquitati conuenientia diligentius exequantur. Datum prid. Kalend. Mar. Leone A. iij. Cos.

VII.

VII. Græcæ constitutionis epitome ex Græca collectione ecclesiastica-tum constitutionum.

Ο ἔχων ἀγωγὴν ἢ πρᾶγμα πρός τινα μὴ θορυβείτω τὰς ἐκκλησίας δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου, ἀλλὰ προσίτω τοῖς ἄρχουσιν. εἰ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ ἁμαρτήμασι χρήζει, διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐτὸν διδασκέτω. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν σωφρονίζεται.

Latinè Ant. Contij.

QVi habet actionem aut controuersiam cum aliquo, ne turbet ecclesias per se aut alium, sed adeat magistratus. Si verò imperatore in criminibus opus habeat, per archiepiscopũ ipsum instruat. aduersus hæc faciens castigatur.

VIII. Græcę constitutionis epitome ex eadem collectione.

Ο τοῦ βασιλέως εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν ἑορτῇ προϊόντος, ἐκβοήσας χρώμενος, ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ διὰ τοῦ ἐπάρχου ἐκβαλλόμενος σωφρονίζεται. ὁ δὲ διὰ δίκαια τὸν πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας προσφεύγων διδασκέτω τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἐκκλησιεκδίκων.

Latinè Ant. Contij.

QVi Imperatore ad magnã ecclesiam in festo procedẽte exclama

tione vſus fuerit, excidet re ſperata, & per præfectũ eiectus caſtigabitur. qui verò propter potentem perſonam ad eccleſiam confugit, doceat imperatoriam maieſtatem per Archiepiſcopum & eccleſiæ defenſores.

DE HIS QVI IN ECCLEſiis manumittuntur.

TIT. XIII.

Minor.25 annis coram antiſtite & plebe poteſt ſeruum ſuum manumittere, ſcriptura interueniente. Sal.

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad Protogenem epiſcopum.

IAMDVDVM[a] *placuit, vt in eccleſia catholica libertatem domini ſuis famulis præſtare poßint, ſi ſub aſpectu plebis adſiſtentibus Chriſtianorum antiſtitibus id faciant: vt propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiſcunque ſcriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent. Vnde à vobis quoque ipſis non immerito dandæ & relinquendæ ſunt libertates quo quiſque veſtrum pacto voluerit, dummodo veſtræ voluntatis euidens appareat teſtimonium. Datum* VI. *Idus Iunias, Sabino & Rufino Conſſ.*

[a] Vide hiſtoriã tripartitã li. 1. c. 9. vbi hoc genus manumiſſionis dicitur primũ à Cõſtantino introductũ: & tres eius ſuper ea re conſtitutiones nominantur.

Clerí

Clericis permittitur inter viuos & in vltima voluntate seruos suos manumittere, & plenam libertatem consequuntur. Salyc.

II. Idem A. Osio.

QVi religiosa[a] mente in ecclesiæ gremio seruis suis meritam concesserint libertatem, eandem eo iure donasse videantur, quo ciuitas Romana solennitatibus decursis dari consueuit. Sed hoc duntaxat his qui sub aspectu antistitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, vt cùm suis famulis tribuunt libertatem, non solum in conspectu ecclesiæ ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur, verum etiam cum postremo iudicio dederint libertates, seu quibuslibet verbis dari præceperint: ita vt ex die publicatæ voluntatis sine aliquo iuris teste vel interprete competat directa libertas. Datum Kalendas Maij Crispo II. & Constantino II. Conss.

[a] C.T.4.7.1.

DE LEGIBVS ET CONstitutionibus principum, & edictis.

TITVL. XIIII.

Iudex non debet recedere à iure scripto propter æquitatem non scriptam, nisi auctoritate principis.

I. Imp. CONSTANTINVS A. Basso præfecto vrbi.

INTER *æquitatem iusque interpositam interpretationem nobis solis & oportet & licet inspicere. Datum* III. *Nonas Decembris Sabino & Rufino Conss.*

Priuilegia non faciunt ius generale: sed in suis terminis sunt seruanda. Saly.

II. Imp. THEOD. & VALENTIN. Cæsar ad Senatum.

QVæ ex relationibus vel suggestionibus iudicantium, vel consultatione in cōmune florentissimorum sacri nostri palatij procerum auditoriū introducto negotio statuimus, vel quibuslibet corporibus, aut legatis, aut prouinciæ, vel ciuitati vel curiæ donauimus: nec generalia iura sint, sed leges faciant his duntaxat negotiis atque personis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur, notam infamiæ subituro eo, qui vel astutè ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare rescripto, nec habituro fructum per surreptionem eliciti: Et iudice, si dissimulauerit, vel vlterius litigantē audierit, vel aliquid allegandum admiserit, & sub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit triginta librarū auri condemnatione plectēdo. Dat. VIII. *Id. Nouēb. Theodosio* A. XI. *& Valentiniano Cæsare Coss.*

Leges

Leges generales debent ab omnibus obseruari: & censentur generales ex quinque vel ex signis hic positis. Bald.

III. Iidem A A. ad Senatum.

LEges vt generales ab omnibus æquabiliter in posterum obseruētur, quæ vel missæ à nobis ad venerabilem cœtū oratione conduntur, vel inserto edicti vocabulo nuncupantur: siue eas nobis spontaneus motus ingesserit, siue precatio, siue relatio, vel lis mota legis occasionem postulauerit. Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri, vel per omnes populos iudicum programmatibus[a] diuulgari: vel expressius continere, quòd principes censuerint ea quæ in certis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata componere. Sed & si generalis lex vocata est, vel ad omnes iussa est pertinere, vim obtineat edicti: interlocutionibus quas in vno negotio iudicantes protulimus, vel postea proferemus, non in commune præiudicantibus: nec his quæ specialiter quibusdā concessa sunt ciuitatibus, vel prouinciis, vel corporibus, ad generalitatis obseruantiam pertinentibus. Dat. VIII. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodosio A. XII. *&* *Valentiniano* A. II. *Conss.*

[a] al. programmate

Princeps debet viuere secundum leges: quia ex lege eius pendet auctoritas. Bal.

IIII. Iidem AA. ad Volusianum præfectum prætorio.

Digna

Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatũ se principẽ profiteri. Adeo de auctoritate[b] iuris nostra pendet auctoritas: & reuera maius imperio est submittere legibus principatum. Et oraculo præsentis edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus. Dat. III. Id. Iun. Rauennæ, Florentio & Dionysio Coss.

[b] al. de auctoritate nostra iuris pendet auctoritas.

Facere contra legem, vel in fraudem legis, paria sunt quantum ad pœnas legis.

V. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

Non dubium[a] est in legem committere eũ, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiã sæua prærogatiua verborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibẽte. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres quàm nouellas trahi generaliter imperamus: vt legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat: cætera [q;] quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere: hoc est vt ea quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit inutile esse debere quod factum est. Sed & si quid

[a] Ex lib. Nouell. Theodos. tit. 3.

quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum atque inutile esse præcipimus. Secundum itaque prædictam regulam, qua vbicunque non seruari factum lege prohibente censuimus: certum est nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec sacramentum admitti. Dat. VII. *Id. April. Constantinop. Theodosio* A. XVII. *& Festo Coss.*

*al. xvij. vt in Nouel. Theodos.

Fauorabile interpretationem non recipit, quę eum cui fauetur, lædere possit. Salyc.

VI. Iidem AA. Florentino P. P.

QVod fauore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum nolumus inuentum videri. Dat. Kalen. Aug. Theodosio* A. XVII. *& Festo Coss.*

*al. introductū est & constitutum.

Natura legis est disponere de futuro, non de præterito. Bald.

VII. Iidem AA. Cyro præfecto prætorio, & consuli designato.

LEges & constitutiones futuris certum est dare formā negotiis, non ad facta præterita reuocari: nisi nominatim & de præterito tēpore, & adhuc pendentibus negotiis cautum sit. Dat. Non. April. Constantinop. Valentiniano A. V. *& Anatolio Coss.*

Quādo cōtingit casus nouus super quo oportet statui, recurritur ad principem Bald.

VIII. Iidem AA. ad Senatum.

Humanum

HVmanum esse probamus, si quid de cætero in publica priuatáve causa emerserit necessarium, quod formam generalem & antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea tam proceribus nostri palatij, quàm gloriosissimo cœtu vestro, Patres conscripti tractari: & si vniuersis tam iudicibus, quàm vobis placuerit, tūc legata[a] dictari: & sic ea denuo collectis omnibus recenseri: & cum omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari: vt vniuersorum consensus, nostræ serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur, Patres conscripti, non aliter in posterum legem à nostra clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit obseruata. Bene enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri imperij, & ad nostram gloriam redundare. Dat. XVI. Kal. Nouemb. Aëtio III. & Symmacho Coss.

[a] legē dictari. in duobus manuscriptis.

Leges non debent ab aliquo ignorari. Bald.

IX. Impp. VALENTINIA. & MARTIA. AA. ad Palladium præfectum prætorio.

LEges sacratissimæ quæ constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debēt: vt vniuersi præscripto earum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. Si quid vero in hisdem legibus latum

fortassis

fortaßis obſcurius fuerit, oportet id ab imperatoria interpretatione patefieri, duritiámque legum noſtræ humanitati incongruam emendari. Dat. VI. Id. Feb. *Anthemio* [a] *Conſ.*

[a] aliàs, Aetio & Studio Cõſſ. rectius.

Notatur deeſſe hîc Græca conſt. in meo manuſcripto. eã Ant. Aug. ait deeſſe poſt legẽ xj. huius tituli.

Dubitatio ſuper noua lege nouiter emergẽs, debet dirimi per interpretationem conditoris. Bald.

x. Impp. LEO & ZENO AA.

CVm de nouo iure quod inueteràto vſu nõ adhuc ſtabilitum eſt, dubitatio emergat: neceſſaria eſt tam ſuggeſtio iudicantis, quàm ſentẽtiæ principalis auctoritas. Dat. X. *Kalend. Maij, Leone iuniore* A. *Conſ.*

Sententia definitiua principis, lata ſuper cauſa de qua plene cognouit, & eius declaratio, habet vim legis generalis. Salyc.

XI. Imp. IVSTINIANVS A. Demoſtheni P. P.

SI imperialis maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit, & partibus comminus conſtitutis ſententiã dixerit: omnes omnino iudices qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant hanc eſſe legem non ſolum illi cauſæ pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus. Quid enim maius, quid ſanctius imperiali eſt maieſtate? vel quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumi-

dus

*dus est, vt regalem sensum contemnat: cum & veteris iuris conditores constitutiones quæ ex imperiali decreto processerũt, legis vim *obtinere, aperte dilucidéque definiant? Cum igitur & hoc in veteribus legibus inuenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam subtilitatem *tam risimus, quàm corrigendam esse censuimus. *Definimus autem omnem imperatorum legum interpretationẽ siue in precibus, siue in iudiciis, siue alio quocunque modo factam, ratam & *indubitatam haberi. Si enim in præsenti leges condere soli imperatori concessum est: & leges interpretari, solo dignũ imperio esse oportet. Cur autem ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, & sese non esse idoneos vel sufficientes ad decisionem litis illi existimẽt, ad nos decurratur? & quare omnes ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri euenit, aures accipiunt nostræ, si non à nobis interpretatio mera procedit? Vel quis legum ænigmata soluere, & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is cui soli legislatorem esse concessum est? Explosis itaq; his * ridiculosis ambiguitatibus, tam cõditor quàm interpres legum solus imperator iuste existimabitur: nihil hac lege derogante veteris iuris conditoribus: quia & eis hoc maiestas imperialis*

*alias, legis vicem obtinere apte dilucidéque &c.

*

* scrupulositatem.

*al. ratam indubitãter haberi.

*huiusmodi.

rialis permisit. Dat. VI. Kal. Nouemb. Decio V. C. Conss.

DE MANDATIS PRINCIPVM.

TIT. XV.

Mandatum principis non potest probari nisi per scripturam. Bald.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Fusignium praefectum praetorio.

SI quis [a] adserat cum mandatis nostris secretis se venisse: omnes sciant nemini quicquam nisi quod scriptis probauerit, esse credendum: nec vllius dignitate terreri, siue ille tribuni siue notarii, siue comitis proferat dignitatem: sed sacras nostras literas esse quaerendas. Dat. XVI. Kalend. Iul. Heracleae, Merobaude II. & Saturnino Conss.

[a] C. T. I. 3. I.

II. Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Βανδαλικὸς, Ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, ἄυγουστος.

ΗΔΗ μὲν ἐν τῷ γενικῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας νόμῳ πάντα διηγόρευται, ἐφ' οἷς

προσήκειν ἐστὶ τοὺς τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντας, ταύτας διοικεῖν, μεμνημένους τῶν ὅρκων ὧν ἐπὶ τούτοις παρέχουσιν. ἀναγκαῖον δὲ ὅμως ᾠήθημεν καὶ νῦν παραλαμβάνοντί σοι τὴν ἀρχὴν ἐπισκῆψαι τὰ πρέποντα, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ τοῖς προγόνοις τῆς πολιτείας ἡμῶν ἐξευρημένον, οἱ τοῖς εἰς τὰς ἀρχὰς στελλομένοις ῥητὰ παρεῖχον παραγγέλματα, (mandata principis αὐτὰ καλοῦντες) καθάπερ ἐχρῆν αὐτοὺς διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς.

Κεφ. α. Δεῖ τοίνυν σε καθαρῶς παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχήν, καὶ δόσεως ἁπάσης χωρίς, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων καθαρὰς φυλάττειν θεῷ τε καὶ ἡμῖν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας, καὶ μηδενὸς ἅπτεσθαι κέρδους, μήτε μείζονος, μήτε ἐλάττονος. μηδὲ σεσοφισμένην τινὰ ποιεῖσθαι κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐμπορίαν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου σοὶ χορηγουμένοις. καὶ διά τε σαυτοῦ διά τε τῶν περί σε καθαρὸν αὐτοῖς πανταχόθεν φυλάττειν τὸ δίκαιον. καὶ σπεύδειν πρῶτον μὲν τοὺς δημοσίους φόρους ἀπαιτεῖν ἀγρύπνως, μηδὲν ἐλλείποντα τῆς περὶ τὸ δημόσιον προνοίας, ἀναζητοῦντα μήτι τὸ δημόσιον ἐλάττωται, καὶ περιποιεῖν αὐτῷ πανταχόθεν τὰ οἰκεῖα. ὥσπερ γὰρ τοῖς ἰδιώταις ἀδικουμένοις βοηθοῦμεν, οὕτω καὶ τὸ δημόσιον ἀνεπηρέαστον μένειν βουλόμεθα. οἱ γὰρ δὴ συντελεσταί, πάσης ἄλλης ἐπηρείας ἐλεύθεροι φυλαττόμενοι, ῥᾳδίως τε καὶ ἐκ προχείρου καταθήσουσι

θήσουσι τοὺς φόρους. καὶ ὥσπερ εἰς κλοπὰς πρότε-
ρον διδόντες, ἔμενον ὑποφείλοντες ἔτι τὰ δημό-
σια, ταῦτα νῦν αὐτοῖς τοῖς δημοσίοις τιθέντες,
ἀπαλλαγήσονται ῥᾳδίως τῶν ἐπὶ τοῖς φόροις
ὀφλημάτων.

Κεφ. β.

Ἔπειτα προσῆκόν ἐστι σε προνοεῖν τοῦ μὴ τοὺς
δήμους τῶν πόλεων ἐν ἀλλήλοις στασιάζειν, ἀλλὰ
πᾶσαν εἰρήνην εἶναι ταῖς πόλεσιν, ἐκ τοῦ τὴν
ἰσότητα κἀνταῦθα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις φυ-
λάττειν. καὶ μήτε κέρδους, μήτε πάθους τινὸς ἕνε-
κεν πρός τι τῶν μερῶν ἀποκλίνειν.

Κεφ. γ.

Ἔστω σοὶ καὶ τρίτον σπούδασμα, τὸ τῶν δικῶν
μετὰ πάσης ἰσότητος ἀκροᾶσθαι, καὶ τὰς μὲν
βραχυτέρας, καὶ ὅσαι μάλιστα τῶν εὐτελεστέρων
εἰσίν, ἀγράφως τέμνειν τε καὶ κρίνειν, καὶ ἀ-
παλλάττειν ἀνθρώπους τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλο-
νεικίας, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς μηδὲν περαι-
τέρω τῶν περιεχομένων τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει,
προφάσει δικαστικῶν δαπανημάτων, ζημιοῦ-
σθαι. εἴγε ὅλως ἱκανοὶ πρὸς δόσιν καθεστᾶσιν.
ἐπεί τοιγε καὶ προῖκα τῶν δικῶν ἀκροάσασθαι,
καὶ μὴ συγχωρεῖν ἐκ ῥᾳθυμίας τοὺς τῆς ἐπαρ-
χίας, ἧς ἄρχεις, εἰς ταύτην τρέχειν τὴν εὐδαί-
μονα πόλιν, καὶ ἡμᾶς ἐνοχλεῖν. ἴσθι γὰρ ὡς εἴ τις
ἔλθοι καὶ προσέλευσιν ἡμῖν ποιήσοιτο, καὶ παρ' ἡ-
μῶν ἐρωτώμενος εἰ πρότερόν σοι προσῆλθεν,
εἶτα φήσειε καὶ προσελθεῖν καὶ τοῦ δικαίου μὴ
τυχεῖν, καὶ τοῦτο ἀληθὲς εὕροιμεν, εἰς σὲ τὴν
ἀγανάκτησιν τρεψόμεθα. εἰ μέντοι μὴ προσελ-

θών σοι, παραγίνεσθαι τῇ βασιλίδι ταύτῃ θαῤ-
ῥήσει πόλει, καὶ ἀντιπεμψόμεθα αὐτὸν σὺν ἐπι-
τιμήσει πάσῃ, καὶ ἀποκρίσεως οὐ μεταδώσομεν.

Κεφ. δ. Ἔπειτα προσῆκόν ἐστί σε, καὶ τοὺς ἐντεῦθεν
φοιτῶντας, εἴτε μαγιστριανοὺς, εἴτε δὴ οἱουδήποτε
δικαστηρίου, μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, μηδὲ ὑπερ-
πράττειν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους. ἀλλ᾽ εἴ τις
προσέλθοι τοιοῦτό τι μεμφόμενος, τοῦτο καὶ
ἐπεξιέναι καὶ τὸ ἀζήμιον αὐτοῖς περιποιεῖν. καὶ
μηδὲ συγχωρεῖν τινὶ προτεινομένῳ προστάξεις
οἱουδήποτε δικαστηρίου (ταύτας δὴ τὰς δὴ ἔθους
φοιτώσας, ὀλκῶν τε ὕδατος ἕνεκεν, καὶ λιμέ-
νων καὶ ὁδοστρωσιῶν, καὶ γεφυρῶν, καὶ εἰκόνων,
καὶ τειχῶν, καὶ οἰκημάτων καταστροφῆς, ὡς ἐν
δημοσίῳ τόπῳ γινομένων, ἢ ἑτέρων τοιούτων)
ζημιοῦν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους. οὐ γὰρ βουλόμεθα,
οὐδὲ κατὰ τοιαύτην πρόφασιν, οὐδεμίαν αὐ-
τοῖς ἐπάγεσθαι ζημίαν. αὐτὸς δὲ ἁπάντων τού-
των προνοήσεις, ζημίας ἅπαντα πράττειν χωρίς.
εἰ δέ τις τοιοῦτό τι προστεταγμένος ἔλθοι,
παντελῶς οὐ προσέξεις αὐτῷ. πλὴν εἰ μὴ θεῖον
ἡμέτερον πραγματικὸν δείκνυσι τύπον ὑπὲρ
τούτων γεγραμμένον. καὶ τότε γε μὴν δέξῃ μὲν
τὸν τοιοῦτον τύπον, οὐ μήν τι πράξεις δὴ αὐτοῦ,
πρὶν ἂν εἰς ἡμᾶς μηνύσας, δευτέραν ὑπὲρ τού-
των ἐπιτροπὴν ἡμετέραν προσλάβοις. ¶ Ἀλλὰ
καὶ τῆς ἀφθονίας τῶν ἐπιτηδείων καὶ τῶν ἔργων
τῆς πόλεως ἐπιμελήσῃ, παρασκευάζων ἐκ τῶν πολι-
τικῶν χρημάτων αὐτοὺς, ἅτε πατέρας, τὰ
ἀναγ

ἀναγκαιότατα τῶν ἔργων ποιεῖν. καὶ γεφυρῶν
ὁμοίως καὶ ὁδῶν, καὶ λιμένων (ἐν οἷς ὅλως εἰσὶ τό-
ποις τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχεις, λιμένες) καὶ τειχῶν
ἐπιμελεῖσθαι. καὶ εἴ τι ὅλως ἐστὶ τῷ δημοσίῳ καὶ
ταῖς πόλεσι συμφέρον, βουλεύσῃ τε καὶ πράξεις καὶ
2 μηνύσεις. ¶ Ἕξεις δὲ ὑπακούοντάς σοι καὶ τοὺς
κατὰ τὴν ἐπαρχίαν στρατιώτας, ἐν οἷς ἂν αὐ-
τῶν χρῄζοις εἰς ὑπουργίαν δικαίαν. οὓς εἰ πλημ-
μελοῦντας εὕροις, ὑποθήσεις σωφρονισμῷ πρέ-
ποντι. καὶ πρός γε ἐκ τῶν σιτήσεων αὐτῶν τὸ ἱκα-
νὸν γενέσθαι τοῖς ἠδικημένοις παρασκευάσεις.

Οὐ συγχωρήσεις δὲ προνομίοις τισὶ χρῆσθαι Κεφ. ι.
τοὺς ἀδικοῦντας. ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον αὐτοῖς εἰς
βοήθειαν φυλάξεις, τὸ πανταχόθεν καθα-
ροὺς τῶν ἐπαγομένων καὶ ἀνευθύνους φανῆναι.
φόνους δὲ καὶ μοιχείας καὶ παρθένων ἁρπαγὰς
καὶ ἐφόδους καὶ ἀδικίας οὕτω μετὰ σφοδρότητος
μετελεύσῃ, κολάζων τοὺς ἁμαρτάνοντας, κατὰ
τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὡς τῇ κατ' ὀλίγον τιμωρίᾳ
1 τοὺς ἄλλους ἅπαντας σώζειν. ¶ Μάλιστα δὲ τῶν
ταξεωτῶν τῆς σαυτοῦ κρατήσεις, οὐκ ἐφιεὶς αὐ-
τοῖς τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους λεηλατεῖν,
οὐδὲ δοκεῖν μὲν ἄρχεσθαι παρὰ σοῦ, ταῖς ἀλη-
2 θείαις δὲ σῆς ἄρχειν γνώμης. ¶ Σπεύσεις δὲ καὶ
πάρεδρόν καὶ εἴ τις ἐστὶ τῶν περί σε, λαμβάνειν
ἄνδρα χρηστὸν, καὶ καθαρεύοντα πανταχόθεν,
καὶ ἀρκούμενον τοῖς παρὰ τοῦ δημοσίου. καὶ
εἰ δέ γε τις παρ' ἐλπίδας γένοιτο, καὶ οὐχ εὕροις αὐ-
τὸν φυλάττοντά σοι πίστιν δικαίαν, τῶν μὲν

καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάξεις. οὐ γὰρ τῶν τὰ τοιαῦτα ἁμαρτανόντων φείδεσθαι προσήκει, ἀλλὰ τῶν περιιόντων, ἵνα μὴ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν τολμηροτέρων πάσχοιεν. ἄλλως τε οὐκ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια οὐ τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις δέδοται παρὰ τοῦ νόμου. καὶ οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ἑκάτερον ἰσχυρίζεσθαι τῇ παρὰ τῶν ἀσύλων τόπων ἀσφαλείᾳ, καὶ τὸν ἀδικοῦντα καὶ τὸν ἀδικούμενον.

1 ¶ Τὰς δὲ τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεις καὶ ἔνδον τῶν ἱερῶν γίνεσθαι μετὰ τοῦ πρέποντος παρασκευάσεις. ἐπειδήπερ ὁ τῶν δημοσίων λόγος καὶ στρατιώταις καὶ ἰδιώταις, καὶ αὐτοῖς τε τοῖς ἱεροῖς καὶ ὅλῃ τῇ πολιτείᾳ συμφέρων τε καὶ ἀναγκαιότατός ἐστιν. ἐπαμυνοῦσι δέ σοι πρὸς τοῦτο οἱ θεοφιλέστατοι τῶν ἐκκλησιῶν ἔκδικοι καὶ οἰκονόμοι, οὐδένα τῶν τοὺς δημοσίους φόρους κατὰ χώραν ἀπαιτουμένων ἀφαιρούμενοι τῆς εἰσπράξεως. ἀλλ' οὐδὲ συγχωροῦντες βίαιον ἢ στασιῶδές τι παθεῖν τοὺς τὸν ἐκβιβασμὸν ἐπάγοντας, γινώσκοντας ὡς εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, οἴκοθεν τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι τῷ δημοσίῳ καταναγκασθήσονται.

Κεφ. η.

Ἀναγκάσεις δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας, ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα ἐφ' οἷς αὐτὰς διδόασι. τουτέστι τό, τε ποσὸν τῶν ζυγοκεφάλων, ἢ ἰούγων, ἢ ἰουγαλίων, ἢ ὅπως δήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῖεν. καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτοῦσι, καὶ τὸ τῶν διδομένων ποσὸν, εἴτε ἐν εἴδεσιν, εἴτε

ἐν χρυσίῳ, ἀπειλῶν αὐτοῖς καὶ ζημίαν μεγάλην, καὶ χειρὸς ἀφαίρεσιν, εἰ τὸ παραγγελλόμενον μὲν ἀεὶ, μέχρι δὲ νῦν μὴ φυλαχθὲν, μὴ τοῦ λοιποῦ γοῦν πᾶσι φυλάξαιεν τρόποις. εἰ δὲ, ὡς εἰκὸς, ἀποφυγὴν ἐξεύροιέν τινα, λέγοντες μὴ δύνασθαι τὴν τῶν ἔργων ἐντιθέναι πιστότητα, μάλιστα μὲν κακουργεῖν αὐτοὺς νομίζομεν, πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ἐντεῦθεν βλαπτέσθω μηδὲ τὸ δημόσιον, μηδὲ οἱ συντελεῖς. τὸ μὲν γὰρ δημόσιον ἀπροκρίτως ἅπαντα τὰ οἰκεῖα λαβέτω, καὶ τὰς ἐξ ἔθους γινομένας ἀποδείξεις λαμβανέτωσαν οἱ ταῦτα κατατιθέντες, μηδὲν ἀπαιτούμενοι πλεῖον. πρᾶγμα δὲ μηδ' ὁτιοῦν καταβλαπτέσθω. καὶ ἡ μὲν κατὰ τὸ σύνηθες συντέλεια καταβαλλέσθω παρ' αὐτῶν, καὶ εἰσφερέσθω τῷ δημοσίῳ, μηνυέσθω δὲ εἰς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ὑπάρχους τὰ περὶ τούτων, πρότερον ἀναγκαζομένων τῶν κηνσιτόρων τὰς καλουμένας ἐκθέσεις ἀκριβεῖς διδόναι, ὡς τὸ ἐκεῖθεν γίνεσθαι τὴν τοῦ πράγματος διάκρισιν. οὕτω τέως τῶν κατὰ συνήθειαν διδομένων δημοσίων, ἀμέμπτως εἰσκομιζομένων ὅπερ ἂν (ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις) οἱ ἐνδοξότατοι ἡμῶν ὕπαρχοι κρίνοιεν ἐπὶ τοῖς στασιαζομένοις, τοῦτο κρατεῖν. ἀνάγκην ἐχόντων τῶν πρακτόρων, μετὰ τὸ γνωσθῆναι τὴν ἀλήθειαν τὴν ἐπὶ τοῖς ζητουμένοις, καὶ ἐπ' ἐκείνοις τοῦ λοιποῦ τὸ ποσὸν τῶν ὄντων ζυγοκεφάλων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν ἤδη διατεταγμένον,

ς ταῖς ἀποδείξεσιν ἐντάττειν. ¶ Οὐ συγχωρήσεις δὲ ἢ βουλευταῖς, ἢ κηνσουαλίοις, ἡνίκα πράσεις γίνονται χωρίων, ἢ ἄλλως διανεμήσεις, καὶ εἰς ἕτερα πρόσωπα μεθίστανται κτήσεις, διαστροφαῖς χρῆσθαί τισι, καὶ μὴ μετατιθέναι παρὰ τῶν πωλησάντων εἰς τοὺς ἀγοραστὰς τὰ χωρία. ἀλλ' ἀναγκάσεις αὐτοὺς ἐκ τρόπου παντὸς ποιεῖσθαι τὰς μεταθέσεις, ζημίας χωρίς. εἰ δὲ φήσαιεν ἀπόρους εἶναι τοὺς ἀγοραστὰς, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ποιεῖν τὴν μετάθεσιν, αὐτὸ τοῦτο ἐξετάσεις χωρὶς τῆς οἱασοῦν ζημίας. καὶ εἰ μὲν εὐποροῖεν οἱ ἀγορασταὶ, ἀναγκάσεις τοὺς τῶν δημοσίων προεστῶτας πᾶσι τρόποις καὶ χωρὶς τῆς οἱασοῦν ζημίας ποιήσασθαι τὴν μετάθεσιν. εἰ δὲ ταῖς ἀληθείαις αὐτοὺς εὕροις οὐ σφόδρα εὐπόρους, ἀναγκάσεις τοὺς πράτας αὐτὸ τοῦτο ὁμολογῆσαι ἐν ὑπομνήμασιν, ὅτι κινδύνῳ αὐτῶν ἡ μετάθεσις γίνεται τῶν δημοσίων φόρων εἰς τοὺς παρ' αὐτῶν ἐωνημένους (τοῦτο ὅπερ ἐπὶ τῆς ἑῴας ἴσμεν ἐν πολλοῖς γινόμενον ἔθνεσιν) οὕτω γὰρ οὔτε τὸ δημόσιον βλαβήσεται, καὶ οἱ δημόσιοι φόροι παρὰ τῶν νεμομένων εἰσκομισθήσονται. ὅπως ἂν μὴ ἕτεροι μὲν εἶεν οἱ νεμόμενοι, ἕτεροι δὲ οἱ συντελοῦντες. δεῖ γὰρ μάλιστα κατὰ τῶν νεμομένων φέρεσθαι τὰς συντελείας, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τῶν μὴ κατεχόντων, μήτε νεμομένων τὰ γήδια.

Ἐκεῖνο μέντοι σε βουλόμεθα γινώσκειν, ὡς εἰ ποτέ σε προστάξαιμεν εἰς ἑτέρας ἴσως παραγίνεσθαι σε χώρας, προσῆκόν ἐστιν ἀρκούμενόν σε Κεφ. ϛ.

τοῖς ἀπὸ τοῦ δημοσίου φιλοτιμηθεῖσι, μὴ προΐκας δαπανᾶν, μηδὲ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐπιτρίβειν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἂν ἐδαπάνας, ἐξ αὐτῶν καὶ εἰς ἑτέρας γινόμενον χώρας ποιεῖσθαι τὰς δαπάνας. μηδὲ ἀγγαρείαις τοὺς συντελεστὰς ἐπιτρίβοντα, μηδὲ σε, μηδὲ τὴν πειθομένην σοὶ τάξιν, ἀλλ' οἰκείοις μὲν ὑποζυγίοις, οἰκείᾳ δὲ δαπάνῃ ποιεῖσθαι τὴν πορείαν. αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου, κἂν εἰ μὴ ὑπερόριος γίνοιο, ἀλλὰ τὰς τῆς ἐπαρχίας, διά τινας πρόφασιν ἀναγκαίαν, περινοστοίης πόλεις.

Κεφ. ι. Τοὺς γὰρ δὴ καλουμένους τοποτηρητὰς διδόναι τοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι τῆς ἐπαρχίας ἧς ἡγοῦνται (κἂν εἰ spectabiles, κἂν δὲ λαμπρότατοι, κἂν εἰ ἡγεμόνες ὦσιν) πᾶσιν ἀπαγορεύομεν τρόποις. ἀλλὰ μηδὲ εἰ στρατιῶται τινὲς ἕποιντό σοι, μηδὲ ἐκείνοις προῖκα συγχωρεῖν δαπανᾶν, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων σιτήσεων. εἰ δὲ μὴ τοῦτο πράξαιεν, ἀλλ' ἐκ τῶν συντελεστῶν δαπανήσαιεν, καὶ ἀγγαρείας λάβοιεν, πᾶν ὅσον ἂν ζημιοῖτο τὸ ὑπήκοον, τοῦτο ἐκ τῶν αὐτῶν σιτήσεων εἰσπράξας, οἰκείῳ κινδύνῳ τοῖς ἠδικημένοις ἀποσώσεις.

Κεφ. ια. Οὐ μὴν οὐδὲ προφάσει θρησκειῶν τι καὶ αἱρέσεων ζητήσεως, συγχωρήσεις τινὶ τὴν ἐπαρχίαν λυμαίνεσθαι, ἢ ἄλλως τοιαύτην τινὰ πρόσταξιν ἐγχειρισθῆναι ἐπὶ τῆς χώρας ἧς ἄρχεις. αὐτὸς δὲ προνοήσεις μετὰ τοῦ προσήκοντος καὶ τοῦ συμφέροντος τοῖς δημοσίοις, καὶ

τοῦ

τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀνερευνᾶν, καὶ μὴ συγχωρεῖν τι παρὰ τὰς ἡμετέρας γίνεσθαι προστάξεις προφάσει θρησκειῶν. εἰ δὲ κανονικὸν εἴη τὸ ἐπιζητούμενον, ἅμα τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας ταῦτα διακρίνειν, εἴτε ἐπίσκοποι ἀμφισβητοῖεν, εἴτε ἕτεροί τινες, καὶ τῷ πράγματι διδόναι θεοφιλῆ τε καὶ πρέποντα ὅρον. ὃς καὶ τὴν πρέπουσαν τιμὴν τῇ ὀρθοδόξῳ φυλάξει πίστει, καὶ τὸ ἀζήμιον περιποιήσει τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι τὸ ἀνεπηρέαστον φυλάξει.

Δεῖ δέ σε καὶ τούτου πᾶσαν τίθεσθαι πρόνοιαν, ὥστε, ἡνίκα τις ἄξιος φανείη ποινῆς, ἐκεῖνον μὲν κολάζειν, τῶν δὲ πραγμάτων αὐτοῦ μὴ προσάπτεσθαι, ἀλλὰ συγχωρεῖν ταῦτα τῷ γένει καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῇ κατ' ἐκεῖνον φέρεσθαι τάξει. οὐ γὰρ τὰ πράγματά ἐστι τὰ πλημμελοῦντα, ἀλλ' οἱ τὰ πράγματα κεκτημένοι. οἱ δὲ ἀντιστρέφοντες τὴν τάξιν, τοὺς μὲν ἀξίους ποινῆς ἀφιᾶσι, τὰ δὲ ἐκείνων ἀφαιροῦντες πράγματα, ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν τιμωρούμενοι, οὓς ὁ νόμος ἴσως ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἐκάλει διαδοχήν. — Κεφ. ιβ.

Προστασίας δὲ ἀδίκους, ἃς μανθάνομεν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις γίνεσθαι, πᾶσι μετελεύσῃ τρόποις. οὐ συγχωρῶν οὐδενὶ τοὺς ἑτέρων βίους ἐνεργολαβεῖν, οὐκ οἰκειοῦν ἑαυτῷ τὰ χωρία τὰ μηδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα, οὐκ εἰς τὴν ἑτέρων βλάβην ἐπαγγέλλεσθαι προστασίαν, οὐχ ὅπως ἂν ἀποστεροῖεν τὸ δημόσιον, τὴν — Κεφ. ιγ.

ἐπ

ἐπ' αὐτὸ ἰσχὺν ἀντιτάττειν. ἀλλὰ μηδὲ ἔστω σοὶ φροντὶς, ὁποίας ἂν ἔχῃ οἱ ταῦτα πράττοντες δεσποτείας. ἀρκεῖ γὰρ σοὶ διὰ πάντων πρὸς τελεωτάτην ἰσχὺν, ὅτε νόμος, ἥτε τῆς βασιλείας εὐμένεια.

Κεφ. ιδ. Ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰσδεχομένους ἀλλοτρίους γεωργοὺς, οὕτω μισήσεις, οὕτως ἀναγκάσεις θᾶττον ἀπολῦσαι τοὺς ληφθέντας κακῶς, ὡς εἰ μέχρι πολλοῦ μείναιεν ἀπειθοῦντες, ἅπαν ὅσον ἄπορον τῆς ἐπαρχίας ἐστὶ, τοῦτο ταῖς ἐκείνων κτήσεσιν ἐπιθήσεις. εἰ δὲ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις οἱ γεωργοὶ λέγονται καθεστάναι, γράμμασι χρήσῃ δημοσίοις πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων ἡγουμένους, ὥστε αὐτοὺς τοὺς ἐν αὐταῖς πεφευγότας γεωργοὺς συνομολογοῦντας ἢ ἐλεγχομένους παραδίδοσθαι τοῖς κεκτημένοις, καὶ ἐπανάγεσθαι πρὸς τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχεις, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας σφοδρότερον μετιέναι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ. προσῆκον γάρ ἐστι τὸν τὰ τοιαῦτα σπεύδοντα, τὸ ἐντεῦθεν ἄτοπον καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐλάττωσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας μαθεῖν, ὅπως ἂν ἐλαττούμενος γινώσκοι πόσον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν τε καὶ πλημμελεῖν εἰς ἑτέρους. τοῦτο δὲ πράξεις, εἴτε οἱ τὰ χωρία κεκτημένοι κατὰ χώραν εἰσὶν, εἴτε τινῶν ἑτέροις προσηκόντων φροντισταὶ καθεστήκασιν. δεῖ γὰρ καὶ τοὺς κεκτημένους, ἐκεῖνα μόνον ἔχειν ἅπερ αὐτοῖς δίδωσιν ὁ νόμος, καὶ τοὺς προνοοῦντας τῶν ἀλλοτρίων, ἐκείνων προΐστασθαι μόνον ἅπερ κατὰ μίσθω-

σιν

σιν ἢ καθ' ἕτερον νόμιμον αὐτοῖς παραδέδοται τρόπον. τὸ δὲ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ προνοεῖν μὲν ἑτέρων, ἀδικεῖν δὲ ἄλλους, καὶ ἑαυτοῖς κέρδος ἀσεβὲς ἐντεῦθεν πορίζειν.

Κεφ. ιε.

Σανίδας δὲ ἐπιτιθέναι χωρίοις ἀλλοτρίοις, ἢ ἐργαστηρίοις ἐν πόλεσι διακειμένοις, καὶ ἐπιγράφειν τὰς ἑαυτῶν προσηγορίας, οὕτω τοῖς τολμῶσιν ἐπικίνδυνον καταστήσεις, ὡς γινώσκειν ὅτι ταῦτα πράττοντες, αὐτοὶ τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν προσάψουσι τῷ δημοσίῳ. εἰ γὰρ πρᾶγμα μόνῃ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ δημοσίῳ διδόμενον πειρῷτό τις ὑφαρπάζειν, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μανθανέτω τὴν πεῖραν. καὶ τοῖς αὐτοῦ πράγμασι τίτλων ἐπιτιθεμένων δημοσίων, γινέσθω τοῖς ἄλλοις παράδειγμα σωφροσύνης· οἵπερ εἰ τῶν αὐτῶν ἅψαιντο κακῶν, ταῖς ὁμοίαις ποιναῖς ὑποκείσονται. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα φυλάξεις, γινώσκων τὴν ἡμετέραν περί σε προαίρεσίν τε καὶ γνώμην, ὁποία μέν τις ἔσται πλημμελοῦντός σου, ὁποία δὲ εὐδοκιμοῦντος, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀκολουθοῦντος παραγγέλμασί τε καὶ νόμοις.

Κεφ. ιϛ.

Αμα δὲ ἐπιβαίνης τῆς χώρας, συγκαλεσάμενος ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ μητροπόλει καθεστῶτας (φαμὲν δὲ τόν τε θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον, τόν τε εὐαγῆ κλῆρον· τούς τε ἐν τέλει τῆς πόλεως) ἐμφανῆ καταστήσεις ταῦτα ἡμῶν τὰ θεῖα παραγγέλματα ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων. καὶ προθήσεις τὸ ἰσότυπον

αὐτῶν

ἀυτῶν δημοσίᾳ ὀ μόνον ἐπὶ τῆς μητροπόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἐπαρχίας πόλεσι, πέμπων αὐτὰ διὰ ταξεωτῶν σῶν, ζημίας χωρίς. ὥστε ἅπαντας γινώσκειν ἐφ' οἷς παρείληφες τὴν ἀρχὴν, καὶ ὁρᾶν εἰ ταῦτα φυλάττεις, καὶ τῆς ἡμετέρας ἄξιον σαυτὸν ἀποδεικνύῃς κρίσεως.

Κεφ. ιϛ. *Ταῦτα γὰρ φυλαττόμενα παρὰ σοῦ, ποιήσει σοὶ τὴν παροῦσαν ἀρχὴν χρονιωτέραν τε καὶ ἐνκλεεστέραν, εἴ γε, πρὸς τοῖς ἄλλοις, μηδὲ ὁπλοφορεῖν τῶν οὐχὶ στρατιωτῶν τινὶ συγχωρήσεις. ταῦτά σε θεῷ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ἡμῖν προσφιλῆ καταστήσει. κἀκεῖνο δὲ προνοήσεις, ὥς τε εἴ τις τῶν τοὺς δημοσίους θορύβους ἀνιστάντων, πειραθείη ποτὲ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ἀποφυγεῖν, ἢ μόνος ἢ καὶ μεθ' ἑτέρων, καὶ γενέσθαι κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχεις, ἀνιχνεῦσαι τὰ περὶ τούτου, καὶ ἐξετάζειν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ καθιστᾶν, καὶ μηνύειν ἐνταῦθα, εἰ τῶν πολλάκις ἐπιζητουμένων εἴη προσώπων· ὥς τε καὶ ἄγεσθαι κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν, καὶ ποινὰς ὑπέχειν ἃς ὁ νόμος ἐπὶ τῶν τοιούτων διατάξει.*
D. XVI. *Kal. Maij Constantin. Bilis*, V.C. *Conf.*

Eadem Latinè.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri Imperator Cæsar Fla. Iustinianus Alamanicus Gotthicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Vandalicus Africanus, pius felix

lix gloriosus victor triumphator semper adorandus Augustus.

IAm quidem in generali nostræ pietatis lege omnia declarata sunt, in quibus conueniens est administrationes accipientes, eas gubernare, memorantes iusiurandũ quod super his præstatur. Necessarium tamen existimauimus etiam nũc percipienti tibi administrationem, designare quod à genitoribus reipublicæ nostræ adinuẽtum est: qui ad administrationes directis certa præcepta dabant, mãdata principum ea vocantes, secundũ quæ oportere eos gubernare administrationes.

Oportet igitur te purè sumentem administrationem, & sine omni suffragio, præ omnibus aliis mundas seruare Deo nobísque & legi manus, & nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus, neque captiosum quiddam contra subiectos facere negotiatione: sed contentum esse solis à fisco tibi ministratis, & tã per te, quàm per eos qui circa te sunt, purum eis vndiq; seruare ius: & festinare. Primùm quidem fiscalia tributa exigi vigilanter, nihil deminuẽs circa publicam curam requirere, ne fortè fiscus inde minuatur, Cap. 1.

tur, & ſaluare ei vndique quæ propria ſunt. Sicut enim priuatos iniuſtitiam paſſos adiuuamus, ſic & publicum illæſum manere volumus. Collatores namque omni alia calũnia liberi conſeruati, facilè & in promptu ſoluent tributa: & qui in furta prius dantes, manebant debentes adhuc fiſcalia, ex nunc ipſis fiſcalibus exſoluentes liberabunt facilè ſe tributis.

Cap. II. Deinde conueniens eſt te prouidere, vt nulli populi ciuitatum alterutris ſeditiones faciant, ſed omnem pacem eſſe Dei ciuitatibus, dũ æquitas etiam hinc noſtris ſubiectis ſeruatur, & neque lucri neque paſſionis alicuius cauſa ad aliquam partium declinatur.

Cap. III. Sit tibi quoque tertium ſtudium, lites cum omni æquitate audire, & omnes quidem breuiores, & quæcunque maximè viliũ ſunt, ex nõ ſcripto decidere, & iudicare, & liberare omnes alterna contentione, & non permittere nihil vltra quàm continetur ſacra noſtra cõſtitutione, occaſione cauſalium expenſarum damnificari, ſi tamen ſufficientes in datione conſiſtant: alioqui etiam gratis lites audire, & non permittere ex negligentia de prouincia

alic

alicuius præsidis quemquam ad hanc currere fœlicissimam ciuitatem,& nobis molestum esse. Scito namque quia si quis veniat, & aditionem nobis faciat,& à nobis interrogatus si prius te adiit, deinde te dicat adiisse, & quod iustum est non impetrasse, & hoc verũ inueniamus:in te indignationem conuertemus.Si verò cum te non adierit, venire ad hanc regiam præsumpserit ciuitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & responsum non dabimus.

Cap. IIII.

Deinde competens est te etiam hinc venientes,siue ex magisteriano,siue ex quolibet foro,non permittere lædere, nec superexigere subiectos nostros. Sed si quis adierit tale aliquid questus:hoc & exequi,& indemnitatem ei procurari, & neque permittere alicui proferenti præcepta cuiuscunque fori, hæc videlicet quæ solenniter diriguntur,formarũ etiam aquæ causa, & portuum,& itinerum sternendorũ,& imaginum, & murorum, & domuum destructionis tanquam in publico factæ, & aliorum talium, dãnificare nostros subiectos.Non enim volumus nec per talem causam vllũ eis inferri dãnum.

Ipſe verò omnium horum prouidebis ſine dãno omni geſtum. Si quis autem cui tale aliquid iuſſum eſt, veniat: omnino non reſpicias eum, niſi ſacrã noſtram pragmaticam oſtendat formam pro hoc ſcriptam. tunc ſuſcipiens quidem talem formam: nõ autem aliquid agens ex ea antequam ad nos nũcians, ſecundã præceptionẽ nõſtrã ſuſcipias.

¶ Sed etiam pro vbertate neceſſariorum, & operum ciuitatũ diligentiã habebis, procurans ex ciuilibus pecuniis patres* quæ valde neceſſariæ ſunt operum facere, & pontiũ, ſimiliter & viarũ, & portuum, in quibus omnino ſunt locis prouinciæ cui præſides: portuúmq; & murorum curã habebis: & quicquid omnino eſt publico, & ciuitatibus vtile, & cogitabis, & facies, & nunciabis. 2

*Senatores intelligit, ſ. decuriones. Antea partes, peſſimè.

¶ Habebis autẽ obedientes tibi & qui in prouincia ſunt milites, in quibus eorum opus habueris ad miniſterium iuſtum. Quòd ſi delinquẽtes inueneris: ſub omni caſtigatione decẽti inſuper ex emolumentis eorum ſatisfieri læſis procurabis. 2

Cap. v.

Non permittás priuilegiis aliquibus vti nocẽtes: ſed illud ſolũ eis in auxilium obſeruabis, vt vndiq; pueri horũ

quæ

quæ eis inferuntur, innoxij videantur. Homicidia aũt, & adulteria, virginũq; direptiones, & inuasiones, & oppressiones, ita cũ vehemẽtia corrige, puniens delinquentes secundũ nostras leges, vt paulatim suppliciũ alios omnes faciat 1 saluos. ¶Præcipuè verò officiales tuos retinebis, non permittẽs eis subiectos nostros deprædari: neq; vt illi officiales videãtur quidẽ subiecti tibi, pro ve 2 ritate autẽ tuæ præsint volũtati. ¶Festinabis etiam consiliariũ & quicũq; fuerit circa te, assumere virũ optimum, & purum vndiq;, & contentũ iis quæ à fisco dãtur. & si quid præter spem accesserit, & non inueneris eũ custodiẽtem tibi fidem iustã: illum quidẽ expelles: alio verò vtêris consiliario, legem & iustitiam cum puris seruãte manibus. 3 ¶Talem verò præbebis temetipsum omnibus & publicè, & priuatim, vt terribilis quidẽ sis delinquentibus, & indeuotis circa fiscalia: mansuetissimus aũt & mitis omnibus placidis & deuotis, & paternã eis exhibẽs prouidẽtiã.

Sed neque hæc quæ dicuntur verba Cap. VI. fidem, iusiurandum promptè dare festines, in amplius tempus: sed & cum examinatione in tempore mediocri, &

non transcendēte triginta dierum inducias, ne ex hoc infinitæ sint hominibus adinuicem contentiones. Si verò etiam aliquem sub nuncupato verbo feceris: deinde aliquis adierit aduersus eum: deduces quidem eum, custodiēs datum ei verbum: & examinabis negotium, verbo vbique seruato. & si etiam contra eũ sententia necessaria sit, cōdēnabis eum: & duorũ propones electionem, vtrũ velit dato verbo absolutè abrenũciare, & agere quæ iudicata sunt, an non. Certè si hoc non: facris eũ terminis restitues, & ibi executionem inferes temperatè, & cum debita venerabilibus locis reuerentia.

Cap. VII. Neque autem homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquētibus terminorum[a] custodies cautelam: sed etiam inde extrahes, & supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus: vt non talia à prçsumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed læsis datur à lege: & non erit possibile vtrumque tueri cautela sacrorum locorum, & lædentē, & læsum. ¶ Publicorum verò tributorum exactiones etiã

[a] τῶν ὅρων. sic etiã terminos vertit Iulianus. Cõt.

intra

intra templa decẽter fieri procurabis: quoniam fiscalium ratio & militibus, & priuatis, ipsísq; tẽplis, & cunctę reipublicæ vtilis & necessaria est. Auxiliabuntur autẽ tibi ad hoc etiá deo amabiles ecclesiarũ defensores, & œconomi: nullũ horũ qui fiscalia tributa exiguntur, abripientes exactioni, sed neq; permittentes violentũ aut seditiosum aliquid pati exactionem inferentes: scientes quia si quid tale gesserint, de suo satisfacere fisco cogentur.

Coges autem publicos exactores in suis de susceptis manifesta facere omnia in quibus ea dederunt, nẽpe quantitatem zygocephalorũ, aut iugorũ, aut iugaliũ, aut quolibet modo per regiones nuncupantur: & pro quibus hæc & quælibet prædiis exiguntur, & datorum quantitatẽ, siue in speciebus, siue in auro. Et interminaberis eis & magnum damnũ, & manus amputationẽ, si hoc quod præcipitur quidẽ semper, vsque nũc autem non custoditum est, non deinceps omnibus modis seruẽt. Si verò (vt assolet) declinationẽ inueniant aliquam, dicentes non posse iugorum poni quantitatẽ: maximè quidem eos malignari putamus: sed tamẽ

Cap. VIII.

nihil hinc lædatur fiſcus, nec collatores. fiſcus enim ſine præiudicio omnia ſua percipiat, & ſolenniter celebrata ſuſcepta percipiat: iis qui hæc exoluerint, nihil exigẽdis amplius. Cauſa verò in nullo lædatur, & ſecundum conſuetudinem quidem tributa ſoluantur ab eis, & inferantur fiſco. Nuncietur autem ad glorioſiſſimos noſtros præfectos de iſtis primitus cogẽdis cẽſualibus nũcupatas expoſitiones" ſubtiliter dare, vt ex hoc fiat cauſæ diiudicatio: & ſic interim ſecundũ conſuetudinem quidem datis fiſcalibus inculpabiliter inferendis, quicquid in iis quæ dubitantur, glorioſiſſimi noſtri præfecti iudicauerint, in iis quæ controuerſa ſunt, hoc valere: neceſſitatẽ habentibus exactoribus poſt cognitam veritatem ſuper his quæſtionibus, & in illis decætero quantitatem zygocephalorum & aliorum omnium deſcribere, ſecundum quod à nobis iam ordinatũ eſt. ¶ Non permittas autem curialibus, aut cenſualibus, dum vẽdita ſunt prædia eorum, aut in alias perſonas mutatur poſſeſſio, tergiuerſationibus vti quibuſdam, & non trãsferri à vẽditoribus ad emptores prędia: ſed coges eos omn

" ἐκθέσεις. Budęus ait eſſe deſignationes. malè autẽ Haloãder vertit regeſta. Cont.

1

omnino facere mutationes sine dãno. Si verò dixerint minus idoneos esse emptores, & propterea nõ fieri migrationẽ: hoc ipsum examinabis sine quolibet dãno: & si quidem idonei fuerint emptores, coges fiscaliũ præsules omnibus modis & sine quolibet dãno celebrare transpositionẽ. Si verò pro veritate eos inueneris non satis idoneos, coges venditores hoc ipsum profiteri ad gesta, quia periculo eorum trãspositio fit fiscalium tributorũ in eos qui ab ipsis emunt: hoc quod etiã in Oriẽte nouimus in multis fieri gẽtibus. Sic enim neq; fiscus nocebitur, & fiscalia tributa à possessoribus inferentur, vt non alij quidem sint possessores, alij verò collatores. Oportet enim maximè contra possessores fieri collationes: sed non cõtra non detinentes neque possidentes terras.

Illud tamen te volumus nosse, quia si quando præceperimus ad alias fortè proficisci te prouincias: competens est contentum te iis quæ de fisco largiuntur, nõ gratis expendere: neq; nostros subiectos atterere: sed ex quibus in prouincia consistens expẽdebas, ex his ipsis & ad alias proficiscentẽ regiones

Cap. IX.

facere expenſas:neque angariis collatores affligentem, neque te, neq; obediens tibi officium:ſed propriis quidẽ ſubiugalibus propriáq; expenſa agere iter:hoc ipſo cuſtodiendo vel ſi nõ vltra terminos properes prouinciæ : ſed propter quandam occaſionem neceſſariam circumeas ciuitates.

Cap. x. Eos autem qui vocantur loci ſeruatores,dare iudices in ciuitatibus prouinciæ cui præſident (licet ſpectabiles viri , vel clariſſimi, vel præſides ſint) omnibus interdicimus modis. Sed neque ſi milites aliqui ſequantur te,neq; illos gratis permittas expendere , ſed ex propriis emolumentis. Si verò non hoc egerint, ſed ex tributis expenderint , & angarias acceperint : omne quicquid damnificabuntur ſubiecti, hoc ex eorum emolumentis exigens, proprio periculo læſis ſeruabis.

Cap. xi. Neque occaſione religionum,hæreſúmque quæſtionis , permittas alicui prouinciã commouere,aut aliter quãdam præceptionem iniungi prouinciæ cui præſides. ipſe verò prouidebis, cũ competenti vtilitate fiſcalibus & quæ alia ſunt perſcrutari:& non permittere aliquid contra noſtras fieri præceptio

ptiones occaſione religionum. Si verò canonicum ſit quod quæritur: vnà cũ metropolita prouinciæ hoc diſponere & decernere, ſiue epiſcopi dubitẽt, ſiue alij quidã: & cauſæ dare deo amabilẽ & decibilẽ terminũ: qui & decẽter orthodoxam cuſtodiat fidem, & indemnitatem procuret fiſcalibus, & noſtros ſubiectos ſeruet inuiolatos.

Cap. XII. Oportet autem te & in hoc omnem ponere prouidentiã, cũ aliquis dignus apparuerit pœna, illum quidẽ punire, res autem eius non contingere, ſed ſinere eas generi & legi ſecundũ illum ordinem. Non enim res ſunt quæ delinquunt, ſed qui res poſſident: at illi reciprocant ordinem. eos quidem qui digni ſunt pœna, dimittunt: illorũ autem auferunt res, alios pro illis puniẽtes, quos lex fortè ad illorum vocauit ſucceſſionem.

Cap. XIII. Patrocinia quoq; iniuſta, quæ cognoſcimus in noſtris prouinciis fieri, omnibus corrige modis, nõ ſinẽs vlli aliorum vitas in ſe ſuſcipere, non ampliare ſibi prædia nullo modo ei competentia, non in aliorum læſionem promittere patrocinium, non quemadmodum fraudãt fiſcum, ſuã virtutem obiicere.

Neq; ſit tibi cura, cuiuſlibet ſint hęc agentes dominij. ſufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem, & lex, & imperij fauor.

C.XIIII. Sed etiam ſuſcipientes alienos agricolas[a] ſic odio habebis, ſic cõpelles cito reddere ꝙ ſuſcipiũt male, vt ſi plurimũ mãſerint inobediẽtes, omne quicquid in onus prouinciæ eſt, illorũ poſſeſſionibus hoc imponas. Si verò in aliis prouinciis agricolæ dicantur eſſe cõſtituti, literis vtêris publicis ad prouinciarũ præſides, vt in eas fugiẽtes agricolas confitentes aut cõuictos tradant poſſeſſionibus, & reuocentur ad prouinciã cui præſides: & inobediẽtes vehementer corripies, minus idoneorum adiectione. Competens enim eſt, talia ſtudentem, hinc onus & rerum deminutionẽ in ſua facultate cognoſcere: vt minoratus cognoſcat quãtum eſt lædere & delinquere in alios. Sed hoc ipſum age ſiue prædia poſſidẽtes in prouincia ſint, ſiue aliquorum aliis cõpetentium gubernatores ſint. Oportet etenim & poſſeſſores illa ſolum habere quæ eis dat lex, & gubernatores alienarum illis præeſſe ſolũmodo, quę per conductionem aut alium legitimum eis ſunt tradita modũ: extraneis

[a] γεωργοὺς Iulianus vertit colonos ſiue capite cẽſitos & adſcriptitios.

autem abstinere: & nõ prouidere quidem aliis, lædere verò alios, & sibimet lucrũ impium ex hoc adquirere.

Titulos autẽ imponere prædiis alienis, aut ergasteriis in ciuitatibus constitutis, & superscribere sua vocabula ita præsumentibus periculosum esse scias, vt agnoscant, quia hæc agentes ipsi suam substantiã applicabunt fisco. Si enim causam soli imperio & fisco datam tentauerit aliquis arripere, in suis agnoscat experimentum: & suis rebus titulis impositis publicis, fiat aliis exemplum abstinentiæ: qui si iisdem implicantur malis, similibus subdentur pœnis. Hęc igitur omnia obserua, sciẽs nostram circa te volũtatem atque sententiam, qualis quidem erit delinquente te, qualis autem probato, & nostra sequente præcepta, ac legis.

Cap. xv.

Mox autem vt ingredieris prouinciã, conuocatis omnibus in metropoli cõstitutis (dicimus autem deo amabili episcopo & venerabili clero, & nobilibus ciuitatis) insinuabis hęc nostra sacra præcepta sub gestorũ insinuatione: & propones exemplar eorum publicè, nõ solũ in metropoli, sed etiam in aliis prouinciæ ciuitatibus, transmittens ea per

Cap. xvi.

per officiales tuos ſine damno:vt omnes cognoſcāt in quibus ſuſcepiſti cingulũ,& videant ſi hoc cõſeruas, & noſtro dignũ temetipſum oſtẽdis iudicio.

Caput XVI.

Hæc enim cõſeruata apud te faciũt, præſentem tibi cingulũ diuturniorem & glorioſiorẽ,ſiquidẽ ſuper alia,neque armis vti non militantem permittes aliquẽ.Hæc te & deo & legibus, & nobis chariſſimum cõſtituũt.Sed & illud prouidebis,vt ſi quis eorum qui populũ in turbas ſolicitāt,tentarit aliquando ab hac magna ciuitate fugere , aut ſolus,aut cũ aliis,& venerit in prouinciam cui præs : quatenus inueſtigare de hoc & examinare cum omni ſubtilitate & cautela cures, & vbi conſtiterit,nunciare hoc,ſi fortè dignæ inquiſitione ſint perſonæ, & adduci ad hanc feliciſſimam ciuitatẽ,& pœnas ſuſtentare quas lex de talibus cõſtituit.Dat. XVI.K.Maij Cõſtāt.Beliſario v.c. Coſ.

DE SENATVSCONSVLTIS.

TIT. XVI.

Senatuſconſulta ſunt ſeruanda , & contra ea reſcripta non valent, & impetrator punitur. Salyc.

I. Imppp.

1. Imppp. GRAT.[a] VALENT. & THEOD. AAA. ad Senatum.

[a] aliàs Imppp. Valentinia. Theodos. & Arcad.

QVAMVIS senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen nostris legibus etiam idẽ prosequimur: adiicientes, vt si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentauerit, vt transire ei formam liceat statutorum: tertia patrimonij parte multetur, & damnatus ambitus crimine, maneat infamis. Dat. VII. Kalend. Aug. Heracleæ Richomere & Clearcho Conss.

Hic notatur Græcam constitutionem desiderari.

DE VETERE IVRE ENVcleando, & de auctoritate iuris prudentium qui in Digestis referũtur.[a]

[a] legũtur.

TIT. XVII.

1. Imp. IVSTINIAN. A. Triboniano viro eminentiss. quæstori sacri palatij.

[b] Hæc cõstitutio reperitur etiam in capite Digestorũ, cum inscriptione, DE CONCEPTIONE DIGESTORVM.

DEO[b] auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cœlesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statũ reipublicæ sustentamus: & ita animos nostros ad dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio: sed omnem spem ad solam prouidentiam referamus

referamus summæ trinitatis, vnde & mundi totius elementa processerunt, & rerum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum auctoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem (qui ab vrbe cōdita & Romuleis descendit tēporibus) ita esse confusum, vt in infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: prius nobis studium fuit à sacratißimis retro principibus initium sumere, & eorum cōstitutiones emendare, ac viæ dilucidæ tradere: quatenus in vno codice congregatæ, & omni superuacua similitudine & iniquißima discordia absolutæ, vniuersis hominibus promptum suæ synceritatis præbeant præsidium. Hócque opere cōsummato, & in vno volumine, nostro nomine praefulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus releuati, ad summam & plenißimam iuris emendationem peruenire properaremus, & omnem Romanam sanctionem & colligere, & emendare, & tot auctorum dispersa volumina vni codici indita ostendere, (quod nemo alius neque sperare neque optare ausus est:) res quidem nobis difficillima, immò magis impoßibilis videbatur: sed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoque curam

nostris

nostris animis reposuimus, freti deo, qui & res penitus desperatas donare, & cōsummare virtutis magnitudine potest. Et ad tuae synceritatis optimum respeximus ministerium: tibíque primum hoc opus commisimus, ingenij tui documētis ex codicis nostri ordinatione acceptis: & iussimus, quos probares tam ex facundissimis antecessoribus, quàm ex viris disertissimi togatis fori amplissimae sedis ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in palatium nostrum introductis, nobísque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamen, vt tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. Iubemus igitur vobis, antiquorum prudētium, quibus auctoritatem cōscribendarū interpretandarúmq; legum sacratissimi principes praebuerunt, libros ad ius Romanum pertinētes & legere, & elimare: vt ex his omnibus materia colligatur, nulla (secundum quod possibile est) neque similitudine, neq; discordia derelicta: sed ex his hoc colligi quod vnum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturae à nullis auctoribus receptae, nec vsitatae sunt: neque nos eorū volumina nostram inquietare sanctionem dignamur. Cúmque haec materia à summa nostri numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eā pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium*

*inquinare.

& sam

*& sanctißimum templum iustitiæ cõsecrare, & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius digerere, tam secũdum codicis nostri cõstitutionem, quàm edicti perpetui imitationem, prout hoc nobis commodius esse potuerit, vt nihil extra memoratam consummationem poßit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquũ per mille & quadringentos penè annos confusum, & à nobis purgatum, quasi quodam muro vallatũ nihil extra se habeat: omnibus auctoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua seruanda: quia non omnes in omnia, sed certi per certa vel meliores vel deteriores inueniuntur. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius est, iudicatote: cũ poßit vnius forsan & deterioris sententia & multos & maiores aliqua in parte superare. Et ideo ea quæ in notis Æmilij Papiniani ex Vlpiano & Paulo, necnon & Martiano adscripta sunt, quæ antea nullam vim propter honorem splendidißimi Papiniani obtinebãt, nõ statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum, vel interpretationẽ, necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere, legis vicem*obtinens, non moremini: vt omnes qui relati fuerint in hunc codicem prudentißimi viri, habeant auctoritatem, tãquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus*

*aliàs, legis vim.

stitutionibus profecta, & à nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia enim meritò nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impartietur auctoritas. Nam qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo qui primus inuenit. Sed in hoc studium vobis esse volumus, vt si quid in veteribus libris non bene positum inueniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum: superuacua longitudine semota, & quod imperfectum est repleatis, & omne opus moderatum & quàm pulcherrimum ostendatis. Hoc etiam nihilo minus obseruando, vt si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus quas antiqui in suis libris posuerunt, non rectè scriptum inueniatis: & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis, vt hoc videatur esse verum & optimum, & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum & ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Cum enim antiqua lege quæ regia nuncupabatur, omne ius omnísque potestas populi Romani in imperatoriam translata sit potestatem: nos vero sanctionem omnem non diuisimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus, ne quid possit antiquitas nostris legibus abrogare. Et intantum volumus eadem omnia cum reposita sunt, obtinere: vt si aliter fuerint apud

veteres conscripta, in contrarium autem in compositione nostra inueniantur: non scripturæ sed nostræ electioni hoc adscribatur. Nulla itaque in omnibus prædicti codicis membris ἀντινομία (sic enim à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi locum vindicet: sed sit vna concordia, vna consequentia, aduersario nullo constituto. Sed & similitudinem (secundum quod dictum est) ab huiusmodi consummatione volumus exulare: & ea quæ sacratissimis constitutionibus quas in codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex veteri iure non concedimus: cum diualium constitutionum sanctio sufficiat ad eorum auctoritatem, nisi fortè vel propter diuisionem, vel propter repletionem, vel pleniorem indaginem hoc contigerit: & hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. Sed & si quæ leges in veteribus libris positæ, iam per desuetudinem abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus: cum hæc tantummodo obtinere velimus, quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius almæ vrbis comprobauit, secundum Saluij Iuliani scripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates cōsuetudinem Romæ sequi & leges, quæ caput [a] est orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligimus

[a] Pli. lib. 3. c. 5.

mus non solum veterem, sed etiam regiam nostram, quæ deo propitio melioribus condita est auguriis. Ideóque iubemus duobus istis codicibus omnia gubernari: vno constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum codicem componendi: vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum institutionum vicem obtinens, vt rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur scientiam. Nostram autem consummationem, quæ à nobis deo annuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, & verbositate sua supradicti codicis compendium confundere: quemadmodũ in antiquioribus temporibus factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum penè ius conturbatum est: sed sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitates (quæ παράτιτλα nuncupantur) quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio: iubemus non per signorum captiones, & compẽdiosa ænigmata (quæ multas per se & per suũ vitiũ ἀντινομίας induxerunt) eiusdem codicis textũ conscribi, etiam si numerus librorum significetur,

aut aliud quicquam. Nec enim hæc per specialia signa numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. Hæc igitur omnia deo placido facere tua prudentia vnà cũ aliis facundissimis viris studeat, & tam subtili quàm celerrimo fini tradere: vt codex consummatus, & in quinquaginta libros digestus, nobis offeratur in maximam et æternam rei memoriam, deíque omnipotentis prouidentiæ argumentum, & nostri imperij vestríque ministerij gloriam. Dat. XIIII. Kalend. Ian. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. *Conss.*

FELICITER.

II. Imp. * CAES. FLA. IVSTINIA. A. ad Senatus & omnes populos.

* Extat etiã hæc constitutio in capite Digestorum cum hac inscriptione, DE CONFIRMATIONE DIGESTORVM.

TAnta circa nos diuinæ humanitatis est prouidẽtia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postq; Vuandalicam gentẽ ereptam, & Carthaginẽ, immò magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam: etiam leges antiquas iam senio prægrauatas, per nostram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium vnquam sperauit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimauit.

Erat

Erat enim mirabile, Romanam sanctionem ab Vrbe condita vsque ad nostri imperij tempora (quæ penè in mille & trecentos annos concurrunt) intestinis prælijs vacillantē, hócq; & in imperiales constitutiones extendentem, in vnam reducere consonantiam, vt nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ vsquam appareant. Nanque hoc cœlestis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis præsidium respeximus, & summo numine inuocato, deum auctorem, & totius operis præsulem fieri optauimus: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorū, exquæstore sacri nostri palatij & exconsule credidimus, eíq; omne ministeriū huiusmodi ordinationis imposuimus, vt ipse vnà cum alijs illustribus & prudentissimis viris nostrum desideriū adimpleret. Nostra quoq; maiestas semper inuestigando & perscrutando ea quæ ab his componebantur; quicquid dubium & incertū inueniebatur, cum numine cœlesti rectè emēdabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur cōfecta sunt domino & deo nostro Iesu Christo possibilitatē tā nobis quàm nostris in hoc satellitibus præstāte. Et principales quidē constitutiones duodecim libris digestas, iā ante

in codicem nostro nomine præfulgentem cōtulimus. Postea vero maximum opus aggredientes, ipsa vetustatis studiosissima opera iam penè confusa & dissoluta, eidem viro excelso permisimus tam colligere, quàm certo moderamini tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelso suggestū est duo penè milia librorum esse conscripta, & plusquam tricies centena milia versuum à veteribus effusa: quæ necesse esset omnia & legere, & perscrutari, & ex his quod optimū esset eligere. Quod cœlesti fulgore, et summæ trinitatis fauore confectum est, secundum nostra mandata quæ ab initio ad memoratum virū excelsum fecimus, & in quinquaginta libros omne quod vtilissimum erat collectum est, & omnes ambiguitates decisæ sunt, nullo seditioso relicto: nomenq; libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum, quòd omnes disputationes & decisiones in se habeant legitimas. Nam quod vndique fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt, *in centum quinquaginta penè milia versuum totum opus consummantes: & in septē partes eos digessimus, nō perperam, neque sine ratione: sed in numerorum naturam & artem respiciētes, & consentaneam eis diuisionem partiū conficiētes. Igitur prima quidē pars totius cōtextus (quæ Græcè τὰ πρῶτα nuncupatur) in quatuor libros reposita est. Secundus autē articulus

* scilicet Digestū.

septem

*ſeptē libros habet, qui de iudiciis appellatur. In tertia vero congregatione omnia quæ de rebus nominãtur, cõtulimus, octo libris ei deputatis. Quartus autē locus, qui & totius cõpoſitionis quaſi quidam inuenitur vmbilicus, octo libros ſuſcepit: in quorũ primo omnia quæ ad hypothecã pertinent, repoſita ſunt, vt non à pignoraticia actione in libris de rebus poſita multũ diſtarent. Alio libro eidem inſerto volumini, qui ædilitiũ edictũ, & redhibitoriã actionem, & duplæ ſtipulationē, quæ euictionibus appoſita eſt, cõtinet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionũ conſentanea ſunt: & prædictæ actiones quaſi pediſſequæ illarũ ab initio proceſſerunt: in vetuſtioris quidē edicti ordinatione in loca deuia & multũ diſtãtia diuagãtes, per noſtrã autē prouidentiã * his congregatæ: cum oportuerat ea quæ de eodē penè loquuntur, in cõfinio ponere. Alius denique liber poſt duos primos nobis excogitatus eſt, de vſuris & traiectitiis pecuniis, & de inſtrumentis & teſtibus ſeu probationibus, necnon præſumptionibus: & memorati tres ſingulares libri iuxta compoſitionem de rebus poſiti ſunt. Poſt hos quæ de ſponſalibus, & nuptiis, de dotibus, & legibus earũ dicta ſunt, repoſuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros conſcripſimus, & memoratam ordinatio-*

* Prouſ-dentiam, i. Digeſtorum compilationem.

depoſuimus. in quibus eſt quidem hypothecaria, non longe admodum à pignoratitia actione diſtans, eſt & Aedilitium edictum, & de euictionibus ſtipulatio, quæ duo acceſſoria & conſequentia conſtituta venditionum, longe tamen admodum in veteri iuris ordinatione ab his deuagantia, congregauimus propius, propter mutuam inter ſe cognationem, ne quæ de eodem penè loquuntur, longe à ſe diſtarent. Poſt hæc introduximus poſt duos illos libros, ea quæ ſunt ſcripta de vſuris tam terreſtribus quàm traiectitiis ſeu maritimis & de probationibus atque præſumptionibus in vnum librum. his autem tribus monobiblis, ſingularibus libris poſt tractatum de rebus ſibi inuicem proximis depoſitis, & rurſum ea quæ de ſponſalibus & nuptiis & dote legibus dicta ſunt congregantes, his etiam tria habere in hac ordinatione volumina conceſſimus. De tutoribus autem minoris ætatis geminos libros, eos inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hîc etiam in compendium concidimus, memoratã octo librorum ordinationem, & mediam vt dictum eſt, hanc partem totius operis

confec

confecimus, pulcherrima & vtilissima iura in his describentes. ¶ De testa- 6 mentis autem & legatis & fideicommissis omnia congregauimus in nouem librorum numerum, quorũ principatum obtinent ea quæ sunt de testamentis & codicillis, cum omnium, tum etiam militum, qui ea vt volunt faciunt, duobus libris ordinata & de testamentis inscripta. quinque autem sequentibus continentur ea quæ de legatis & fideicommissis & omni eorum ambiguitate disputata sunt. & quoniã Falcidiæ narratio continens & consentanea erat legatorum & fideicommissorum proprio tractatui, propterea & ipsam continuo legatorum supposuimus tractationi, libro integro ei applicato, cum breui quadã adiectione. & rursum quia ad Falcidiæ imitationem [introductum] erat Trebellianum Senatusconsultum in fideicommissis, & huic vltimũ huius ordinationis tribuimus locum, totũ ius super his positum, Trebelliano Senatusconsulto attribuentes, & superuacuam esse Pegasiani Senatusconsulti positionem inueniẽtes, & absurdas horum Senatusconsultorũ inter se differẽtias & commun

muniones,quas ſane & veteres perosi, captioſas & damnoſas appellarunt,ſimpliciore quadã narratione , omne hoc ſchema congregantes,& ad vnius Senatuſconſulti Trebelliani ordinationem applicantes,& hanc quintam partem totius ordinationis nouem his perfecimus libris.In quibus nouem libris nihil de quondam caducis dictum à nobis eſt , quia propter vſum quendam nõ proſperum cum increbuiſſent in republica,& luctuoſum monumentum bellorũ ciuilium eſſent , nõ oportebat in his manere tẽporibus, in quibus & Deus dedit pacem nobis agere, domi & foris, & cum oportuit bellum gerere,facile cum ipſius fauore hoſtes

7 ſuperare & capere. ¶Sequitur deinde & exoritur nobis & ſexta pars totius compoſitionis , octo concluſa libris. Pulchre autem incipit ab his quæ poſſeſſiones nominantur, quas nos ſimiliter vt cætera diligenter conſiderantes tam eas quæ ad ingenuos quàm quæ ad libertinos pertinent,ex multa anteriorum temporum confuſione & obſcuritate in purum deduximus compendium , geminorum illis librorum

8 numerũ ſufficere arbitrantes. ¶Adplicauimus

cauimus autem ipsis & omnes ab intestato appellatas successiones, & ipsos generum ordines eorũ gradibus etiam libro inscriptis, & circa omniũ finem Tertullianum & Orficianum composuimus senatusconsultum, ex quibus matres & liberi inuicem successores fiunt. procedit autem post hæc alius liber, qui de ædificiorum operibus, & de ea quæ ob ruinosa & diruta ædificia [datur,] satisdatione, & his qui in his aliquid insidiarum aut fraudis admiserint, & de his qui ex aquarum impetu vicinos læserint, & de publicorum vectigalium coactoribus, atque insuper de donationibus, tam indefinitis [seu simplicibus] quàm in cogitationem mortis relatis leges ac iura ordinat: rursum autem quicquid de quacumque manumissione extat, vel de his quæ super ipsa agitantur causis, & hoc vni traditũ est libro. amplius autem & ea quæ de possessione & per ipsam adquisitione & de causis eam introducentibus sunt, in vnum seposuimus tractatum [seu librum]. & quidquid etiam de iudiciariis extat sententiis, & his qui in his aliqua contra seipsos confessi sunt, & de bonorum cessione

ſione & creditorum detẽtione,& venditione & de bonorum ſeparatione,& curatione & ne quid patiantur creditores fraudis, & id in vnum ſimiliter collatum eſt librum. ſed & interdictorum modum non pluribus quàm vni dedimus libro. Inde autem & ad præſcriptiones [ſeu exceptiones] & in his ordinata tempora, venimus. Et obligationum quidem & actionum ſepoſuimus modos, & coëgimus omnem hãc partem cui præſunt poſſeſſiones, vt dictum eſt, octo librorum numero deſcriptam, ſextam hanc partem totius voluminis ſeponentes.

9 ¶ Totius autem extrema pars quæ & ſeptima eſt totius tractationis ſex librorum numero demandata eſt, incipiens, quidem à ſtipulationibus, procedens verò ad ea quæ ſcripta ſunt De fideiuſſione & debitorum numeratione, ſolutione, & liberatione ipſorũ, & de introductis ex Prætorũ iuriſdictione ſtipulationibus, quę omnia duobus à nobis contracta ſunt libris. Cum apud veteres nec dici poſſet quot eſſent libri [ea de re]. Procedit & deinceps ad delictorum narrationẽ & omnia recenſet quæ ad minora delicta pertinent, quæ vocant priuata, &

item quæ ad ea quę necdum ordinaria appellant, ſed ipſis extraordinariorum appellationẽ imponunt. deſcendit etiã & ad publica crimina quæ atrociſſima ſunt & magnam ſibi aduocãt pœnam. Duo autem & hîc ſunt libri, qui illa quidem quę ad delicta & crimina pertinent, complectuntur: quibus permixta ſunt & ea quæ de reis criminũ qui ſe celare tamen conantur, ſcripta ſunt, & de eorum bonis & de ea quæ infligitur condemnatis pœna vel indulgẽtia. Initium autem nobis alterius rurſum libri fit, narratio De appellationibus, quæ communis eſt profecto ad reſcindendas tã pecuniarias[ſeu ciuiles]ſententias, quàm criminales. quæcumque autem de ciuibus[ſeu municipibus] & de decurionibus & muneribus & publicis operibus & nundinis & redditũum pollicitationibus & variis cognitionibus[ſeu interrogationibus]& publica deſcriptione, veteribus iuuenta ſunt, & quæcumque de verborũ extant ſignificatione, & de his quæ pro regulis apud veteres dicta ſunt, hęc omnia in ſeſe recipit vltimus liber. Huius igitur cõpoſitionis, cuius initiũ eſt à ſtipulationibus, hic liber eſt ſextus quidẽ

ſi ad

si ad proprium principiũ comparetur, sed est quinquagesimus si cõferatur ad totius consummationis perfectionem
10 [seu harmoniã].¶Quæ omnia cõposita sunt & elaborata peroptimè, & vt nostra iussione dignũ fuit, per Tribonianum Illustrissimum nec non prudẽtissimum magistrũ & exquæstore nostrorũ palatiorũ & exconsule, virum & in ipsis rerum experimentis, & in eloquentia,& in legibus scribendis satis spectatum & qui nihil vnquam nostrarum iussionum cõtempsit, necnon per alios [viros] qui sub ipso nobis hoc opus elaborarunt, id est Constantinum magnificentissimum comitem sacrarũ largitionũ & antigraphariũ[seu magistrũ]sacri scrinij & sacrorũ libellorũ & cognitionũ imperialium qui nobis bo nam de se opinionẽ in omnibus præbuit, necnon Theophilũ magnificentissimũ magistrum, & leges [seu iura] in regia hac vrbe laudabiliter & cum summis vigiliis & vt magisteria seduli tate dignũ est, docentem:& Dorotheũ magnificentissimũ Quæstorem & Doctorem in legum ciuitate designatum, dicimus autem verendam & splendidam Berytiẽsium metropolin, quem de

ipſo optima opinio & gloria, & ad nos deduxit ipſum, & vt huius operis participem faceremus hortata eſt. ſed & Anatolium magnificentiſſimum magiſtrum qui & ipſe apud Berutienſes, ea quę ex legibus [proficiſcuntur] pulchrè docet, vir ex tertia ſtirpe laudabili iuris apud Phœnices interpretũ deſcendens. refert enim [genus] ad Leontium & Eudoxium, homines in legibus optimæ memoriæ poſt patritium inclytæ recordationis Quæſtoriũ & Anticenſorem & Leontium glorioſiſſimũ expræfecto & excõſule atque patritium eius filios ſummæ admirationis viros, & Cratinum magnificentiſſimum atq; prudentiſſimum comitem ſacrarum largitionũ, & optimus quoque eſt is legum enarrator in regia hac vrbe, & præter hos etiam Stephanũ, Menam, Proſdocium, Eutolmium, Timotheũ, Leonidem, Leontium, Platonem, Iacobum, Conſtantinum, Ioannem, viros prudentiſſimos, qui vniuerſi Rhetores[a] quidem ſunt glorioſiſſimorũ præfectorum ſacrorum noſtrorum Prętoriorum, gloriam autem ſeu laudem apud omnes prudentiæ iuſtè habent, & à nobis meritò iudicati ſunt digni vt eli

Sic puto ſuppléda Græca hoc loco manca & médoſa.

[a] patronos vocat in Latina conſtitutione.

eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digestorũ elaborata sunt conscriptionẽ per iam dictos gloriosissimos & prudẽtissimos viros. 11 ¶ Tanta autem nobis reuerẽtia antiquitatis fuit, vt neque mutari nomina veterum Iurisconsultorum sustinuerimus, sed vniuscuiusque illorum appellationem legibus inscripsimus, mutantes quidem si quid iam habere visum est non rectè, partes verò illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligentes & vnam[atque parem]omnibus præbentes potestatis [a] vim,[seu robur], ita vt quicquid scriptum est in eo libro, id nostra sit sententia, nemine audente comparare ea quæ nunc facta sunt, his quæ prius erant, quia multa & numeratu non facilia transposuimus in melius, etiam si quid imperiali aliqua antiquorum imperatorum constitutione in aliam dictum fuerat formã. nam nomina quidẽ veteribus seruauimus, legum autem veritatem nostram fecimus, itaq; si quid erat in illis seditiosum(multa autem talia erant ibi reposita) hoc decisum est & definitum, & in perspicuum finem deducta est quæque

[a] auctoritem.

lex. ¶Sed cum oportebat & aliquam 12
mediocrem iſagogen facere in eorum
gratiam qui recenter leges attingũt,
nec maiorem doctrinam portare poſ-
ſunt, neque hoc extra noſtram prouidẽ
tiam reliquimus, ſcilicet Triboniano
glorioſiſſimo, qui & ad totius operis
legitimi gubernationem electus eſt,
necnon Theophilo & Dorotheo ma-
gnificentiſſimis & prudentiſſimis An-
tecenſoribus accerſitis mandauimus,
vt ſeligerent ex his quæ apud veteres
erant iſagogarum modo compoſita,
ea quæ eſſent aptiſſima & in ipſis re-
rum argumentis obtinẽtia, vtque col-
ligerent & nobis offerrent, & vt men-
tionem etiam facerent noſtrarum con
ſtitutionum quas pro emendatione ve
teris iuris promulgauimus, & ita com
ponerent libros quatuor futuros pri-
ma elementa totius iſagoges, quas vo
cari Inſtituta viſum eſt. quam ſanè le-
gitimi operis partem compoſitam no-
bis obtulerunt, & nos eam totam cõ-
ſideratam à nobis & perpenſam rectè-
que habere viſam noſtris ſenſibus non
indignam eſſe iudicauimus, & pro no-
ſtris haberi cõſtitutionibus & noſtra-
rum cõſtitutionum robur habere iuſ-
ſimus

ſimus: quod & ex his quæ in prooemiis eiuſdem voluminis diſſeruimus omni-
13 bus manifeſtum fecimus. ¶Sic itaque omni Romani iuris diſpoſitione ordinata & in tribus integris & voluminibus, & annis, tanto opere perfecto (quod nobis ab initio omnem ſpem excedere, circa finem autem cum iam penetrabilem eſſe rem docuimus, ne in decem quidem annis totum abſolui poſſe videbatur) tanta ergo trium annorum celeritate conſummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit & pacem agere, & bella feliciter dirigere, & leges ponere, præterito, præſenti, & futuro tempori, iuſtum eſſe putauimus omnibus hominibus facere manifeſtum noſtrum in his rebus ſtudium ſimul & prouidentiam, quomodo nempe priore ſoluti perturbatione & confuſione & nullũ finem habente iuris poſitione, vſuri ſint poſthac legibus rectis, compendioſis & omnibus ad manum promptis, & litium compendium adferentibus & paratis atque expoſitis, omnibus [hominibus] ad facilem adquiſitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, vt illorum inutilium librorum congerãt

multitudinem, ſed viliſſima pecunia tam ditioribus quàm ex tenuiore profectis patrimonio, copiam ſui comparandi præbentibus. ¶ Si quid autem ex 14 multitudine ea quæ nunc congeſta eſt & ex tantis myriadibus collecta, videbitur eſſe ſimile [& geminatum] (hoc autem putamus rarum eſſe) attamen humanæ naturæ [imbecillitatem] conſiderantibus, non extra iuſtam apologiam ne hoc quidem videbitur eſſe. In nullo enim aberrare [ſeu in omnibus irreprehenſibilem ſeu inemendabilem eſſe] Diuinæ vtique ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ [ſeu roboris,] quemadmodum & à maioribus dictum eſt. Deinde eſt vbi & ſimilium adſumpſimus poſitionem, vel rebus ſubiectis id exigentibus, vt oporteret idẽ pluribus applicari titulis, vel quia cum extraneo loco eſſet cõmixtum id quod ſimile ſuperiori videbatur, impoſſibile fuit eã ſimilitudinem detrahi: vel etiam quia ſæpe cuſtodienda fuit integra totius theoriæ (ſeu viſionis) continentia, nec ſeparanda (aut diuellenda) mens & intellectus [legentium] per eorum quæ iam ſcripta fuerant ademptionem. quin & hoc ſicubi

ad

adſumptum eſt, propter rei neceſſitatem, tamen id breue eſt, nec vllum fere ſui ſenſum præbens. Hoc etiam ipſum & in conſtitutionibus iam inter imperiales conſtitutiones relatis, & iure quod ex his reſultat, obſeruauimus. nã quæ in illis iam cauta erant, ea nec in hoc volumine poni conceſſimus, niſi ob aliquam interdum circunſtantiam ſimilitudinis aliqua cauſa relicta eſt.

15 ¶ Contrariam autem aliis legibus legem ex his quæ in hoc volumine poſitæ ſunt, non facile quis repererit, ſi modo ad omnes contrarietatis fines animum intendere feſtinet. ſed ineſt aliquid diuerſum, quod adſumptum, alterius generis forte hanc & illam legis

Græca hoc loco manca ſic ſuppléda viſa ſunt.

16 poſitionem apparere faciet. ¶ Sed & ſi quid forte prætermiſſum eſt eorũ quæ poni debebant, (forte enim & aliquid tale contigit) propter humanæ imbecillitatem naturæ, multo ſane melius eſt noſtris ſubditis multis inutilibus liberari [legibus], dum priuantur forte paucis quibuſdã quæ videbantur idonea, myriadibus prope infinitis defoſſa & depoſita & nemini forte mortalium animaduerſa.

17 ¶ Hãc enim ob cauſam tot libris (quos antea ſcribi opor-

tebat) destituti iudices, facilius ex paucissimis iuris auctoribus & libris ad finem litiũ perueniebant & iudicia decidebant vel propter inopiam librorũ, vel quia non sufficiebant multis laboribus ad inuenienda multa vtilia necessariis, & viribus erant impares. In præsenti autem consummatione maximus legumq; obtinentium congestus est numerus ex libris raris & qui vix inueniri potuerint, & quorum nec nomina nec eruditissimi quidem in legibus cõplures homines nouerãt. Quorum sane copiam [seu materiam] nobis vbertimam dictus gloriosissimus Tribonianus præbuit, multorum librorũ & qui vix numerari possunt suppedita ta multitudine: quibus omnibus perfecte lectis, congesta sunt hæc volumina, sed ex horũ multis & variis, hi qui à nobis ad hoc congregati erant, cum nihil inuenissent idoneum aut nouum ab his quæ iam congregata erant, illationem ex his in hoc opere faciendam optimo animo respuerunt. ¶ Si verò 18 postea aliquid noui controuertetur, quod non apparebit legibus his inscriptum (multa enim nouare nouit natura) sed Imperium Deus propter hoc impo-

impoſuit hominibus, vt emergentia & legis agentia lege definiat & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus, ac regulis. neque hoc noſtrum nunc dicimus, ſed iam omniũ iuris conditorum qui olim claruerũt, prudentiſſimus Iulianus hoc ipſum videtur dixiſſe, qui & ab imperiali auctoritate implorat fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus & quęſtionibus. ſed & Diuus Adrianus piæ memoriæ, quando ea quæ à prætoribus quotannis edicta fuerant breui complexus eſt libello, adſumpto ad id optimo Iuliano, in oratione quam in cõmune habuit in ſeniore Roma, hoc ipſum quoque ait, vt ſi quid præter id quod iam ordinatum eſt emerſerit, conueniens eſt eos qui in magiſtratu ſunt, illud conari decidere & remedium imponere ſecundum eorum quę iam ordinata ſunt, cõſequentiam [imi-
19 tationem]. ¶Hæc igitur omnes, dicimus autem vos, magne [a] Senatus, & omnes noſtræ reipublicę homines cognoſcentes, gratiam quidem confitemini Deo, qui noſtris temporibus tantum bonum ſeruauit: vtimini verò noſtris legibus, nulli earum quæ veteri-

[a] patres conſcripti.

bus

bus libris inſcriptæ ſunt attendentes, neque ad ea quæ nunc poſita ſunt, illas comparantes, quia etſi videantur quędam inuicem non conſonare, tamen prius illud & vetuſtius nobis vt imperfectum diſplicuit, nunc autem hoc viſum eſt debere obtinere. Nam prohibemus illis in poſterum vti, hæc autē ſola obſeruari in republica & obtinere concedimus & ſancimus, ita vt qui conatus fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus ſolis & conſtitutionum [libro] à nobis compoſitis vel factis, vti quibuſdam legibus vel eas in iudiciis legere, vel ſi quis iudicauerit ex his, apud ſe recitari eas paſſus, falſi reus erit & publicorum criminū iudicatus & pœnę addictus, quod, etſi non diceremus, vel ex hoc ipſo manifeſtum eſſet. ¶ Sed & hoc optimum fore iudicauimus præponere Digeſtorū volumini, & veteres iuris conditores & illorum volumina & vnde collectio facta ſit legum nunc à nobis congeſtarum. quod & fieri iuſſimus & factū eſt, & ſimul ea quæ de his rebus conſcripta ſunt ſupponi huic diuinæ noſtræ conſtitutioni pręcepimus, vt omnibus ſiat manifeſtum & quid prioris inexperientiæ 20

perientiæ ſimul & incertitudinis eſſet, & quid à nobis ſit adinuētum. Legiſlatores autem ſeu legum interpretes illos cōgeſſimus, qui apud omnes probati & recepti erant, & prioribus imperatoribus placuerant, & qui ab his nominari meruerunt. Si enim aliquis nondum veteribus legiſlatoribus cognitus eſt, nos & huic interdiximus huius voluminis cōmunicationē. omnibus ſane hîc poſitis vnum ordinem & dignitatem parem dedimus, nulli cuipiam maiore quàm cæteris data prærogatiua. Si enim his quæ ab illis ſcripta ſunt omnibus imperialiū conſtitutionum dedimus robur, quid eſt quod in his amplius quódque minus haberi debeat? ¶ Illud autem quod ſtatim cum hanc compoſitionem legū congregari mādaremus, iuſſimus, iterum & nūc ſancimus illud confirmando, omnibus ſimiliter interdicimus, ne quis audeat hominum qui ſunt nunc, aut in poſterum erunt, commentarios ſcribere harum legum, præterquam ſi velit quis in Græcam linguā hæc transferre, quem etiam volumus ſola ſecundum pedem ſeu cata poda nuncupata vti legum interpretatione.

& ſi

& si quid secundum nominatorum paratitlorum, vt conueniens est, adscribere voluerint vsum, aliud autem nihil omnino ne tantillum quidem circa ea facere, nec rursum dare seditionis & dubitationis, aut infinitæ multitudinis, legibus occasionem, id quod antea in antiqui edicti factum est ordinatione, ita vt illud breuissimum constitutum, ex differentium commentariorum differentia seu diuersitate in infinitam extenderetur multitudinem. Si quid enim forte ambiguum fuerit visum vel litium certatoribus vel his qui rebus iudicandis præsunt, hoc imperator interpretabitur recte. nam hæc facultas illi soli à legibus permissa est. Itaque quisquis ausus fuerit ad hanc nostram legum compositionem commentarium aliquod adiicere, aliter atque nostræ huius iussionis forma præscribit, is sciat quod & ipsi falsi reo legibus futuro, & quod composuerit eripietur, & modis omnibus corrumpetur. ¶ Eadem 22 pœna imposita & aduersus eos qui notis [seu signis] quibusdam in scriptura vtentur, (quæ signa singlas vocant) & qui per ea conturbare scripturam

ten

tentauerint, nec per totam consequentiam literarũ numeros & nomina veterum prudentum, & totam legum positionem scripserint. Sciant etiam librorum ita scriptorum comparatores, se inutilis fore libri dominos. nequæ enim damus licentiam talibus libris in iudiciis vti & aliquid agere, etiam si contingat librum in ea ipsa parte, quæ recitatur, nullum habere tale signum, [aut notam] sed in alia quacumque sui parte, quamuis semel tantum id admissum sit. Itaque ipse quidem eum librum pro non scripto prorsus habebit. is autem qui eum scripserit & ignoranti emptori dederit, duplum soluet eius æstimationis, ei qui ita in quantitate damnum passus fuerit, nihilominus infligenda criminali pœna. Hoc etenim & in aliis constitutionibus ea de re positis scripsimus, tam his quæ Latina processerunt voce, quàm ea quæ Græcorum lingua: quam quidem ad legum professores rescripsimus. ¶Hæc igitur volumina, (Institutorum & Digestorum dicimus) ex fine tertij nostri felicissimi consulatus suum robur obtinere sancimus, idest ex ante tertium Kalendarum

νοκθνγύνlaς.

23

rum

rum Ianuariarum præsentis duodecimæ indictionis in omne æuum valitura, & vnà cum imperialibus constitutionibus vigorem & locum habitura tã in his quæ postea emerserint, quàm his quę in iudiciis adhuc pendent, nec dum amicalibus tradita sunt transactionibus. Quodcunque enim hactenus vel iudicatum vel transactum est, retractari non sustinemus. Quem quidem consulatum tertium nobis nominatissimum[a] dedit Deus, quando & sub ipso pax cum Persis confirmata est, & hoc tantum legum volumen repositũ est, quod à nemine maiorum vnquam excogitatum fuit, atque ad hæc tertia pars mũdi, dicimus autem totam Lybyam, nostris adiuncta est sceptris. omnia hæc à summo Deo & sotere nostro IEΣV XPIΣTΩ dona, tertio nostro consulatu indulta. ¶ Omnes itaque 24 laudatissimi nostræ reipublicæ magistratus diuinam hanc nostram suscipientes constitutionẽ, vt vtantur prædictis nostris legibus vnusquisque in suo procurabit iudicio. proponet autẽ eam in maxima & regia hac vrbe, & eius gloriosissimus pręfectus. curę autem erit excellentissimo & laudatissimo

[a] felicissimum in latina const.

[*] excelsus in latina consti.

mo noſtro magiſtro, & glorioſiſſimis atque beatiſſimis præfectis ſacrorum noſtrorum Prætoriorum, tam his quę ad ſolem orientem, quàm his quæ in Illyride, necnon his ètiam quæ in Libya ſunt, per ſua edicta, " his qui ſub ipſis ordinati ſunt, iſta facere manifeſta, ad omnium noſtrorum ſubditorum inexcuſabilem notitiam. Data XVII. Kalendas Ianuarias Domino noſtro Iuſtiniano perpetuo Auguſto III. Conſule.

"auctoritates. in Latina conſtitutione,

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

TIT. XVIII.

Permittitur militi, qui exceptionem peremptoriam per iuris ignorantiam ante ſententiam non obiecit, vt eam poſt ſententiã poſſit opponere. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Maximo "militi.

"al. Maximiano.

Quamuis cum cauſam tuam ageres, ignorantia iuris propter ſimplicitatem armatæ militiæ allegationes competentes omiſeris: tamen ſi nondum ſatiſfeciſti, permitto tibi, ſi cœperis ex ſententia conueniri, defenſionibus tuis vti. 'Dat. VII. *Kalend. Maij, duobus Aſperis Conſſ.*

Renuncians hereditati maternæ, eam postea non potest adire, licet prætendat iuris ignorantiam. Bald.

II. Imp. GORDIANVS A. Iuuenali.

CVm ignorantia iuris excusari facile non possis, si maior annis vigintiquinque hereditati matris tuæ renũciasti, sera prece subueniri tibi desideras. Dat. XIII. *Kalen. Maij, Ariano & Papo Conss.*

Lapsus temporis petendi bonorum possessionem, inducit tacitam & irreuocabilem repudiationem. Bald.

III. Imp. PHIL. A. Marcellæ.

SI emancipata à patre intra annum bonorum possessionem petere cessasti, prætendere iuris ignorantiam nullis rationibus potes. Dat. XVI. *Kalend. Iul. Peregrino & Aemiliano Conss.*

Erronea diuisio errore probato non officit diuidenti. Et præsumitur error, si ex postfacto apparet rem aliter se habere. Bal.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Iulianæ.

SI post diuisionem factam testamenti vitium in lucem emerserit: ex his quæ per ignorantiam confecta sunt, præiudicium tibi non comparabitur. Ostende igitur hoc apud correctorem * *virum clarissimum amicum nostrum, testamentum vel fide veri deficere, vel iuris ratione stare non posse: vt infirmata scriptura*

* al. rectorem.

ptura quæ testamenti vice prolata est, solidam successionem obtineas. *Dat.* VIII.*Id.Iul.* *Diocletiano* IIII. *&* *Maximiano* III. AA.*Conss.*

Falsa confessio non immutat veritatem: ideo probata veritate non præiudicat confitenti. Paul. de Cast.

V. Iidem AA. & CONSTANTIVS & MAXIMIANVS nobilissimi Cæss. Martiali.[a]

[a] Marcello.

Cum falsa demonstratione mutari substătia veritatis minimè possit: respondendo id quod paternum erat, ex maternis esse bonis, nihil egisti. *Dat.* *Prid Kalend. Ianua.* *Diocletiano* V. *et* *Maximiliano* IIII. AA. *Coss.*

Promissio pro parte indebita, eatenus reuocatur, quatenus erratur, nisi ex causa transactionis interponatur. Bald.

VI. Iidem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

SI non transactionis causa, sed indebitam errore facti olei materiam vos Archantico stipulăti spopŏdisse rector prouinciæ animaduerterit: reddito quod debetis, residui liberationĕ cŏdicĕtes audiet. *Dat.* V. *Kal.Maij* CC. *Coss.*

Erronea confessio cum erratur in facto, potest vsque ad sententiam reuocari, sed post rĕ decisam est irreuocabilis.

VII. Iidem AA. & CC. Zoæ.

ERror facti necdum finito negocio nemini nocet. Nam causa decisa velamento tali non instauratur. *Datum* VI. *Nonas Iulias* CC. III *Conss.*

Erronea confesſio non facit valere teſtamentum inualidum. Bald.

VIII. Iidem AA. & cc. Dionyſiæ.

CVm teſtamentum nullo iure conſtiterit: ex eius qui[a] ab inteſtato ſucceßit, profeßione ſola, veluti ex teſtamento libertos per errorem profitentis, orcini vel proprij liberti, ſi non ipſius acceßit iudicium (cum errantis voluntas nulla ſit) effici non potuerunt. Dat. v. Kal. Septemb. CC. IIII. Conſſ.

[a] quæ.

Verba enunciatiua per errorem in cõtractu, vel quaſi emiſſa, non diſponunt. Sal.

VIIII. Iidem AA. & cc. Caio & Anthemio.

NOn idcirco minus, quòd à vobis velut à liberis debitam accepiſſe pecuniam Sanius dicitur (cum nullus ſit errantis cõſenſus) mouere ſtatus quæſtionem prohibẽtur eius heredes. Dat. VI. Id. Decemb. CC. V. Conſſ.

Indebitum ciuiliter tantum, facti errore non iure ſolutum repetitur. Salyc.

X. Iidem AA. & cc. Araphiæ.[b]

CVm quis ius ignorans indebitam pecuniam ſoluerit, ceſſat repetitio. Per ignorantiam enim facti tãtum repetitionem indebiti ſoluti competere, tibi notum eſt. Dat. v. Kalend. Ian. CC. VI. Conſſ.

[b] al. Amphiæ. al. Amaſiæ. al. Philippæ.

Mulieribus non ſuccurritur propter ignorantiam iuris in lucris captandis: ſicut nec maſculis, niſi ratione minoris ætatis. Paul. de Caſt.

XI. Imp. CONSTANTINVS A. Valeriano agenti vicariam præfecturam.

QVamuis in lucro nec fœminis ius ignorantibus subueniri soleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam locum hoc non habere retro principũ statuta declarant. Dat. III. Kal. Ma. Gallicano & Symmacho Conss.

Nemo poteſt diſſimulare ſe leges neſcire. Bal.

XII. Imppp. VALENTIN. THEODO. & ARCAD. AAA. Flauiano P. F. Illyrici. & Italię.

COnstitutiones principum nec ignorare quẽquam, nec dißimulare permittimus. Dat. VI. Kalend. Iun. Vincentiæ, Tatiano & Symmacho Conss.

Mulieribus non ſubuenitur propter ignorantiam iuris vltra quàm maſculis, niſi in caſibus à iure expreſſis. Bar.

XIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Erythrio præfecto prætorio.

NE paßim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare in his quæ prætermiserint vel ignorauerint: statuimus si per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus, in quibus præteritarum legũ auctoritas eis suffragatur, subueniri. Dat. Kal. Iulij, Martiano & Zenone Conss.

DE PRECIBVS IMPERATORI OFFERENDIS, ET DE QVIbus rebus supplicare liceat, vel non.

TIT. XIX.

Laudabilis fidei exemplum, & atrocitas criminis faciunt inhabilem pro habili reputari ad impetrandũ, & etiam ad prosequendum impetrata. Bald.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Firminæ.

LICET *seruilis conditio deferendæ precis facilè capax non sit: tamen admissi sceleris atrocitas, & laudabilis fidei exemplum super vindicanda cæde domini tui, nobis hortamento fuit, vt præfecto prætorio iuxta annotationis nostræ decretum demandaremus, (quem adire cura) vt auditis his quæ in libello contulisti, & reos inuestigare, & seuerissimam vindictam iuxta legum censuram exigere curet. Dat.* VIII. *Id. Octo. Diocletia.* VI. *& Maximiano* III. AA. *Conss.*

Dilatoria per scriptum conceditur, non peremptoria. Salyc.

II. Imp. CONSTANTINVS A. Seuero. PF. V. [a]

[a] al. pp. c. T. 1. 2. 3.

QVoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur, aditus supplicanti pandatur. Quod autem totius negotij cognitionem

tionem tollit, & vires principalis negocij exhaurit: sine graui partis alterius dispēdio conuelli non potest. nec praescriptionis igitur peremptoriae relaxatio petatur. Dat. X. Kalend. Iun. Niceae, Paulino & Iuliano Conss.

Fisco damnosa, vel iuri contraria, non conuenit impetrari. Bald.

III. Idem A. ad populum.

Nec damnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet. Dat. prid. Kal. Octob. Constantio A. VII. & Constātino Caes. IIII. Cōss.

Qui habet dilationem à principe, tenetur satisdare de soluendo in termino: aliter non gaudet dilationis commodo. Bald.

IIII. Impp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Floriano[a] praefecto praetor.

Vniuersa rescripta quae in debitorum causis super praestādis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super debiti solutione praebeatur. Dat. VIII. Kalend. Mart. Constantinop. Antonio & Syagrio Conss.

Semel tantum licet supplicare contra sententias praefectorum praetorio. Bald.

V. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Volusianum praefec. praet.

Si quis[b] aduersus praefectorū praetorio sententias duxerit supplicandum, victúsq; de fuerit, nullam habebit licentiam iterum super

[a] Floro, in C. Th. l. 2. 6.

[b] In nonnullis codicibus haec lex si quis, praecedit legem, vniuersa.

eadem causa supplicãdi. Dat. XV. Kal. Octob. *Romæ, Valentiniano & Valente* AA. *Conss.*

IN AVTHEN. *vt sponsa.lar. §. aliud. collat.ix.constit.ij.*

QVæ supplicatio gloriosissimis præfectis, vel eorum consiliariis, vel causas introducentibus intra decem dies post sententiam offerenda est: quo subsecuto, sententia nõ aliter executioni mandabitur, nisi victrix pars dignam fideiussionem præbuerit tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resoluatur. Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur, executio causæ sine fideiussione procedet: retractationis iure illi seruãdo, qui se grauatum putauerit: vt intra biennium supplicare possit imperatori.

Non refert à quo sit impetratum, dummodo à principe sit concessum. Bald.

VI. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Isidoro PP.

VNiuersis simul hanc obseruantiã remittimus, vt à quocunq; liberæ conditionis constituto, vel seruo supplicante impetratum fuerit rescriptum: minime requiratur per quem preces oblatæ sint. Dat. III. Id. *Nouemb. Theodosio* A. VII. & *Palladio Conss.*

VII. Impp. THEODOSIVS [a] & VALENTINIANVS AA. ad Senatum.

[a] In C. Th. I. 2. I. tribuitur Constantino.

Rescripta

REscripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus refutari præcipimus: nisi forte sit aliquid quod non lædat alium, & prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat. Dat. VIII. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodosio XII. & Valentiniano II. AA. Conss.

Superflua non debent scribi in supplicatione, sed necessaria tantum pro negotij instructione. Salyc.

VIII. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

INstrumentorum exempla non prosit precibus adiunxisse: sed necesse sit eorum in supplicatione vim exprimi, vt responsuro principi vera precatio rem aperiat cognoscendam: his solis (cum necessitas exegerit) verbis precibus inserendis, quorũ de sensu inter partes ita dubitari contigerit, vt etiam meritò nostrum expectetur iudicium. Dat. VI. Kal. April. Constantinop. Florentio & Dionysio Conss.

QVANDO LIBELLVS PRINCIPI DATVS, LITIS contestationem faciat.

TIT. XX.

Rescriptum principis non solum habetur pro libello, sed pro contestat. lit. & transit ad heredem. Bald.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA Remigio præfec. præt.[a]

[a] Præfecto Augustali. C. Th. 2. 2. 7.

DVBIVM non est contestationem litis intelligi, etiam si nostræ fuerint trāquillitati preces oblatæ: eásque aduersus heredem quoq; eius in quem porrectæ sunt, vel ab herede eius, qui meruit, exerceri. Dat. III. Kalen. April. c p. Arcadio IIII. & Honorio AA. III. Conss.

II. Imp. IVSTINIANVS A.
Mennæ præfec. præt.

TEmporales actiones, quæ per oblationem precum & ad eas rescriptionem * perpetuantur, definire necessarium esse duximus, ne quis putet ad alias etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodo per oblationem precum, & ad eas rescripta perpetuari, quæ à prætore constitutæ, annali tempore coartatæ sunt. Datum Kalendis Aprilis, Constantinopoli, Decio V. C. Cons.

* rescriptiones.

VT LITE PENDENTE, VEL POST PROVOCATIONEM, aut definitiuam sententiam, nulli liceat imperatori supplicare.

TIT. XXI.

Præuenire sententiam in supplicando, non prodest, si antequam princeps rescribat, sententia feratur. Bald.

I. Imp. ALEXAND. A. Caperio.

Licet

LICET *postquã supplicasti, prius quàm rescriptũ impetrares, præses prouinciæ vir clarissimus pronunciauerit: cum tamen à sententia non prouocaueris, rescriptum, quod post ea secutum esse suggeris, ad retrahenda ea quæ decreto terminata sunt, non patrocinatur. Dat. Kalen. Mart. Lupo & Maximo Conss.*

Lite pendente non licet nisi in certis causis supplicare. Bald.

II. Imp. CONSTANTINVS A. Probiano suo salutem.

S*Vpplicare causa pendente non licet, nisi vel actorum communium, vel pronunciationis editio denegetur. Qui autem terminatam rescripto vel consultatione quæstionem exquisito suffragio refricare conabitur, in omnem litis æstimationem aduersario suo protinus condemnetur: omni venia deneganda, si quis contra hæc supplicare tentauerit. Dat. Id. Augu. Arelate,* P P. *Id. Octob. Thebeste, Sabino & Rufino Conss.*

C. Th. 11. 30. 6.

III. Idem A. ad vniuersos prouinciales.

Q*Vi licitam prouocationẽ omiserit, perpetuo silere debebit: nec à nobis impudens petere per supplicationem auxilium. Quod si fecerit, desiderio suo carebit, & ignominiæ pœna notabitur. Dat. Kal. August.* PP. *Kal. Septemb. Basso & Ablabio Conss.*

C. Th. 11. 30. 16.

Si

SI CONTRA IVS, VEL VTILITATEM PVBLICAM, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum, vel impetratum.

TIT. XXII.

Omissio non vitiat rescriptum in eo, quod si fuisset expressum, fuisset tamen æque concessum. Bald.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Gregorio.*

*al. consulibus Græcorum.

N*ON idcirco minus is cui ex nostro rescripto cognitio delata est, iudicare potest, quòd ex gestis quædã in precibus omissa proponis. Datum* V. *Non. Maij, Diocletiano* IIII. *& Maximiano* III. AA. *Conss.*

Si reperiatur rescriptum per mendacium impetratum, non cognoscet impetratus de negocio principali. Bald.

II. Iidem AA. & CONSTANTIVS & MAXIMIAN. CC. Statiæ.

P*Ræscriptione mendaciorum opposita, siue in iuris narratione mendacium reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude: pro tenore veritatis, non deprecantis affirmatione datum iudicem cognoscere debere, & secundum hoc de causa conuenit ferre sententiam.*

Dat.

Dat. Kalend. Decemb. Sirmij, CC. *Conss.*

Vbi rescriptum dicitur falsum, recipienda est probatio super obiectis: aliàs punitur iudex.

III. Imp. CONSTANTINVS A. ad Bassum PP.

PVniri iubemus decem librarum auri multa iudices, qui vetuerint precũ argui falsitatem. Dat. Kalend. Octob. Constantino A. III. *& Licinio Cæsa.* III. *Conss.*

Iudex executionis habet cognitionem obreptionis. Bald.

IIII. Idem A. ad Pompeianum consularem Campaniæ.[a]

ET si non cognitio, sed executio mãdatur, de veritate precum inquiri oportet: vt si fraus interuenerit, de omni negotio cognoscatur. Dat. III. *Idus Nouemb. Aquis, Dalmatio & Zenophilo Conss.*

[a] C. Th. I. 2. 4. ad Barbarũ Pompeianũ consularem Cãpaniæ.

Mendacium necat priuilegium. Bald.

V. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

ET si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis: & si nimia mentientis inueniatur improbitas, etiam seueritati subiaceat iudicantis. Dat. VII. *Id. Nouemb. Theodosio* XII. *& Valentiniano* II. AA. *Conss.*

Rescriptum contra ius constitutionis, vel contra publicam vtilitatem, non valet. Bald.

VI. Imp. ANASTASIVS A. Matroniano PP.

Omnes cuiuscunque maioris vel minoris administrationis vniuersæ nostræ reipublicæ iudices monemus, vt nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem, quæ generali iuri vel vtilitati publicæ aduersa esse videatur, in disceptationem cuiuslibet litigij patiatur proferri: sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas. Datum *Kal. Iul. Constan.**

DE DIVERSIS RESCRIPTIS, ET PRAGMATICIS SANCTIONIBUS.

TIT. XXIII.

Rescriptum communiter impetratum, præsumitur vtrique concessum. Bal.

I. Imp. ALEXANDER A. Supero.

*l. j. j. si vnus ex pluribus appel.

SI libellum de communi causa tu, fratérue tuus, dedisti: quamuis rescriptum ad vnius personam directum sit, vtrique tamen prospectum est. Dat. *Id. Iul. Alexandro A. II. & Marcello Conss.*

Rescriptum est perpetuum, non autem est annale, nisi aliud tempus definiatur in rescripto. Bald.

II. Imp. CLAVDIVS A. Epagatho.

Falso

FAlso adseueratur, auctoritatem rescriptorum deuoluto spacio anni obtinere firmitatem suam non oportere: cum ea quæ ad ius rescribuntur, perennia esse debeant, si modo tempus in [a] quo allegari vel audiri debent, non sit comprehensum. Dat. VII. Kalen. Nouemb. Antiochiano & Orphito Conss.

[a] intra quod.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Crispino præsidi prouinc. Phœniciæ.

SAncimus, vt authentica ipsa atque originalia rescripta, & nostra etiam manu subscripta, non exempla eorum insinuentur. Dat. Prid. Kalend. Apr. Annibaliano & Asclepiodoto Conss.

IIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Lysitanos. [a]

SI qua beneficia personalia sine die & consule fuerint deprehensa, auctoritate careant. Dat. V. Calend. August. Sabariæ, Probiano & Iuliano VV. CC. Conss.

[a] ad Bassum P. P. C. T. I. I. I.

V. Impp. VALENTINIAN. THEODO. & ARCAD. AAA. ad Nicentium P. F. annonæ.

SAcrilegij instar est, super quibuscunque administrationibus vel dignitatibus promulgandis diuinis obuiare beneficiis. Datum Kalend. Febr. Mediolani, Arcadio A. & Bautone Conss. [a]

[a] Dat. V. Kal. Apri. Theodo. A. VIII. Cos.

VI. Imp. LEO A. Hilariano magistro officiorum & patricio.

SAcri affatus, quoscunque nostræ mansuetudinis in quacunque parte paginarum scripserit auctoritas, non alio vultu penitus aut colore, nisi purpurea tantummodo inscriptione * *lustrentur: scilicet vt cocti muricis, & triti conchylij ardore signentur. Eáque tantummodo fas sit proferri vel dici rescripta in quibuscunque iudiciis, quæ in chartis siue membranis subnotatio nostræ subscriptionis impresserit. Hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum aut concessum habere, aut quærere, aut à quocunque sperare: eo videlicet qui hoc aggressus fuerit tyrannico spiritu, post proscriptionem bonorum omnium capitali non immeritò pœna plectendo. Datum* VI. *Kalendas April. Iordane & Seuero Conss.*

* vet. scriptione, in omnibus. in vno erat aptatum, subscriptione.

Non valent rescripta principis, nisi apponatur clausula, si preces veritate nitantur.

VII. Imp. ZENO A. Sebastiano præfecto prætorio.

VNiuersa rescripta siue in personam precãtium, siue ad quemlibet iudicem manauerint, quæ vel adnotatio, vel quæuis pragmatica sanctio nominentur: sub ea conditione proferri præcipimus, si preces veritate nitantur. Nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licet in iudicio adserat

rat veritatem, nisi quæstio fidei precum imperiali beneficio monstretur inserta. Nam & vir magnificus quæstor, & viri spectabiles magistri scriniorũ, qui sine præfata adiectione qualecunque diuinum responsum dictauerint, & iudices qui susceperint, reprehensionẽ subibũt. Et qui illicite dictata scribere ausi fuerint cuiuscunque scrinij memoriales seu pragmaticarij vel adiutores primicerij, amißione cinguli 3 *feriantur.* ¶ *Pragmaticas præterea sanctiones non ad singulorum preces super priuatis negociis proferri, sed si quando corpus aut schola, vel officium, vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædam vniuersitas hominum ob causam publicam fuderit preces, manare decernimus: vt in his etiam veritatis quæstio reseruetur. Dat. x. Kalend. Ian. Constantinopo. post consulatum Basilisci II. & Armatij.*

IN AVTHENT. *Vt diuinæ iußiones subscriptionem habeant gloriosiss. quæstoris.* colla. VIII.

G*Loriosißimi quoque quæstoris subscriptio est necessaria, in qua contineatur, & inter quos, & ad quem iudicem, & per quem sacrum dirigatur oraculum. alioquin à nullo iudice suscipiatur: & qui contra fecerit,* XX. *lib. auri plectatur, & eius officium simili pœna percellatur.*

DE STATVIS ET IMAGINIBVS.

TIT. XXIIII.

Iudices non debent permittere erigi aliquas statuas, sine principis licentia, sub pœna hic statuta. Saly.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Theodoro præfecto prætorio.

SI QVIS iudicum accepisse æneas, vel argẽteas, vel marmoreas statuas extra imperiale beneficium in administratione positus detegetur: emolumenta quæ accepit in ea positus dignitate quam polluit, cum extortis titulis vel præsumptis in quadruplum fisco nostro inferat: simúlque nouerit existimationis suæ pœnam se subiturum. Nec eos sanè à periculo pudoris haberi volumus immunes, qui adulandi studio, aut metu inconstantis ignauiæ transire quæ sunt interdicta, tentauerint. Dat. XII. Kal. Ianua. Mediolani, Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.

II. Impp. THEOD. A. & VALEN. Cæs. Aetio præfecto prætorio.

C.Th. 15. 4. 1.

SI quando nostræ statuæ vel imagines erigũtur, siue diebus (vt adsolet) festis, siue communibus: adsit iudex sine adorationis ambitioso fastidio, vt ornamentum diei & loco & nostræ recordationi sui probet accessisse præsentiam.

tiam. Datum III. *Non. Maij, Theodo.* A. XI. *& Valentiniano Cæsare Conss.*

III. Iidem A. & c. Florentio præfecto prætorio.

*IN nostræ serenitatis imaginibus ac statuis erigendis priuatæ collationis** *iniuriam propulsari præcipimus, ne quid in eis suum collator agnoscat. Datum* III. *Non. April. Theodosio* A. XVII. *& Festo Conss.*

*al. collectionis.

IIII. Iidem A. & c. ad Nomum comitem & magistrum officiorum.

ET virtutum præmia tribui merentibus conuenit, & aliorum honores aliis damnorum occasionem fieri non oportet. Idcirco quotiens vel iudicibus nostris, vel cui libet alij statua fuerit à quocunque collegio seu officio, vel in hac sacratißima ciuitate, vel in prouinciis postulata, nequaquã ex descriptione sumptus colligi patimur: sed eius, cuius ad honorem petitur, expẽsis propriis statuam collocari præcipimus. Datum V. *Kalen. April. Theodosio* A. XVIII. *& Albino Conss.*

DE HIS QVI AD STATVAS CONFVGIVNT.

TIT. XXV.

Qui confugerunt ad statuas principis, ab omni violentia debent esse tuti. Salyc.

I. Imppp. VALEN. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio præfecto prætorio.

l. vnica. ti. 44. lib. 9. C. T.

QVI ad statuas, vel vitandi metus, vel creandæ inuidiæ causa confugerint: si certas habuerint causas quibus cõfugere ad imperatoria simulachra debuerint, iure ac legibus vindicentur. Sin vero probati fuerint artibus suis inuidiã inimicis creare voluisse: vltrix in eos sententia proferatur. Datum prid. Non. Iul. Constantinop. Honorio N.P. & Euodio Conss.

DE OFFICIO PRAEFECTI prætoriorum Orientis & Illyrici.

TIT. XXVI.

I. Imp. ALEXAND. A. Theodoro.[a]

LIBELLVS præfecto pretorio datus, pro litis conteStatione haberi non potest. Datum Prid. Kalendas Octobris Agricola & Clementino Conss.

II. Idem A. Restituto.

FOrmam[b] à præfecto pretorio datam, etsi generalis sit, minime legibus vel constitutionibus contraria: si nihil postea ex auctoritate mea innouatum est, seruari æquum est. Da. Idib. AuguSt. Seuero & Quintiano Conss.

[a] Theodoto.

[b] In nouel. 30. mẽtio fit formæ à Niceta datæ: hæ formæ græcè dicũtur τὰ ἐπαρχικά, vt liquet ex Harmen. li. 3. ti. 8. §. 41. Cont.

III.

III. Imppp. VALEN. THEO. & ARCAD. AAA. Tatiano præfecto prætorio.

SI quos iudices vel propter aduersam & lõginquam corporis valetudinem, vel propter neglegentiam, aut furtum, vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse repererit: his ab administratione remotis, & vice eorum aliis subrogatis, furibúsq; pœnis legitimis subiectis, ad nostræ mãsuetudinis sententiam " *non crimina, sed vindicta referatur. Dat. v. Idus Decemb. Cap. Arcad. & Bautone Conss.*

"sciẽtiam" in omnibus manu scrip.

IIII. Iidem AA. Ad leo comiti & magistro vtriusque militiæ.

DE ordinario iudice semper illustris est cognitio præfecturæ: licet militari viro ab eo facta fuerit iniuria. Dat. prid. Kalend. Ianuar. Constantinopo. Theodosio A. III. *& Habundantio Conss.*

V. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio præfecto prætorio.

SI qui posthac velut indebitis oneribus grauati, ad preces crediderint conuolandum, siue de nauicularis rationibus, siue transuectionibus: rescripta quæ de omnibus his atque huiusmodi ordinationibus emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuæ rescribantur. Datum Idibus Decembris Stilicone II. *& Anthemio Conss.*

Quidam libri notant hîc desiderari Græcam constitutionem.

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO AFRICAE, ET de omni eiusdem diœceseos statu.

TIT. XXVII.

In nomine domini nostri Iesu Christi, Imperator Cæsar Flauius IVSTINIANVS, Alamannicus, Gotthicus, Germanicus, Francicus, Anticus, Alanicus, Vvandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Archelao præfecto prætorio Africæ.

QVAS *gratias, aut quas laudes domino deo nostro Iesu Christo exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre. Multas quidem & antea à deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eius beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus: præ omnibus tamẽ hoc, quod nunc omnipotens deus per nos pro sua laude & pro suo nomine demonstrare dignatus est, excedit omnia mirabilia opera, quæ in seculo contigerunt: vt Africa per nos tam breui tempore reciperet libertatem, antea* nonagintaquinque annos à Vvandalis captiuata, qui*

* al. centũ & quinq;. al. centum & quinquaginta. al. ante cẽtum quinquaginta-quinque annos. al. centum LVI.

qui animarum fuerant simul hostes & corporum. nam animas quidem diuersa tormenta atque supplicia non ferentes, rebaptizando ad suam perfidiam transferebant: corpora verò liberis natalibus clara, iugo barbarico durißime subiugabant. Ipsas quoque dei sacrosanctas ecclesias suis perfidiis maculabant: aliquas vero ex eis stabula fecerunt. Vidimus venerabiles viros, qui abscißis radicitus linguis pœnas suas miserabiliter loquebantur. Alij vero post diuersa tormenta per diuersas dispersi prouincias, vitam in exilio peregerunt. Quo ergo sermone, aut quibus operibus dignas deo gratias agere valeamus, qui per me vltimum seruum suum, ecclesiæ suæ iniurias vindicare dignatus est, & tantarum prouinciarum populos à iugo seruitutis eripere? quod beneficium dei antecessores nostri non meruerunt: quibus non solum Africā liberare non licuit, sed & ipsam Romam viderunt ab eisdem Vuandalis captā, & omnia imperialia ornamenta in Africam exinde translata. Nunc verò deus per suā misericordiam non solum Africam & omnes eius prouincias nobis tradidit, sed & ipsa imperialia ornamenta, quæ capta Roma fuerant ablata, nobis restituit. Ergo post tanta beneficia, quæ nobis diuinitas contulit, hoc de domini dei nostri misericordia postulamus, vt prouincias quas nobis restituere dignatus est, firmas

& illæsas custodiat: & faciat nos eas secundũ voluntatem suam ac placitũ gubernare: vt vniuersa Africa sentiat [omnipotẽtis] dei misericordiam, & cognoscant eius habitatores à quàm durissima captiuitate & iugo barbarico liberati, in quanta libertate sub felicissimo nostro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes exoramus sanctæ & gloriosæ semper virginis & dei genitricis Mariæ precibus, vt quicquid minus est reipublicæ nostræ, per nos vltimos seruos suos restituat in suo nomine deus, & dignos nos faciat seruitium eius adimplere. Deo itaque auxiliante pro felicitate reipublicæ nostræ per hanc diuinam legem sancimus, vt omnis Africa quam nobis deus præstitit, per ipsius misericordiam optimum suscipiat ordinem, & propriam habeat præfecturã: vt sicut Oriens atque Illyricum, ita & Africa, prætoriana maxima potestate specialiter à nostra clementia decoretur: cuius sedem iubemus esse Carthaginem: & in præfatione publicarum chartarum præfecturis aliis eius nomen adiungi: quam nunc tuam excellentiam gubernare decernimus: & ab ea auxiliante deo septẽ prouinciæ cũ suis iudicibus disponantur, quarum Tingi*, [&] quæ proconsularis antea vocabatur, Carthago, & Byzaciũ, ac Tripolis rectores habeant consulares. reliquæ verò, id est Numidia, & Mauritania, & Sardinia à præsidib*

* &.

*Zeigi, vel Zeugi, in omnibus manuscriptis. Zeugis autem erat olim prima prouincia Africæ, in qua erat & Carthago, vt ait Isidorus li. 14. ca. 5.

sidibus cum dei auxilio gubernentur. Et in officio quidē tuæ magnitudinis, necnon pro tempore viri magnifici præfecti prætorio Africæ, trecentos nonagintasex viros per diuersa scrinia & officia militare decernimus. In officiis verò consularium ac præsidum quinquaginta homines per singula officia esse sancimus. Quæ verò emolumenta siue magnificentia tua, siue consulares, & præsides, & quod vnusquisque ex officio eorum de publico consequi debeat, notitia subter annexa declarat. Optamus ergo vt omnes iudices nostri secundum voluntatem & timorem dei & nostram electionem atque ordinationem sic suas administrationes gubernare studeant, vt nullus eorum aut cupiditati sit deditus, aut violentias aliquas vel ipse inferat, vel iudicibus, aut officiis eorum, aut quibuscunque aliis collatoribus inferre permittat. Licet enim per omnes prouincias nostras (deo iuuante) festinemus vt illæsos habeant collatores: maxime tamen tributariis diœceseos Africanæ consulimus, qui post tantorum temporum captiuitatem meruerunt (deo iuuante) per nos lumē libertatis aspicere. Ergo iubemus omnes violentias & omnem auaritiā cessare, & iustitiam atq; veritatē circa omnes nostros tributarios reseruari. Sic enim & deus placabitur: & ipsi possunt celerius sicut collatores alij nostræ reipublicæ releuari atque florere. Spor-

tulas etiam ab officio tam viri magnifici præfecti[prætorio] Africani, quàm reliquorũ iudicum sic exigi iubemus, quomodo in nostris legibus est dispositũ, & ab omni republica nostra custoditur: vt nullus audeat quocunque tempore vel quocunque modo earum excedere quantitatem. Hoc etiam præsenti sanctione credimus ordinandum, vt non multa dispendia pro completione chartarum, vel codicillorum, vel in nostro laterculo, vel in scriniis præfecti prætorio per Africam iudices sustinere videãtur: quia si ipsi dispendiis læsi non fuerint, nullam habebunt necessitatẽ eiusdem nostræ Africæ tributarios prægrauandi. Iubemus ergo vt iudices diœceseos Africanæ tam ciuiles, quàm militares in nostro laterculo pro codicillorum atque chartularum promotionis suæ consuetudinibus nihil vltra sex solidos præbeant: at vero in scrinio præfectorum non vltra duodecim solidos cogantur inferre. quem modum si quis excesserit, ipse quidem iudex triginta librarũ auri dispendio subiacebit: officium vero eius non solum simile dispendium, sed & capitale periculum sustinebit. Nam si aliquis ex quacunque parte ausus fuerit iussiones nostras excedere, & non festinauerit cum dei timore eas seruare: non solum dignitatis aut substantiæ periculum sustinebit, sed etiam vltimo supplicio subiacebit. Et est notitia deo auxiliante.*

*&c.

Pro

Pro annonis & capitu pro tempore PP.*per totam Africam auri libras centum.Pro annonis Consularium*° *auri libras.* XX. *Pro annonis Cancellariorum auri libras.* VII. *Item officiis eius ita. In scrinio primo hominibus decem pro annonis.*XVIII.*pro capi.sol.*XII. *Fiũt sol.* CXLVIII. *Item Numerario, pro annonis, sol.*V.*& pro capi.sol.*IIII.*Fiunt sol.*XLVI. *Secundo pro ann.* III. *annuos sol.* V. *& pro cap.* VII.*ca.sol.*V.*& pro cap.*II.*cap.sol.*IIII. *Fiunt sol.*XVI.III.*verò &* IV.*ad ann.*I. *ann. sol.* V. *et ad cap.*I.*ca.sol.*IIII.*Fiũt.*XXIIII. *Reliquis* III.*ad ann.*I.*an.sol.*V.*& ad cap.*I.*ca.sol.*IIII. *Fiũt sol.*XXVIII.*In scrinio secundo, vt supra scriptũ est.In scrinio tertio,vt supra scriptũ est. In scrinio quarto,vt supra scriptũ est. In scrinio primi scrinij,quod est subadiuuæ hominibus.*X. *ann.* XIIII.*cap.*XII.*Fiunt sol.*CXVI. *s. Ita primiscrinio pro ann.* III. *an. sol.*V.*& pro capitu.*II.*capitu.sol.*IIII.*Fiunt solidi.* XXIII. *Secundo pro ann.*II. *an.solidi, vt supra scriptum est,& pro cap.capit.sol.vt supra scriptũ est.& fiunt solidi.*XVI. *Tertio & quarto pro ann.* I. *annona, solidorum vt supra scriptum est,& pro cap.*I.*cap.solidorum, vt supra scriptum est.Fiunt solidi.* XXIII. *Reliquis hominibus.*VI.*ad ann.*I.*annona solidi.*V.*& pro capitu.capit.solidi.*IIII. *Fiunt solidi.* LVIII. *In scrinio*° *commentariensis hominibus.*XII. *ann.*

XVII.

°consiliariorum centum viginti

°al.scrinio commentariensi,ho-

XVII.*capitu.*IIII.*Fiunt solidi.* CLIII. *Primo commentariensi ann.* III *solid.* V. *pro cap.* II. *capitu.sol.*IIII.*Fiunt solidi.*XXIII.*Sequentes homines.*III.*ad ann.*I.*ann.sol.* V. *pro capi.*II. *capi.sol.*IIII.*Fiunt solidi.*XLVIII.*Reliqui homines.*VIII.*ad ann.*I.*ann.sol.*V.*&* *capit.*I.*capit.sol.*IIII. *Fiunt solid.* XXVII. *In scrinio ab actis hominibus.*X.*ann.*XIIII.*cap.* XII. *solid.* CXVIII.*Ita.primo ann.* III. *pro ann.* I. *solid.* VI.*cap.*II.*cap.sol.*IIII.*Fiunt solid.*XXIII.*Secundo & tertio ad ann.*II.*ann.solid.* V. *& ad cap.*II.*cap.soli.*IIII. *Fiunt sol.*XXXII. *Reliquis.*XVII.*ad ann.*I.*solid.*V.*ad cap.*I.*cap. soli.* VIII.*Fiunt solid.*LXIIII.¶*In scrinio libellorũ hominibus.*VII.*ann.*VI.*cap.*VI.*Fiunt solidi.*V. *pro cap.*II.*cap.solid.*IIII.*Fiunt solidi.*XVI.*Secũdo.*II.*pro an.solid.*X.*pro capitu.*I.*solid.*IIII. *Fiunt solid.*XII.*Reliquis hominibus.* IIII. *ad ann.*I.*ann.solid.*V.*& ad capitu.*I.*sol.*IIII.*Fiũt solid.*XXXVI.¶*In schola exceptorũ hominibus* LX.*ann.*LXXIIII.*cap.*LXII.*sol.*DCXVIII. *Ita primo & secundo anno.*III.*pro ann.solid.*V.*& ad cap.cap.soli.*III..*Fiunt solid.*XLVI. "*Aliis hominibus.*VI.*ad ann.*II.*ann.sol.* V. *ad cap.*I. *cap.sol.*IIII. *Fiunt solidi.* CXVI. *Reliquis hominibus.*X." *ad ann.*I.*ann.sol.*V. *& ad cap.*I. *cap.sol.*IIII.*Fiũt solid.* CXV.*Reliquis hominibus.*XLIIII.*ad ann.*I. *sol.* V. *& ad capi. solid.* IIII.*Fiunt solidi.*CCCLXXXVI.¶*In schola singularium*

' ccclxxx.

'xliij.

gularium hominibus. L. an. III. cap. I. solid. CCCCLXXIII. Ita I. ann. II. ann. sol. V. cap. I. cap. solid. III. Fiunt sol. XXXIIII. Secundo, tertio & quarto ad ann. V. ann. sol. V. & ad cap. I. cap. sol. IIII. Fiunt solid. XXXIIII. S. ¶ Reliquis. XLVI. ad ann. I. sol. V. & ca. I. cap. sol. IIII. Fiunt solid. CCCCXVIII. ¶ In schola mittendariorum hominibus. L. ann. LII. S. cap. L. solid. CCCCXLII. Ita. primo anno II. ann. sol. V. & ad cap. I. cap. solid. IIII. Fiunt solidi. XIIII. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. ann. sol. V. & ad capit. I. capit. solid. IIII. Fiunt solid. XXXIIII. S. ¶ Reliquis hominibus XLVI ad ann. I. ann. sol. V. et ad cap. I. cap. solid. IIII. Fiunt solidi. CCCXXIIII. * ¶ In schola cursorum hominibus. XXX. ann. XXII. S. cap. XXX. soli. CCXXXII. Ita. primo anno, ann. solid. V. cap. I. cap. sol. IIII. Fiunt solidi. XVII. Secundo, tertio & quarto ad ann. IS. ann. sol. V. & ad cap. I. cap. sol. IIII. Fiunt soli. XXXIIII. S. Reliquis hominibus. XXVI. ad ann. I. ann. solid. V. & ad capitu. I. cap. solid. IIII. Fiunt solidi CCXXXIIII. ¶ In schola nomenculatorũ, hominibus. XXII. ann. solid. V. capitu. XII. solid. IIII. Fiunt solidi. CXV. Ita. primo ann. ann. solid. V. capit. IS. cap. solidos. IIII. Fiunt solid. XVI. Reliquis hominibus. XI. ad ann. I. ann. sol. V. & ad cap. I. cap. sol. IIII. Fiũt sol. XCVIIII. ¶ In schola stratorum * hominibus. VI. ann. VII. capit.

* cccxix.

* statorũ.

*capit.*VI.*solid.*LVIIII.*Ita. Primo anno ann.solid.*v.*cap.*I.*cap.sol.*IIII.*Fiunt solidi* XIIII. *Reliquis hominibus.*v.*ad ann.*I.*ann. solid.* v. *&* *ad cap.*I.*cap.solid.*IIII. *Fiunt solid.*XLV. ¶*In schola***pratorianorum***hominibus decē ann.* XII.*cap.*XI.*sol.*XCVII.*Ita. Primo, annonæ pro ann.*II.*sol.*v.*pro cap. soli.* IIII. *Fiunt sol.*XVI. *Reliquis hominibus.*VIIII.*ad ann.* I. *pro ann. solid.*v.*cap.*I.*pro ca.sol.*IIII.*Fiūt solid.*LXXI.* ¶*In schola draconariorum hominibus* X.*ann.* XI.*cap.*X.S.*sol.* CCVI. *Ita. Primo anno, pro ann.solid.*XIIII.*capit.*I.*pro capi.*I.*sol.*IIII.*Fiūt solid.*XVI.*Reliquis hominibus.*VIIII.*ad ann.*I. *pro ann.solid.*v.*cap.*I.*pro cap.sol.*IIII.*Fiunt soli.*LXXX.¶*In scrinio operum hominibus.* XX. *ann.*XXIIII.*cap.*XXI.*solid.*CCXXIIII.*Ita. Primo ann.*III.*pro an.sol.*v.*cap.*II.*pro ca.sol.*VIII. *Fiunt solid.* XXIIII. *Reliquis hominibus.* III. *ad ann.*II.*pro ann.sol.*v.*&* *ad cap.* I.*pro cap. sol.*IIII. *Fiūt sol.*LXII.*Reliquis aliis hominibus.*VI.*ad ann.* I.*pro ann. sol.* v. *&* *ad cap.*I. *pro cap.sol.*IIII. *Fiunt sol.*XC. ¶*In scrinio arcæ, hominibus.*XX.*ann.*XXVIII.*cap.*XXI.*solid.* CCXXIIII.*Ita. Primo ann.*III.*pro ann. sol.* v. *cap.*II.*pro cap.sol.*IIII. *Fiunt sol.* XXIII. *Reliquis hominibus.* IIII. *ad ann.* II.*pro an. sol.*v. *&* *ad cap.*I.*pro cap.sol.* IIII. *Fiunt sol.* XLII. *Reliquis aliis hominibus* VI.*ad ann.*II.*solid.*v. *&* *ad cap.* I. *pro cap. solid.* IIII. *Fiunt sol.* LXVIII.

* lxxxj.

LXVIII. *Reliquis alis hominibus.* CX. *ad an.* I. *pro ann. sol.* V. *& ad cap.* I. *pro cap. sol.* IIII. *Fiunt solid.* XC. ¶*In schola chartulariorum hominibus.* L. *ann.* LVIII. *cap.* II. *pro cap. sol.* IIII. *Fiunt sol.* XXIIII. *Ita, Primo anno.* III. *pro an. sol.* V. *cap.* II. *pro cap. sol.* IIII. *Fiunt sol.* XXIII. *Reliquis hominibus.* III. *ad ann.* II. *pro ann. sol.* V. *& ad cap.* I. *pro cap. sol.* IIII. *Fiunt sol.* XLVIII. *Reliquis alis hominibus.* VI. *ad an.* I. *pro an. sol.* V. *& ad cap.* I. *pro cap. sol.* IIII. *Fiunt sol.* XLVIIII. *Reliquis hominibus.* XL. *ad ann.* I. *pro ann. sol.* V. *& ad cap.* I. *pro cap. sol.* IIII. *Fiunt sol.* CCCLX. *Fiunt homines.* CCCXCVI. *an.* CCCCXCVIIII. *sol.* II. CCCCXC. *capitu.* CCCCXX. *Fiunt solid.* IIII. LXXIII. III. DCLXXXII. *Item pro ann. & cap. cēsualium*[*] *solid.* CCCCXLVIIII. *Officiorum eius solidi.* CLX. * *pt.* * *medi hominibus.* V. *ann.* XLVIII. *capit.* XVIII. *solidi* CCCCXVIII. *Ita, Primo anno pro ann.* XV. *cap.* V. *sol.* V. *Secundo pro ann.* X. *cap.* V. *sol.* LXX. *Reliquis hominibus.* III. *ad ann.* VIII. *& ad cap.* II. *sol.* CL. ¶*Grāmaticis hominibus.* II. *ad ann.* X. *& ad capi.* II. *ad solid.* LXX. *sortitas.* * ¶*Oratoribus hominibus.* II. *ad ann.* X. *cap.* V. *ad sol.* LXX. *Hæc igitur, quæ pro dispendiis, ciuilibus iudicibus Africæ, eorúmque officiis, id est tam scriniariis amplissimæ eius præfecturæ,*

[*] al. consularium sol. ccc-xlviij. offic. eius sol. cccc-xviij. Ita, primo pro anno xv. ca. vj. sol. c. Secundo pro anno x. c. v. sol. lxx. reliquis hominibus, &c. vt hîc.

fecturæ, quàm cohortalibus, per hanc diuinam constitutionem statuimus, tua magnitudo cognoscens ex Kal. Septemb. futuræ tertiæ decimæ indictionis, effectui mancipari, obseruaríq; procuret, atque edictis publicis omnibus innotescat. His scilicet qui ordinati fuerint à tua sublimitate, secundum præsentem diuinam constitutionem, firmitatem sui status in perpetuo habituris. Nam deo iuuante de militaribus iudicibus, & de officiis eorum, & de alio nostro exercitu per aliam sanctionem statuemus. Dat. Cõstantinop. DN. *Iustiniano* PP.*

11. Idem A. Belisario magistro militum per Orientem.

IN *nomine domini nostri Iesu Christi ad omnia consilia omnésque actus semper progredimur. Per ipsum enim iura imperij suscepimus. Per ipsum pacẽ cum Persis in æternum confirmauimus. Per ipsum acerbissimos hostes, & fortissimos tyrannos deiecimus. Per ipsum multas difficultates superauimus. Per ipsum Africam defendere, & sub nostrũ imperium redigere nobis concessum est. Per ipsum quoque, vt nostro moderamine recte gubernetur, & firme custodiatur, cõfidimus. Vnde per eius gratiam etiam ciuilium administrationũ iudices & officia* singulis Africanis prouinciis constituimus: attribuentes quidem emolumẽtum, quod vnusquisq; percipere debeat. Ad*

*officiales.

eius

eius igitur prouidentiam etiamnum animum nostrum referentes, & armatas militias, &
1 *duces militũ ordinare disponimus.¶ Sancimus itaque vt dux militum Tripolitanæ prouinciæ in Leptimagnensi ciuitate sedes interim habeat. Dux vero Byzacenæ prouinciæ & in Capsa & altera Lepte ciuitatibus interim sedeat. Dux vero Numidiæ prouinciæ in Constantinensi ciuitate sedes interim habeat. Dux autem Mauritaniæ prouinciæ in Cæsariẽsi ci-*
2 *uitate interim sedeat. ¶ Iubemus etiam vt in traiectu qui est contra Hispaniam, qui Septa dicitur: quantos prouiderit tua magnitudo, de militibus vnà cum tribuno suo homine prudente, & deuotionem seruante reipublicæ nostræ, per omnia cõstituas: qui poßint & ipsum traiectum semper seruare, & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ vel Galliæ seu Frãcorum agũtur, viro spectabili duci denunciare, vt ipse tuæ magnitudini referat. In quo traiectu etiam dromones quantos prouideris,*
3 *ordinari facias. ¶ In Sardinia autem iubemus ducem ordinari: & eũ iuxta montes vbi Barbaricæ gentes videntur sedere, habentem milites pro custodia locorum, quantos & ibi tua magnitudo prouiderit. Et omnes diligenter pro commißis suæ custodiæ prouinciis inuigilẽt, & ab omni hostium incursione subiectos nostros tueantur illæsos: & festinent die noctéque dei*

inuocando auxilium, & diligenter laborando, vsque ad illos fines prouincias Africanas extendere, vbi ante inuasionem Vuandalorum & Maurorum respublica Romana fines habuerat, & vbi custodes antiqui seruabant: sicut ex clausuris & burgis ostēditur. maxime autem ciuitates quæ prope clausuras & fines antea tenebātur, cum essent sub Romano imperio constitutæ, auxiliante diuina misericordia cum hostes per partes expelluntur, festinēt comprehendere, atque munire: & in illis duces & milites per partes accedant, vbi antea fines & clausuræ prouinciarum erāt, quando integræ Africanæ seruabantur sub Romano imperio prouinciæ: quod deo annuente (cuius auxilio nobis restitutæ sunt) speramus cito nostris prouenire temporibus: & vt in securitate & pace prouinciæ cum antiquis finibus integræ seruentur, & vigiliis ac laboribus deuotißimorum militum, & cura spectabilium pro tempore ducum custodiantur illæsæ: quoniam ita conuenit, vt semper custodes fines prouinciæ seruent: ne detur hostibus licētia incurrendi aut deuastandi loca quæ nostri subiecti poßident. ¶ Quantos autem milites, siue pedites, siue equites, per vnumquemque limitem collocari oportet ad custodiendas prouincias & ciuitates, tua magnitudo, prout considerauerit, ordinet, & nobis referat: vt si præuiderimus 4

mus sufficientem esse ordinationem, confirmemus eam. sin autem perspexerimus & aliquid amplius fieri, vt eam augmentemus. Quid autem dux stipendiorum nomine pro se suisque hominibus, & quid eius officium consequetur: hoc in subdita declaratur notitia. Sicut ergo prædictum est, interim nunc duces ac milites secundum nostram dispositionem in locis seu ciuitatibus, in quibus iussimus, sedeant, donec deo auxiliante nobis ac reipublicæ nostræ per labores nostros in illis locis constitui possint, in quibus vniuscuiusque prouinciæ antiquus limes constitutus erat, quando florente Romana republica memoratæ prouinciæ integræ tenebantur. 5 *¶Pro limitaneis vero ordinãdis necessarium nobis esse videtur, vt extra Comitatenses milites qui per castra sunt, milites limitanei constituantur, qui possint & castra & ciuitates limitis defendere, & terras colere: & vt alij prouinciales videntes eos per partes, ad illa loca se conferant. Et exemplum fecimus vnius numeri limitaneorum: vt secundum exemplum, quod nos misimus, per castra & loca, quæ prouiderit tua magnitudo, eos ad similitudinem nostri exempli ordinet: sic tamen, vt si inueneris de prouinciis idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant, limitaneorum constituas numero in vnoquoque limite: vt si aliqua*

forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei sine Comitatensibus militibus vnà cum ducibus suis adiuuare loca, vbi dispositi fuerint, non longe limitem exeuntes, nec ipsi limitanei, nec duces eorum: vt nullum etiam dispendium à ducibus vel ducianis prædicti limitanei sustineant, nec aliquas sibi consuetudines de eorum stipendiis per fraudem ad suum lucrum conuertant. Hæc autem non solum in limitaneos volumus obseruari, sed etiam in Comitatenses milites: & vnumquęque ducem & tribunos eorundem militum iubemus, vt semper milites ad exercitationem armorum teneant, & non concedant eos diuagari, vt si quando necessitas contigerit, possint inimicis resistere: & nullũ audeant duces aut tribuni commeatalem de ipsis dimittere: ne dum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquãt prouincias. Nam si vsurpauerint memorati duces, vel officia eorum, seu tribuni, commeatalem de militibus relinquere, aut aliquod lucrum de eorum emolumentis sibi acquirere: hoc nõ solum in quadruplum iubemus publico rependere,[a] *sed etiam dignitate eos priuari. Magis enim debent & duces & tribuni supra deputata sibi emolumẽta secundũ labores suos de nostra largitate remuneratione͂ sperare, & nõ de cõmeatis militũ aut eorũ stipendiis lucrũ sibi acquirere: quoniã ideo ordinati sunt milites,*

[a] dependere.

tes, vt per ipsos prouinciæ vindicētur: præcipue cū sufficienter & ipsis ducibus & eorū officiis emolumenta præstitimus, & semper prouidimus vnumquemq; secundum labores suos ad meliores gradus & ad maiores dignitates perducere.[a] *Postquam vero deo placuerit, & per tuam magnitudinem limes omnis in antiquū statum peruenerit, & bene ordinatus fuerit: tunc vbicunq; necessitas emerserit, viri spectabiles duces inuicem sibi quando vsus exegerit, auxilium præbeant: vt prouinciæ seu limites, eorum vigiliis & laboribus (deo iuuante) illæsi custodiantur. Sicut autem iubemus audaces & feroces contra inimicos iudices ac milites nostros esse: sic volumus eos mites & beneuolos circa collatores nostros existere, & nullum damnum nullámque læsionem in eos efficere. Sin autem quisquam de militibus ausus fuerit quancunq; læsionem tributariis nostris inferre: periculo viri spectabilis ducis seu tribuni & principis digna vindicta afficiatur, vt indemnes tributarij nostri custodiantur. Si vero pro quibusdam causis interpellatio apud nostros iudices facta fuerit: iubemus non amplius sportularū nomine, quàm nostris legibus definitum est, executores accipere, pœnam eisdem legibus insertam ex transgressione formidātes. Cum autē deo annuente Africana nostra prouinciæ per tuā magnitudinem*

[a] produ-cere.

ibi agũtur, frequenter ad nos referãt, vt bene facta cõfirmemus, et quæ oportunius debẽt fieri, ex nostra dispositione peragantur. Hoc etiã decernimus, vt iudices qui ordinandi sunt per Africanos limites, nihil amplius in sacratissimo palatio cuilibet p̃sonæ, aut dignitati, vel in prætorio per Africã præfecturæ & magisteriæ potestati præbeant: nisi quantum subter annexa declarat notitia. Nã si quis amplius, quàm in subdita notitia taxatũ est, vsurpauerit seu acceperit, triginta libras auri multæ dependat nomine, cũ quo & periculo indignationis nostræ serenitatis subiacebit: nulla alia qualibet persona aut dignitate aut officio accipiẽte aliquid ab eis, præter illos quorũ nomina in subiecta notitia continentur. Ad hoc iubemus vt (deo iuuante) vnusquisq; dux seu eorũ officia, secundũ quod notitia subter annexa continet, emolumẽta sua ex tributis Africanæ prouinciæ ex Kalẽdis Septembris instãtis felicissimæ tertiædecimæ indictionis percipiãt. Et hæc notitia, deo volente, debet delegari Ducibus, & eorũ officiis in Africa cõstitutis pro annonis & capitu per singulos annos præbendis. Ita. Clarissimo viro duci Tripolitanæ prouinciæ & hominibus eius singulis sol. v. ca. CLVIIII. singulis caput. sol. DCCLXXXIII. Adsessori ducis, & officio ac hominibus eius. XL. an. XCVI. 3. sing. an. ca. sol. VI. Simul fiũt pro an. & cap.

solidi. DCLXXIV. *Diuidũtur sic. Adsessori in ann.* VIII. *cap.* IIII. *Primicerio in ann.* VIII. *ca.* II. ¶ *Ducenariis.* III. *ad ann.* VI. *solidi. fiũt ann. capitis fiunt capitum. cap. Centenariis.* VI. *ann.* V. *funt. Fiũt ann.* IV. & *ad cap.* I. *fiunt. an.* XVI. & *ad cap.* III. *fiunt cap.* VIII. ¶ *Circitoribus.* VIIII. *semis. Aliis.* XI. *ad an.* I. S. *fiunt. an.* XIIII. *funt.* & *ad cap.* III. *fiũt ca.* XI. *Item viro clarißimo duci Bizacenæ prouinciæ & hominibus eius ann.* CXC. *singulis in ann. sol.* V. *capit.* CLVIII. *singulis cap. sol.* VV. *Simul fiunt pro ann. cap. solidi.* DCLXX. *omnes. Diuidũtur sic. Adsessori in ann.* VII. *cap.* IV. *Primicerio in an.* V. *cap.* II. *Numerario in an.* VI. *ca.* III. *Ducenario.* IV. *ad an.* III. *fiunt cap.* III. *Centenariis* VI. *ad an.** *an.* XV. & *cap.* I. *fiunt ca.* VII. *Circitoribus.* VIIII. *ad an.** *fiunt ann.* XIII. & *ad cap.* III. *fiunt cap.* VII. *Circitoribus* VIIII. *ad an.* II. *fiunt.* XVIII. & *ad cap. fiunt ann.** XIII.* *ca.* VIIII. *semis. Aliis* XI. *ad an.* III.* *fiunt an.* XIII. S. & *ad capit.* XI. ¶ *Item viro clarißimo duci Numidiæ prouinciæ, & hominibus eius. ann.* CXC. *singul. ann. sol.* VIII. *cap.* CLVIII. *singulis cap. sol.* VIIII. *Simul fiunt pro ann.* & *cap. sol.* CCCLI. XXXIIII. *Adsessori ducis & officio eius, hominibus* XL. *an* & *capit. sol.* V. *cap.* XLVIIII. *singuli capit. sol.* V. *capit.* XLVII. II. *singulis capit. sol.* III. *Simul fiunt pro an.* & *capit. solu.* CLXIIII. S. *Diuiduntur*

sic.

*sic. Adsessori in ann.*XIII. *capit.*VI. *Primicerio*✱*an.cap.*I I I.*Numerario in annum.*IIII.✱ *Fiunt ad an.*XVI. *&* *ad capit.* V. *Centenariis ad an.*II.S.*Fiunt duodecim.& ad cap.capita.* VI.*Biarchis* VIII. *Circitoribus* VIIII. *ad an.*II. *fiunt an.*CXXVII.*& ad ca.*III. *fiunt ca.*VIII. *semis. Aliis.*XI.*ad an.*I I. *fiunt an.*XVI. *sunt* XV.*& ad cap.*III. *fiunt cap.*XI. ¶ *Item viro clarissimo duci Mauritaniæ prouinciæ & hominibus eius an.*CXC.*singulis an.solidi.*V.*cap. solidi.*CC. CLX.XXXV.*Adsessori ducis & officio eius hominibus.*XL.*an.*XCVI.S.✱III.S.*fiũt simul pro an.& ca.sol.*DCLXX.III.S.*Diuidũtur sic. Adsessori in an.*VIIII.*cap.*IV. *Primicerio in an.*V.*cap.*I.*Numerario in ann.cap.*III. *Ducenariis.*III.*ad an.*II I.S.*fiunt an.*✱ *& ca.* III.*fiunt capit.*II.✱ *Centenariis* VIIII.*ad ann.* VV.*& ad caput* III. *fiunt capita* V. *Biarchis* V I I I. *Circitoribus ad ann.*V I I I. *fiunt ann.* X V I I I. *& ad cap.* I I I.*fiunt cap.*III. *fiunt capit.* X I. *Item viro clarissimo duci Sardiniæ insulæ, & hominibus eius ann.* C X C. *singulis ann. solidi* C C L X X X I I. *Adsessori ducis, & officio eius hominibus* XL.*an.* XCVI. S. *Singulis an.sol.*✱ *capit.* XLVIII .*singulis capit.sol.*V I I I I. *Simul fiunt pro ann. & cap.* C L. C L X X X V I. *Diuiduntur sic. Adsessori an.*V I I I I. *& cap.* III. *Primicerio in an.*II. *cap.* I I I. *Numerario in annum cap.*

III. *Ducenariis* IIII. *an.* III. *sunt an.* XVI. *& cap.* III. *sunt & cap.* VIIII. *Circitoribus* VIIII. *an.* II. *Fiunt an.* XXVIIII. *& cap.* III. *fiũt cap.* VIIII. *Circitoribus.* VIIII. *an.* III. *fiunt an.* IIII. *cap.* VIIII. *semis. Aliis* XI. *ad an.* XVI. *sunt. & ad cap.* III. *fiunt cap.* XI.

NOTITIA *consuetudinum quas in sacro laterculo, & in prætorio amplissimæ præfecturæ per Africam, & in officio magistri militum, pro tẽpore dux præbere debet vniuscuiusque limitis, sic. In sacro laterculo sol.* VI. ¶ *In officio magisteriæ militum potestatis pro insinuandis administrationis suæ diuinis nostræ serenitatis adfatibus solid.* XII. ¶ *In officio amplissimæ præfecturæ per Africam pro insinuandis eiusdem chartis, solid.* XII. *Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostra statuit æternitas, effectui ea mancipari obseruaríque præcipiat. Emissa lex Idibus Aprilibus* CP. DN. *Iustiniano* P P. A. IIII. *& Paulino* V C. *Conss.*

Et hæc notitia, deo volente, debet delegari iudicibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro annonis & capitu per singulos annos præbendis. Item viro clarissimo duci Tripolitanæ prouinciæ, & hominibus eius anno nonagesimo singula annona solidos quinque cap. centum quinquaginta nouem singuli cap. solidos ducentos octoginta duos: adsessori ducis,*

&

& officio ac hominibus eius quadraginta annis nonaginta & septem. Item viro clarißimo duci Byzacenæ [a] *& hominibus eius similiter. Item viro clarißimo duci Numidiæ & hominibus eius similiter. Item viro clarißimo duci Mauritaniæ prouinciæ, & hominibus eius similiter. Item duci Sardiniæ, & hominibus eius similiter. Item notitia consuetudinum, quas in sacro laterculo, & in prætorio amplißimæ præfecturæ per Africam, & in officio magistri militum pro tempore dux præbere solet vniuscuiusq; limitis, sic: In sacro laterculo sex solidos. in officiis magisteriæ militum potestatis pro insinuandis diuinis administrationibus, seu diuinæ serenitatis affatibus, solidos duodecim pro officio amplißimæ præfecturæ per Africam pro insinuandis eius chartis solidos duodecim. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostram statuuntur, æternitatis effectui mancipari, obseruaríque præcipiat.*

[a] aliàs, Casenæ.

DE OFFICIO PRÆFECTI VRBI.

TIT. XXVIII.

Cura annonæ pertinet ad præfectum vrbi, licet super ea constitutus sit specialis præfectus.

1. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Volusianum præfectum vrbis.

Stud

STVDENTIBVS *nobis statum vrbis, & annonariam rationem aliquãdo firmare: in animũ subiit, eiusdem annonæ curam non omnibus deferri potestatibus. Et ne præfectura vrbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset: eidem præfecturæ sollicitudinis necessitatem mandamus: sed non ita vt lateat officium annonariæ præfecturæ, sed vt ambæ potestates, inquantum sibi negotij est, tueantur ciuilem annonam, sitq; societas muneris: ita vt inferior gradus meritum superioris agnoscat, atque ita superior potestas se exerat, vt sciat ex ipso nomine quid præfecto debeatur annonæ.*

Præfectus vrbis homines in prouinciis commorantes ad se aduocare non potest, nisi ex duabus causis hic expressis.

II. Iidem A A. ad Ampelium præfectum vrbi.

Q*Vod promulgatis sanctionibus tua synceritas rescriptum esse non nescit, etiam ex præcepto nostro competenter obseruet: nec quasdam personas de prouincia existimet aduocandas, nisi tantummodo suos officiales, & homines populares huius almæ vrbis seditioni obnoxios.*

Præfectus vrbis præest cunctis officialibus, & potestatibus. Salyc.

III. Imppp. VALENS, GRATIANVS & VALENTIN. AAA. ad Rufinum præfect. vrb.

PRaefectura [a] *vrbis cunctis quæ intra vrbem sunt, antecellat dignitatibus* [b] *tantum* [*ex omni* [c] *parte deriuatis*] *quantum sine omni iniuria ac detrimẽto honoris alieni vsurpat. Dat. VI. Kalen. Iul. Valente* A. V. *&* *Valentiniano Iun. Conss.*

[a] In plerisque Præfectus vrbis, rectè.
[b] potestatibus.
[c] ex omniũ parte deriuans, rectissimè.

Vniuersi ciues, & collegia præfecto sunt subdita. Salyc.

IIII. Imppp. THEOD. VALENTINIANVS & ARCA. AAA. Seuerino comiti sacrarum largitionum.

OMnia corporatorũ genera quæ in Cõstãtinopolitana ciuitate versantur, vniuersos quoque ciues ac populares, præfecturæ vrbanæ regi moderamine cognoscas.

V. Imp. THEODO. A. Constantino præfecto vrbis.

PRimicerius adiutor [a] *tuæ sedis officij per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscæ ordinationis meruit, curam insuper personarum vsurpatione omni atque ambitione cessante suscipiat: hoc etiam adiecto, vt si quis ex memorato ordine vel conditionis humanæ fine præuentus, vel alia quacunque ratione militiæ gradum propriæ amisisse monstrabitur: solitæ ambitionis iniuria vacante, locum is qui iuxta matriculæ veritatem sequitur, obtineat.*

[a] adiutorum vet. rectè.

DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM.[a]

*al. magistratuum.

TIT. XXIX.

I. Imppp. VALENTINIANVS, GRATIAN. & THEODO. AAA. ad Ensignium P.P.

VIRI *illustres comites & magistri peditum, & equitum, in prouinciales nullam penitus habeant potestatem, nec amplissima praefectura in militares viros.*

II. Impp. HONORIVS & THEOD. AA. ad Hypatium magistrum militum per Orientem,

A*Pparitores per Orientem statutos officij tui ad aliud iudiciũ trahi minimè oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, siue ciuiliter, siue criminaliter appetantur, eos litigare debere.*

III. Imp. ZENO A. Sebastiano praefecto praetorio.

E*Os qui vltra statutos in officio magisteriae per Orientem potestatis militant, ciuilium quoque iudicum sententiis super quolibet negotio subiacere praecipimus: ipsis quinetiam statutis in tributariis collationibus ciuilium quoque iudicum dispositionibus proculdubio pariturus.*

IIII. Imp. ANASTASIVS A. Ioan. magistro militum per Illyricum.

Milites

Milites de locis in quibus consistunt, ad alia loca sine speciali nostræ serenitatis auctoritate nullatenus transferri præcipimus: ne eorum expensæ in locis in quibus consistũt, minuantur. Sed si forte quædam vrguens & necessaria causa emerserit, vtilitati ac securitati publicæ tam amplissimã prætorianã præfecturam, quàm tuam sedem sine vlla procrastinatione prospicere protinus[a] oportet, & suggestiones ad nostras aures destinare, indicantes tam loca de quibus milites transferendi sunt, quàm ea ad quæ peruenire eos oportet, nomináque fortissimorum numerorum in quibus ijdem milites referuntur, necnon quantitatem annonarum, & ante omnia causam ob quam ijdem milites transferendi sunt: vt post talem suggestionem à nostra auctoritate competentia procedant.

[a] aliàs penitus.

V. Imp. IVSTINIANVS A. Zetæ[a] viro illustri magistro militum per Armeniam & Pontum Polemoniacum, & [cæteras[a]] gentes.

[a] al. Gittæ.
[a] deest in vet. recte.

Cum propitia diuinitate Romanum nobis sit delatum imperium: sollicita cura, cauta diligẽtia pertractãtes perspeximus oportere etiam partibus Armeniæ, & Ponto Polemoniaco, & gẽtibus proprium magistrũ militum per hãc legem cõstituere: tuámq; magnitudinem, quæ nobis ex ante gestis optimè commendata est, idoneam ad talem fore dignitatem

tem confidentes elegimus: certáſq; prouincias, id eſt magnam Armeniam, quæ interior dicebatur:& gentes, AnZitenã videlicet[a], *Ingilenam, Aſtyanenã, Sophenã, Sophanenam, in qua eſt martyropolis, Belabitenam, & primam & ſecundam Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cũ ſuis ducibus commiſimus, comite Armeniæ penitus ſublato: cunctóſque ſubdimus numeros, non modo quos in præſenti nouos conſtituimus, ſed etiam de præſentalibus & Orientalibus, & aliis agminibus ſegregatos: non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: ſed quia plures eis addidimus ſine reipublicæ grauamine, & ſine augmento ſumptuum, aliquantos ſubtraximus: ita tamen, vt poſt hanc ſubtractionem ampliores remanſerint, quàm vſque ad noſtra felicia fuerant tempora.*

[a] Harum gentium rectas appellationes partim ex collatione manu ſcriptorum, partim ex nouella 31. de deſcriptione quatuor præſid. Armeniæ, reſtitui. Cont.

DE OFFICIO QVAESTORIS. TIT. XXX.

1. Imp. THEODOSIVS A. Saluſtio quæſtori.

TOTIVS *minoris laterculi curam ſcias ad tuæ ſublimitatis ſollicitudinem pertinere: ita vt tuo arbitratu, & ſcrinio*[b] *memoriæ totius minoris laterculi, dignitates, hoc eſt præfecturæ, omnes tribunatus, & præpoſituræ caſtrorũ, iuxta conſuetud*

[b] puto legendũ, ex ſcrinio.

suetudinem priscam clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Da. VI. *Kalen. Maij, Constantinop. Castino & Victore Conss.*

II. Idem A. Helioni comiti & magistro officiorum.

O*mnes minoris laterculi dignitates, quæ sub cura quidem ac sollicitudine viri illustris quæstoris esse antea videbantur, postea vero vel vniuersæ vel mediæ ad magistrorum militum potestatē dispositionémq; transierant: placuit nunc clementiæ meæ, vetusti temporis more reuocato, ad prisca deinceps iura reuocare. Dat.* III. *Kal. Maij, suprascriptis Conss.*

III. Imp. ANASTASIVS A. Eusebio magistro officiorum.

O*fficia & conditiones quæ pertinent ad viros deuotos in sacro scrinio memoriæ militantes, nemini liceat sub quacunque occasione sine vlla diuinæ subscriptionis liberalitate peragere: eo quicunque in hoc fuerit postea facinore conuictus, publicatione bonorum suorum multando: officio quoque rectoris prouinciæ, in qua non allegato super gerenda sollicitudine sacro rescripto aliquis ausus fuerit eandem curam sibimet vsurpare, trium librarum auri dispendio feriendo. Da. Kal. Mart. Constantinopo. Anastasio* A. *& Rufino Conss.*

DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM.

TIT. XXXI.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Agentes in rebus.

P*RIVILEGIIS dudũ scholæ vestræ indultis,[&]integris eseruatis,ad ducenariam,*ᵃ*centenariam , & biarchiam nemo suffragio , sed labore vnusquisque perueniat : principatum vero adipiscatur matricula decurrente:ita vt ad curas agendas & cursum illi exeant , quos ordo militiæ vocat,& eius laborum adiutor.Præterea in quo totius scholæ status,& magistri securitas constituta est , idoneus probitate morum ac bonis artibus præditus,nostris per magistrum obtutibus offeratur,vt nostro ordinetur arbitrio.*

ᵃal. ducenam etiã & centenam , &c.

II. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Patricium magistrum officiorum.

N*Emo agentium in rebus ordinem militiæ atque stipendia præuertat, etiam si nostri numinis* ᵃ*per obreptionem detulerit indultum.ac si quis formam admissi istiusmodi docebitur obtulisse,in locum ex quo indecenter emerserat,reuertatur:vt is gradu cæteros antecedat,quem stipendia meliora,*ᵃ*vel labor prolixior fecerit anteire.* PP. *Hadrumeti.*

ᵃal.nominis.

ᵃal.longiora.

III.

III. Impp. THEOD. & VALEN. AA. Pleitio[a] comiti & magistro officiorum.

SCholariũ nostrorum deuotio probata à nostris parentibus, circa maximæ serenitatis nostræ affectionem enituit. vnde quicquid ad fouenda seruandáque eorum priuilegia postulatur, statim credidimus admittendum. Ideóq; suggestionem tui culminis approbantes, viris spectabilibus comitibus scholarum verberandi degradandíve[b] senatores & ducenarios, licentiam denegamus. Ea nanque quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam.

IIII. Iidem AA. Nomo magistro officiorum.

CVræ tui [perpetui][c] culminis credimus iniungendum, vt super omni limite sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorúmq; ac clausurarum[d] cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. Dat. II. Id. Septembris Constantinop. Maximo II. & Paterio Conss.

V. Impp. IVSTIN. & IVSTINIA. AA. Tatiano magistro officiorum.

IVbemus eum ad militiam deuotissimorum scholarium decætero peruenire, qui nostrum meruit iudicium: nec licere pro tẽpore tui culminis administrationem habenti, sine huiusmodi probatoria aliquem inter eosdem viros de-

[a] al. Phle. Zethio.

[b] al. integrãdi. al. regradandi. in nullis exẽplaribus legitur degradandi.

[c] al. perpetuæ tui.

[d] al clusoriarũ. al. clusurarum. al. clausurarũ vt hîc. & l. 2. 3. de offic. PP. Af. Cont.

uotos scholares suis referre praeceptionibus: sed sciat is qui sine sacro rescripto ad eandem peruenire militiam ausus fuerit: non solum ea se priuari, verumetiam poenae viginti librarum auri subiici. Illud etiam obseruari decaetero volumus, vt si quis locus statúsve scholarium in quacunque schola vacauerit: ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locum praeceperit. ad haec, quadrimenstruos breues eorundem scholarium, cura tuae sublimitatis, & pro tempore viri excellentissimi magistri officiorum conscribi volumus, & eos sacro scrinio laterculi praestari, ibi deponendos: vt semper notitia eorundem scholarium certa sit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. X. *Kalen. Maij, Constantinop. Mauortio* V.C. *Cos.*

DE OFFICIO COMITIS SACRARVM LARGITIONVM.

TIT. XXXII.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio comiti.

PALATINIS *haec cura debet esse praecipua, vt periculo proprio notariis destinatis, super negligentia iudicum (si ita res exegerit) conquerantur, ne eorum sit impunita desidia. Iudices quoque de eorum*

eorum nominibus referre conuenit, quos commodis propriis magis quàm vtilitatibus publicis studere prouiderint: breues etiam quadrimenstruos ad officium palatinum nouerint dirigendos, aurúmque exactum ad sacras largitiones sine vlla dilatione esse mittendum. Dat. III. *Kalendas Maij, Honorio* VII. *& Theodosio* II. AA. *Conss.*

DE OFFICIO COMITIS RERVM PRIVATARVM.

TIT. XXXIII.

I. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Honoratum consularem Byzacij.

SI quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat, ad officium rei priuatæ tua grauitas acta transmittat: vt instructione percepta, quid sibimet iuris auxilio debeatur, agnoscat. Datum VI. *Kalendas Ianuar. Valenti. & Valente* AA. II. *Conss.*

Græca constitutio deesse notatur in manuscr. quod & Ant. Augu. notat. videndum est ne non eadem sit, quæ sub sequenti tit. De officio comitis sacri patrimonij esse debet, deesséque ibidē notatur in antiquis libris, quam & Ant. Augu. ait desiderari, nec eam tamen, aut eius vllam epitomen edit. Nos ex libro 60. βασιλ. à Cuiacio primum editā sub suo titulo sic restituimus: nam ille titu. non indicauit.

I I.

Μήτε ὁ κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν Κονσταντινοπόλει ἢ ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων, τὸν περὶ θησαυροῦ καταμηνύοντα προσδεχέσθω. εἰ δὲ περί τινος ἑτέρου φισκαλίου προσαγγέλῃ, ὑπὸ ἐγγύην εὐθὺς οὐκ ἧττον ε. λιτρῶν γινέσθω, καὶ μή τις σφραγὶς ἢ ἀνάγραφος ἢ καινισμὸς ὁ τυχὼν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προσερχέσθω πράγμασι, πρὸ διακρίσεως ἐγγράφου.

Eadem ſententia Latinè.

NEque comes priuati patrimonij, neque quiuis alius eorum magiſtratuum qui vel in vrbe Conſtantinopolitana vel in prouinciis ſunt, eũ qui ſuper theſauro aliquem defert admittat. Sed ſi ſuper alio fiſcali iure nunciationẽ quis faciat, ſub fideiuſſione mox non minus quinque librarum [auri] id fiat. & ne quod ſigillum, vel deſcriptio vel alia vlla innouatio interueniat ſuper rebus nunciatis ante ſententiam ex ſcripto latam.

[DE OFFICIO COMITIS ſacri palatij.]

*perperã hîc noua rubrica conſtituitur.

TIT.* XXXIIII.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Mineruio comi. rerum priua.

AD palatinorum curam, & rationalium officia, omnium rerum nostrarum, & totius perpetuarij, hoc est emphyteuticarij iuris exactio reuertatur. Dat. Kalendis Ianuarij Mediolani, Cæsario & Attico Conss.

II. Iidem AA. Vrsatio comiti Rer. pri.

SI quis iudicum vir illustris, vel præfectus vrbi, cognitionem comitiuæ rerum priuatarum examini debitam, sibimet vindicandam censuerit, vel tuitionem contra eiusdem statuta sedis præstiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officium eius teneatur, quam decet in articulo exigi, mansuetudinis nostræ ærario sociandam. Dat. VI. Id. Aug. Rauennæ, Cōstantio & Cōstantino Cōss.

DE OFFICIO PROCONSulis, & legati.

TIT. XXXV.

I. Imp. CONSTAN. A. Aeliano proconsuli Africæ.

LEGATI *non solum ciuiles, sed etiam criminales causas audiāt: ita vt si sententiam in reos ferendam prouiderint, ad proconsules eos transmittere non morentur.*

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII.]

*

"Perperã hîc ponitur tit. de offi. com. sac. pa. cũ sequẽs cõstitutio pertineat ad titu. de of. procõ. & leg.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Simplicio proconsuli Asiæ.

OFFICIVM *Hellesponti consularis æternæ recordationis patrem serenitatis nostræ adiit: & expositis suis incommodis, quibus à Vicarianis apparitoribus vrgebatur, orauit sub tuæ sublimitatis agere potestate: cuius allegationes humanæ procliuius pium principem commouerunt: quod*[a] *& nos obtinere censemus.*

[a] quas.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

TIT. XXXVI.

I. Imp. LEO A. Vseo[a] P. P.

TITVLOS *qui Alytarchiæ*[b] *& Syriarchiæ muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tã viri spectabilis comitis Orientis, quàm viri clarissimi rectoris prouinciæ flagitari præcipimus. Alytarchiæ quidem ludi, cura viri spectabilis comitis Orientis, & eius officio:*[c] *Syriarchiæ vero sollicitudine viri clarissimi moderantis prouinciam, eiúsque apparitoris exerceantur: nullíque penitus curialium,*

[a] Vrseio.
[b] perperã antea Lyciarchiæ legebatur.
[c] officij.

nec

nec si voluerint, idem munus vel honorẽ subeundi licentia permittatur.

DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS.

TIT. XXXVII.

I. Imppp VALEN. THEOD. & ARCAD. AAA. Florentio præfec. Augustali.

OMNIA *tributa per Aegyptiacã diœcesim*" *cura & prouidentia claritatis tuæ à moderatoribus prouinciarum exigi iubemus. Si qui tamen ex possessoribus siue militaribus siue non militaribus, ad inferenda quæ debentur, audaces extiterint: eos per militare etiam auxilium (si opus exegerit) ad solutionem compelli sancimus.*

"In veteribus semper scribitur diocesin absque diphthongo, vt & apud Cassiodorũ.

II. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino præfec. prætor.

P*Ræfectus prætorio Augustali ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia, & super his referendi, non amouendi vel puniendi habeat potestatem.*

DE OFFICIO VICARII."

"al. additur, & præfecti.

TIT. XXXVIII.

I. Imppp. VALEN. VALENS & GRAT. AAA. Antonio præfect. prætorio.

*Alciatus. li.2.parer. c.12.

IN ciuilibus *causis vicarios comitibus militum conuenit anteferri, in militaribus negotiis comites vicariis anteponi. Quotiens societas in iudicando cōtigerit: priore loco vicarius ponetur, *comes adiunctus accedat. Siquidē præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antestet: & vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere iudicet portionem, & sacræ cognitionis habeat potestatem, & iudicationis nostræ soleat repræsentare reuerentiam.

*ponderetur.

II. Iidem AAA. ad Hesperium præfectum prætorio.

RElationes vicariorum, siquando vsus attulerit, ad nostram mansuetudinem referantur. Relationes enim iudicum libenter audimus: ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti profanorum preces à nostris adytis repellamus.

DE OFFICIO PRAETORVM.

TIT. XXXIX.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Senatum.

C.T. 6.4. 16. in noua editione.

PRAETORI defertur hæc iurisdictio sancientibus nobis, vt liberale negotium ipse disceptator examinet. sanè interponi ab eo decreta

creta cõuenit, vt siue in integrum restitutio referenda est, probatis dumtaxat causis, ab eodem etiã interponatur decretũ: seu tutoris dandi, seu ordinãdi curatoris impleatur ab eo interpositio decretorum: quippe cum apud eum quoque adipisci debeat patronorum iudicio sedula seruitus libertatem. Nec sanè debita filiorum votis patrum vota cessabunt, vt patenti copia liberos suos exuant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos: cum sese intelligant his obsequij plus debere, à quibus se meminerint sacris vinculis exutos. Dat. VI. *Kal. Ian. Eusebio & Hypatio Conss.*

II. Impp. VALENTIN. & MARTIANVS AA. Tatiano PP.

T*Res*[a] *tantummodo prætores electæ opinionis in hac vrbe per singulos annos iudicio senatus præcipimus ordinari: qui cõpetentes causas, & debitos actus integre disceptare atque tractare debebunt: vt hi tantum*[b] *tres ex his, qui propriũ larẽ in hac alma vrbe habeãt, nõ ex prouinciis eligãtur. Nec si quis forte propter alias causas ad hanc vrbem de prouinciis venerit, ad præturæ munus efferatur:*[c] *sed hi tantũmodo (vt dictum est) qui hic domicilium fouent: ita tamen, vt nec ipsi sumptus quosdam inferre cogantur inuiti, sed habeant spõtaneum liberalitatis arbitriũ. Da.* XV. *Kal. Ian. Constantin. Valẽtiniano* VII. *& Alb. Coss.*

[a] Pars huius l. est. j. de Præ-toribus. lib. 12. l. 1.

[b] al. tamẽ, quod est rectius.

[c] aliàs vocetur.

De of

DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE.

TIT. XL.

I. Imp. ALEXAND. A. Iuliano.

POTEST *de falso causam cognoscens præses prouinciæ, incidentē proprietatis quæstionē dirimere.* Dat. VI. *Kal. Apr. Maximo* II. *& Vrbano Consſ.*

II. Imp. CONSTAN. A. ad Maximianum [a] præsi. pro.

[a] Maximū

P*Ræsides prouinciarum oportet, si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non possunt, aut examinare, aut pronunciare nequeunt: de eius nomine ad nos, aut certè ad prætorianæ præfecturæ scientiam referre: quò prouideatur, qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus consulatur.* Datum V. *Kalend. Maij, Probiano & Iuliano Consſ.*

III. Idem A. ad prouinciales.

I*Vstißimos & vigilantißimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem: vt honoris eis auctiores proferamus processus: & econtrario iniustos, & maleficos, querelarum vocibus accusandi: vt censuræ nostræ vigor eos absumat. Nam si veræ voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusæ, diligēter inuestigabimus: præfectis prætorio, & comitibus qui per prouincias cōstituti sunt,*

prouin

prouincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. Dat. Kal. Nouemb. Constantinop. Basso & Ablauio Conss.

IIII. Idem A. ad Periclem præsidem.

I*N officiales præfectorum, cursum publicum lamantes, vel praua contra vtilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem: ita vt præfectos de eorum culpa facias certiores. Dat. x. Kal. Nouemb. Nicopoli, Constantio & Albino Conss.*

V. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Apronianum præfect. vrbi.

P*Otioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia tribuatur. Sed vbi publica tractatur vtilitas: etsi minor iudex veritatem inuestigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria. Sanè qui insignia dignitatis ad hoc exercet, vt indignis iniuriis existimet adficiẽdos eos qui officia cum potestate moderantur: non declinabit nostræ indignationis aculeos. Dat. v. Kal. Iun. Arintheo & Modesto Cõss.*

VI. Imppp. VALEN. GRATIAN. & THEOD. AAA. Cynegio P.P.

C*Iuitas Phodiorum*[a] *iniuriam suam non tam decenter, quàm sero conquesta est. Vnde inuiolabili obseruatione sancimus, vt quoniam tempore hyemis nauigatio sæpe periculosa est, & semper incerta: in illis quinque vrbibus quæ potiores esse cæteris asserũtur, vicißim hyemandum sibi iudices recognoscant. Quòd*

[a] Rhodiorũ. quod videtur rectius.

Quòd si cuiquam tale existat ingeniũ vt præcepta nostra contemnat: quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab eius officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri iuribus inferantur.

VII. Imppp. VALENT. THEODO. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

QVi ordinariam gesserit dignitatem:[a] quicquid ex venturæ delegationis titulis profligauerit, cum dispẽdio pudoris atque fortunæ de propriis facultatibus intra prouinciarum positus inferre debebit. Dat. VII. Kal. Iun. Constantinop. Honorio nobiliss. puero & Euodio Conss.

[a] al potestatem.

VIII. Iidem AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE quis iudicum in prouincia sua præfectianum, vel palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus[b] qui antea in huiusmodi officiis fuerint commorati, intercessorem, id est executorem,[c] cuiusquam litigatoris petitione in quolibet seu priuato seu publico negotio putet esse tribuendum. Nam peccãtem contra consulta cœlestia, cum officio suo nõ solum detrimentum famæ, sed etiam patrimoniorũ damna comitentur. Dat. Non. Aug. Constantinop. Honorio N. P. & Euodio Conss.

[b] hominibus.
[c] al. exactorem.

IX. Iidem AAA. Polemio præfecto prætorio Illyrici.

Nullus

Nullus prouinciæ moderator augustissimam vrbem sine iussione nostra adire audeat. Nam si patuerit quem contra decreti nostri præcepta venisse: is congrua condemnatione plectetur. Dat. x. Kal. Ianuarij Mediolani post consulatum Timasij & Promoti.

x. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio Comiti sacrarum largitionum.

Nullum palatinis tibi obsecundantibus cum prouincialibus volumus esse commercium, sed iudices scire debent hoc sibi præcipue esse commissum, vt ipsi à prouincialibus exigant, & consueta deposcant: palatinum vero possessor, nō horreat: qui nō sibi, sed iudicibus atque officiis præceptus est imminere. Da. VI. *Kalend. April.* *

XI. Imppp. [ARCAD.] HONOR. & THEODO. AAA. Theodoro præfecto prætorio.

Moderatores * *prouinciarum curam gerere iubemus, ne quid potentum procuratores perperam iniustéque* " *committāt. Dat.* VI. *Kal. Decem. Rau. Basso & Philippo Cōss.*

* C. T. 1. 6. 5

" al. illicitéve. al. inceftéque.

XII. Impp HONOR. & THEO. AA. Monachio P P.

Omnes prouinciarū " *apparitores pro inueterata auctoritate iuxta motum iudicis nudatos, verberibus (si ita res tulerit) subiacere præcipimus: vt & facilis executio rerum publicarum sit, & officiorum insolētia comprimatur, & iudicum seueritati competēs reddatur*

" al per prouincias.

reddatur auctoritas. Dat. VI. Kal. Ian. *Honor.* IX. *& Theodosio* V. AA. *Conss.*

XIII. Imp. LEO A. Constantino P.P.

SI quis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus, regime prouinciæ, vel cingulum cuiuslibet militiæ dignitatísve quoquo modo meruerit: contra licitum vsurpatis impetratísve careat, etiam si vltroneè à nostra liberalitate ius regendæ prouinciæ vel militiæ seu dignitatis cuiuspiã sibi iactauerit delatũ fuisse. Dat. VII. Id. *Aug. Leone* A. IIII. *& Probiano Coss.*

*aliàs, Imp. Anastasius A. Viuiano præfecto prætorio. rectè.

XIIII. Idem A. eidem præfecto prætorio.*

NVlli iudicum qui prouincias regunt, in ciuitatibus in quibus sacra palatia aut prætoria sunt, liceat his relictis priuatorum sibi domos ad habitandum veluti prætoria vindicare: sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia seu prætoria cogantur: vt hac necessitate compellantur eorum reparationi prouidere. Vbi autem & palatium est, & prætorium: palatium quidem habitationi præsidis, prætorium autem vel suscipiendis conseruandísque speciebus publicis horreorum vice, vel alij necessariæ rei deputetur. Quod si quis aliquando dissimulare tentauerit: protinus eum atque officium eius quinquaginta librarum auri multam ad reparandum sacrum quod neglexerit palatium soluere sancimus. Dat. VI. Id. *Feb. Clementino & Probo Coss.*

Vt

VT NVLLI PATRIÆ SVÆ administratio sine speciali permissu principis permittatur.

TITVL. XLI.

* Græca constitutio Anastasij Imper. vt scribit Iac. Cuiacius ad Paul. lib. v. sent. tit. xij. qui tamen putat esse constit. vlti. tit. De officio rectoris prouinciæ. at nos aliter sentimus, moti & auctoritate librorum veterum, qui nouam Rubricam minio scriptam post illum titu. descriptam habent, & Græcorum interpretum consensu, qui ad l. vlt. ꝫ. de clim. sacrileg. hunc tit. numerat xlj. lib. Codic. in eadem est etiam nobiscum sentẽtia præstantissimus Ant. Aug. Cęterum crediderim idem hac constitutione fuisse cautum, quod supradicta vlt. constitutione tit. de crim. sacrileg. continetur.

DE QVADRIMENSTRVIS BREVIBVS.

TITVLVS XLII.

* Græca constitutio deest.

CONTIVS.

Hunc titulum disertè ita scriptum in veteribus libris, & à nemine adhuc recentiorum animaduersum intrepidè restitui, vt qui & hoc loco opportunè sit insertus. Optat quidem Iacobus Cuiacius, vir doctissimus, eum fuisse additum tit. De apochis lib. x. quia & quadrimenstruorum breuium l. j. illius titu. mentio fit, sed idcirco non fuit additus, quia

hic iam proprio fuerat loco collocatus. extat similis tit. lib. xj. Cod. Theodosiani tit. xxv. De quadrimenst. breuib. & sub eo constitutio singul. Theodosij Arcadij & Honorij AAA.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM. TIT. XLIII.

*al. praefecto vigilum.

1. Impp. THEOD. & ARCAD. AA. Nephridio praefecto * vrbis.

Praefecti vigilũ huius vrbis nihil de capitalibus causis sua authoritate statuere debẽt: sed si quid huiusmodi euenerit, culmini tuae potestatis referre: vt de memoratis causis celsiore sententia iudicetur.

DE OFFICIO PRAEFECTI ANNONAE. TIT. XLIIII.

Graeca constitutio sub hoc titu. miniato deesse notatur in manuscriptis. Hoc igitur pacto restitutis quinque titulis in hoc primo libro Cod. qui antea deerant, id est tit. de offic. comitis sacri patrimon. titu. de officio vicarij. (qui in omnibus manuscriptis extat) titu. vt nulli patriae suae administratio &c. tit de quadrimenst. breuib. & tit. de offic. praefect. anno. perpulchrè numerus tit. huius lib. per omnia cõuenit cum numero Graecorum, quos duos numeros conciliare anxie studuit Ant. Augu. nec tamen praestare potuit.

DE

DE OFFICIO CIVILIVM IVDICVM.

TIT. XLV.

I. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Curtio præfecto prætorio.]
Extat. C. T. I. 7. I.

HONORATI[a] *qui litē habere nos-cuntur: his horis vel temporibus quibus causarum vel merita vel facta panduntur,*[b] *residendi cum iudicibus non habeant facultatem. Dat.* III. *Non. Feb. Rauennæ Basso & Philip. Coss.*

[a] al. Curiales.

[b] pendun-tur.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio præfecto prætorio.

SI quis pro publicis functionibus quæ flagitantur, aliquo se defendere tētet munimine: adeat iudicem, & promat quæ duxerit adserēda. Quem si iudex (quod nō arbitramur) minus audire maluerit: ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitor[c] *vero eius quinquaginta feriatur dispendio. Dat.* XIII. *Kal. Aug. Constantinop. Honorio* VIII. *& Theodosio* III. AA. *Coss.*

[c] apparitia.

DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM.

TIT. XLVI.

I. Imppp. VALENTI. THEOD. & ARCAD. AAA. magiſtris & comitibus vtriuſque militiæ.*

*c. T. 1. 8. 1

*aliàs deeſt, in. & in Cod. Theod.

NVNQVAM *omnino in*"*negotiis priuatorũ, vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. prid. Id. Feb. Conſtantinop. Theodoſio* A. III. *&* *Abundãtio Coſſ.*

II. Impp. HONO. & THEOD. AA. Monachio " P. P.

*Maximo. al. Monaxio

*aliàs, accipiant.

P*Ræcipimus, nequando curiales vel priuatæ conditionis homines ad militare exhibeantur iudicium, vel contra ſe agentium actiones excipiant,*"*vel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri aduerſus comitianum officium proponi decernimus, ſi quid contra hoc aliquando tentauerit. Dat.* VI. *Kal. Septemb. Theodoſio* A. VII. *& Palladio Coſſ.*

III. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Anatolio magiſtro militum.

N*Emo de his qui in virorum ſpectabiliũ ducũ officiis militauerit, ſcholæ agentium in rebus quacunq; ſubreptione poſt completam militiam ſocietur, nec agendi vices viri clariſſimi principis accipiat facultatẽ. Si quis autem aduerſus hæc noſtræ perennitatis decreta venire conetur: militia ſpoliatus, proſcriptionis pœna pro parte bonorum tertia conſtring*

ſtring

ſtringatur. Dat. v. Kal. Feb. Conſtantinop. Maximo II. & Paterio Coſſ.

IIII. Iidem AA. Nomo magiſtro officiorũ.

D*Vces militũ,*[a] *& præcipue quibus gentes, quæ*[b] *maximè cauendæ ſunt, appropinquant, in ipſis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum imminentibus magiſteriis poteſtatibus, diuturníſq; eorum exercitationibus inhærere præcipimus. Caſtrorum quinetiam refectionis [luſtrationíſque] curam habeant. Quibus cum principibus caſtrorúmque præpoſitis, pro laborum viciſſitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, diſtribuendam videlicet inter eos magiſteriæ poteſtatis arbitrio, deputamus. Dat. II. Id. Septemb. Conſtantinop. Maximo II. & Paterio Coſſ.*

[a] Limitũ, videtur legendũ. ſic j. tit. iij. pro limitis legitur militis.

[b] al. qua.

* Conſtitutio Græca.

NE REI MILITARIS COMITIBVS VEL TRIBVNIS LAVAcra præſtentur.

TIT. XLVII.

I. Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P. P.

OMNEM *inquietudinem à curiis*[a] *& ciuitatibus præcipimus prohiberi, nec vlla priuata ab his ſuccedi balnea ad tribunorũ vel ducũ aliorúmve*

[a] al. curia.

militarium comitum vsus: nec adærationem aliquam pro hac causa profligari." *Illustribus enim tãtummodo viris comitibus ac magistris militum (si tamen id voluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli pœna violatoribus huius sanctionis imminente. Dat. v. Kalen. Decemb. Arcadio* A. VI. *& Probo Coss.*

" infligi. al. proflagitari: quod puto rectius.

DE OFFICIO DIVERSORVM IVDICVM.

TIT. XLVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Domitium Celsum vicarium."

NEMO *iudex aliquem officialem ad eam domum in qua materfamilias degit, cum aliquo præcepto existimet esse mittendum, vt eandem in publicum protrahat, cum certũ sit debita eius quæ intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius vel cuiuscunque rei habita distractione, publicis necessitatibus posse seruari. Quòd si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra vllã indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat.* IIII. *Id. Aug. Sabino & Rufino Coss.*"

IN AVTHEN. *vt nulli iudi. §. necessarium. col. ix. constit. ix.*

" Sic in manuscr. idcirco noluimus mutare hanc inscriptionem ex C. Th.

" Paulò aliter legitur in C. Th. sed hic Sabino rectius, q̃ illic Sabiniano,

Sed

SEd hodie nouo iure pro fiscalibus vel priuatis debitis nulla mulier debet includi, sed ad iudicem veniet per se, vel per procuratorem suum: vel mittat vnum, vel alterũ, quatenus negotium legitimè exequantur. Si contra factum fuerit, maiores iudices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis cingulo spoliabuntur, & pœnis subiacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

II. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Principium P.V.

SInguli quiq; iudices sciant, ceisioribus viris, & his quorum nonnunquam iudicio prouehuntur, honorificẽtiam debitam esse præstandam: nec in proscriptionibus [a] *suis fratres audeant nominare: apparitione multanda, cuius hæc est cura. Dat. Idib. Feb. Richomere & Clearcho Coss.*

[a] al. superscriptionibus. rectissimè.

III. Iidem AAA. Constantio P.P. Galliarum.

SCiant principes & cornicularij & primates officiorum, & indices etiã, ternas libras auri à suis facultatibus eruendas, si honoratis viris (quibus etiã consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur) secretarij iudicũ non patuerit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. Dat. v. Id. Nouemb. Tyberiade, [a] *Timasio & Promoto Coss.*

[a] al. Triueris.

VT OMNES IVDICES [a] TAM CIVILES QVAM MILITAres post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant.

[a] Cicero ait idem quod hoc titulo, cautum quoque fuisse lege Iulia repetundarum.

TIT. XLVIIII.

1. Imp. ZENO A. Sebastiano præfecto prætorio.

NEMO ex viris clarißimis præsidibus prouinciarum, vel consularibus aut correctoribus, vel qui administrationis maioris insulas meruerint, id est viri spectabiles proconsules, aut præfectus augustalis, aut comes Orientis, aut cuiuslibet tractus vicarius, aut quicunq; dux, vel comes cuiuslibet militis, [b] vel diuinarum comes domorum, postquã sibi successum fuerit, audeat excedere de locis quos rexisse noscitur, antequam quinquaginta dierũ constitutus numerus finiatur. Sed per id tẽpus præsides quidem & consulares, necnon correctores in metropoli, spectabiles vero iudices tam ciuiles quàm militares in ciuitatibus administratæ diœceseos illustrioribus, publicè, non domi, vel intra sacrosanctos terminos, vel regiones aut potentes [c] domos latitantes, sed in celeberrimis locis ante omnium quos nuper gubernauerant, ora versentur: vt pateat

[b] legendũ limitis, vt est in vet.

[c] al. penates domus.

pateat omnibus facultas libera super furtis, aut criminibus querimoniam cõmouendi: ita, vt ab omni defensus iniuria prouisione post eũ administrantis, ac periculo officij, nec minus curialiũ, & defensoris ciuitatis, iuratoriæ tantum cautioni commissus postquã fuerit in querimoniam deuocatus, pulsare volẽtibus (vt dictum est) pro legum ratione respondeat: nec vllam ante præfinitum tempus de prouincia discedẽdi excusationẽ ei tribuat: vel diuinæ vocis copia, vel codicilli alterius administrationis oblati, vel præceptum amplißimæ tuæ sedis, vt alterius prouinciæ moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfatæ, vel alterius ciuilis vel militaris cuiuscunq; potestatis, vt quancunque sollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut postremo cuiuslibet artis astutia, cuiuscunque occasionis excogitata calliditas excludatur: vt modis omnibus, quæ pro vniuersarum prouinciarũ salute sancimus, sortiantur effectum. Quòd si quis temeritate punienda saluberrimam legem circunscribendam vel violandam crediderit: licet & maiestatis reus non immerito iudicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: simili pœna plectendo eo, qui post eum administratione suscepta minime eum curauerit honeste retinendum, aut super eius fuga protinus referendũ. * *Ad-*

* al. aut super eius fuga protinus requirẽdũ.

ministrationem autem deponere non volumus decessorem antequam successor ad prouinciæ fines peruenerit, licet literis ad eum, seu programmate, vel edicto ad officium & prouinciales vsus fuerit. Ipse autem qui præsentem fugiens non obseruauerit legem: vbicunq; repertus fuerit, licet in hac florentißima ciuitate, ad prouinciam sine vllo penitus obstaculo præceptione tui culminis, cura etiã viri clarißimi rectoris prouinciæ in qua repertus fuerit, deducetur, per sex mensium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minime poßint crimina vel furta celari. Officium etiam quod eum, debito tamen honore seruato, non prohibuerit contra legis tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio feriatur. Quòd si intra quinquaginta dierum numerũ fuerit forte pulsatus, & præfato tempore elapso necdum finita lis fuerit: ciuiliter quidem super furtorũ sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi. accusatione vero super criminibus facta, per inscriptionum laqueos irretitus, vsque ad terminum causæ ibidem necessario perdurabit. Sciant autem vniuersi iudices, apud quos vel administrationis iure, vel ex præcepto amplißimæ tuæ sedis huiusmodi controuersiæ ciuiliter vel criminaliter ventilantur, intra viginti dierum spacium debere se

præfata

præfata litigia postquam orta fuerint, terminare. Nam si superſederint, ipſos quidẽ decem librarum auri condemnationem ſubire cenſemus: accuſationem vero ſeu ciuilem intentionem ſemel in iudicium deductam præfato modo legitimè terminari. Dat. v. Id. Octob. Conſtantinop. Zenone A. ij. Coſ.

IN AVTHEN. *vt iudices ſine quoquo ſuff. §. neceßitatem. col. ij. conſtit. ij.*

SI vero antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur, detineatur à prouincialibus: & omne quod datum fuit ea occaſione, furti actione exigatur: præſente tamen Deo amabili epiſcopo, & cauſam ex non ſcripto examinante.

DE OFFICIO EIVS QVI VICEM ALICVIVS IVdicis vel præſidis obtinet.

TIT. L.

1. Imp. GORDIANVS A. Domitio[a] præfecto prætorio.

[a] Domitiano.

IN cauſa quæ ſpectat ad vtilitatem reipublicæ, eum qui vice præſidis prouinciam adminiſtrat, potuiſſe cognoſcere, in dubium non venit. Sane ſi in aliquo captũ eſt ius reipublicæ: iuxta ſcita

ſcita diuorum principum defenſores reipublicæ, ſi modo adeſſe fiduciam negotio putant, reſtitutionis auxilium poſſunt flagitare. Dat. III. *Non. Nouembris, Sabino* II. *& Venuſto Coſſ.*

II. Mandata imperatorum THEOD. & VALENT. AA. miſſa Antiocho cæteriſque præfect. prætorio per referendarium, quæ ſic habent.

SVggerente magnificentia veſtra, docta imperialis æternitas debere eos, qui præceptione principali ſeu veſtræ ſedis ampliſſimæ tueri locum rectorum prouinciarum noſcuntur, auctoritatem habere tutores ſeu curatores petentibus dare, decretum etiã interponere ad alienandas minorum ſimiliúmq; eis perſonarum ſeu curialium facultates, & emancipationes quoq; legibus celebrare, & omnia quæ ad iuriſdictionem rectoris prouinciæ pertinent actitare: præcipere dignata eſt pro diſpoſitione veſtræ celſitudinis præfatas huiuſmodi ſollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. prid. Idus Octob. Conſtantinopol. Hierio & Ardaburio Coſſ.

DE ADSESSORIBVS, [ET] DOMESTICIS, ET CANcellariis iudicum.

TIT. LI.

I. *Impp.*

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. Paulino.

STVDIORVM *labor meretur, vt hi qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi consiliorum participes cupiunt, spe præmiorum atque honorificentia sua prouocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, nō metu terribili, & necessitate incongrua libertati. Dat. pri. Id. Iul. Tyberio & Maximo* [*] *Coss.*

[*] aliàs, & rectius, Tyberiano & Dione.

II. Imp. CONSTANTIN. A. ad Bassum P. V.

P*Ræsides non per adsessores, sed per se subscribant libellis. Quòd si quis adsessori subscriptionē inconsultis nobis permiserit: mox adsessor qui subscripsit, exilio puniatur: præsidis vero nomen ad nos referri iubemus, vt in eum seuerius vindicetur. Dat.* XV. *Kalend. Septemb. Constantino* A. VI. *& Constantino Cæsare Coss.*

III. Impp. ARCAD. & HONO. AA. Messalæ P. P.

C*Onsiliarios iudicum, & cancellarios, & eos qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta dies in prouinciis residere præcipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit: eáq; in quadruplū restitui iubemus, quæ docebuntur* [*] *ablata: vt*

[*] aliàs, desiderātur.

vt duplum ſpoliatus accipiat, & duplum noſter fiſcus acquirat. Dat. V I. *Kal. Ianua. Mediolani, Theodoſio & Rumoridio Coſſ.*

I I I I. Iidem & THEOD. A A A. ad Cæcilianum vicarium.

DOmeſticus iudicis à publicis actibus arceatur. Quòd ſi neceßitatibus publicis ſeſe conuictus fuerit miſcuiſſe: ſtatim eum ad maioris poteſtatis examen deduci oportet, vt competẽs in eum vindicta promatur. Dat. V I. *Id. April. Honorio* A. V I. *& Ariſteneto Coſſ.*

V. Impp. HONOR. & THEODO. A A. Seleuco præfecto prætorio.

NEmo in prouinciis, qui ſemel domeſtici vel cancellarij miniſterium geſſerit, ad eandem obſeruationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. I I I. *Id. Decemb. Rauen.* A A. X. & VI. *Coſſ.*

V I. Iidem A A. Vitaliano duci Libyæ.

*NEmo de domeſticis ducum vel comitum militarium, officiis eorum connumeratus, poſt completum ſui temporis actũ ad eandem rurſum ſollicitudinem audeat adſpirare: decem librarum auri condemnatione propoſita, ſi quis hanc violare voluerit ſanctionẽ: eadem pœna officio quoque eius coërcendo, ſi per ambitionem, vel auaritiam ex his aliquid temerariè conſenſerit.** Dat. V I I I. *Kal. Nouemb. Honorio* A. X I. *& Conſtantio* I I. *Coſſ.*

* aliàs, temerari conceſſerit.

VII.

VII. Iidem A A. Eustachio præfecto præto.

VElut castrense peculium filijsfamilias adsessores etiam post patris obitum vindicent, qui consilijs proprijs administratores iuuare consueuerunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. Constantin. Hono. XIII. & Theod. X. A A. Coss.

c. T. I. 12. 2.

VIII. Iidem A A. Asclepiodoto præfecto prætorio.

NVllus iudicum ad prouinciã sibi commissam quenquam secum ducere audeat, cui domestici vel cancellarij nomen imponat: nec profectũ ad se vndecunq; suscipiat, ne famæ nota cum bonorũ publicatione plectatur. Periculo enim primatum officij cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos iudicibus applicari iubemus: ita vt post depositam administrationem nec militiam deserant, & prouincialibus præsentiam sui exhibeant, quò volentibus sit accusandi eos facultas. Si enim idonea causa exegerit: ad detegenda iudicis flagitia & quæstioni eos subdi oportet. Dat. prid. Kal. Iul. Asclepiodoto & Mariniano Coss.

c. T. I. 12. 2.

aliàs facilitas.

al. retegenda.

IX. Impp. THEOD. & VALENTIN. A A. ad Taurum.

SI post depositam administrationem iudicũ, præsentiam vel exhibitionẽ domesticorũ, querimonia prouincialium aut curialium vel aliqua publica necessitas postulauerit, per

eosdem

eosdem administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibúsque tradantur. Datum v. Non. Iul. Constantinopol. Theodo. A. XIIII. *& Maximo Coss.*

x. Iidem A A. Florentio præfecto prætorio.

IN consiliariis obseruari cẽsemus, vt in eum qui in sua prouincia vltra quatuor menses moderatoribus adsederit aduersus leges antiquas, & diuorum retro principum scita, proscriptio bonorum, & accusatio publici criminis immineat, nisi per cœleste oraculũ vel amplissimæ tuæ sedis præceptionem sese defendat. D. XIII. *Kal. Feb. Theod.* XVII. *& Festo Coss.*

x i. Iidem A A. Zoilo præf. præt. Orientis.

[a] Non parum, in omnibus manuscriptis.

NOn minus [a] *adsessoribus maiorum magistratuum, quàm ipsis iudicibus nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est. Ideóque consiliarios virorum illustrium præfectorũ tam prætoriorum, quàm huius inclytæ vrbis, eminẽtissimorúmq; magistrorum militum, necnon etiam viri illustris magistri officiorũ, siue prædicto officio iam functi sunt, seu fungentur in posterum: post depositum etiã officium ab omni indictionis onere seu ciuilium seu militarium iudicum, prorsus immunes esse præcipimus: vt nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiendo quolibet*

grauam

grauamine penitus iniungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari cõcesserit. Da. v. Kal. Mart. Theodosio A. XVIII. *& Albino Coss.*

XII. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P. P.

LIceat omnibus iudicibus illustri præditis potestate consiliarios sibi eosdem secũdo, ac tertio, & sæpius adiungere:[a] *quia qui semel recte cognitus est, non debet ob hoc solũ, quòd iam probatus est, improbari. Da. Val.* A. ***

[a] Iniungere.

Deest hîc Græca constitutio Zenonis cuius meminit No. 60. quod Haloander primus animaduertit, fatente etiam Ant. Augu. qui & ex eadem Nouella breue eius deperditæ argumentum subiicit hoc. CAVENDVM est ne magistratuum adsessores causas audiãt, quæ apud ipsos magistratus aut iudices datos moueri debent, vt Zenonis & nostra[a] constitutione continetur.

[a] ea nõ extat, nec eius locus scitũr.

XIII. Imp. IVSTIN. A. Demostheni præfecto prætorio.

NEmo ex his qui aduocati causarũ constituti sunt vel fuerint etiam in hac regia vrbe, in quocunque iudicio deputati, & in aliis omnibus prouinciis nostro subiectis imperio, audeat in vno eodémque tempore tam aduocatione vti, quàm consiliarij cuiuscunque magistratus, quibus respublica gerenda com-

mittitur, curam arripere: cum satis abundéque sufficiat, vel per aduocationē causis perfectissime patrocinari, vel adsessoris officio fungi: ne cum ad vtrunque festinat, neutrum bene peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: vel si adsessionē elegerit, in ea videlicet permaneat: ita tamen, vt post consiliarij sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. Nec sit concessum cuiquam duobus magistratibus adsidere, & vtriusque iudicij curam peragere: (neque enim facile credendum est etiam duabus necessariis rebus vnum sufficere. nam cum vni iudicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est. sicque nulli eorum idoneum in totum inueniri.) sed altera adsessione penitus semota, vnius magistratus esse contentum iudicio. Nec callidis machinationibus huiusmodi legē putet quis esse circunscribendam, etsi non consiliarij signum, quod solitum est, chartis imponat, sed alias quasdam literas excogitatas adsimulauerit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub huiusmodi tamen vmbra latere: cum in legem committant & hi, qui vigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinant. Neque sibi blandiri quenquā oportet, quòd præsentis etiam legis aculeos possit euadere, quemadmodum & anteriores leges super hac re positas deludebat. Si quis etenim

in ta

[Margin notes: in; eadem; circūscribendum.]

in tali cõmisso fuerit inuentus, sciat se de matriculis aduocatorum penitus esse delendum, & decem librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturum, per virum illustrem comitem rerum priuatarum exigendam: & aliam maiorem regalis culminis subiturum offensam: cum nec ipse iudex qui hoc fieri passus est, & sciens prudénsque hoc commiserit, sine imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidem subiiciendo etiam eo vel eis qui in his causis quarũ patrocinium adepti sunt, quibúsque aduocationem suam præstiterunt, adsessiones cuiuscunque magistratus colore audeat vel audeant vindicare:* ne affectionis suæ vel aduocationis memor, incorrupti iudicis non possit nomen perferre. Dat. v. Kalend. Octobris Chalcedone, Decio v.c. Cos.*

*Puto legendũ adsessionis.

*Puto legendũ: iudicare: ne affectionis suę aduocationis memor, incorrupti iudicis &c.

DE ANNONIS, ET CAPITATIONE* ADMINISTRANTIVM, ET eorum adsessorum, aliorúmve publicas sollicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas consecuti sunt dignitates.

*aliàs, & capitu.

TIT. LI.

1. Impp. THEOD. & VALEN. AA. Florentio præfecto prætorio.

OMNIBVS *tam viris spectabilibus, quàm viris clarissimis iudicibus, qui per prouincias siue militarem siue ciuilem administrationem gerunt, necnon comiti commerciorum, magistro æris, siue priuatæ rei rationali per Ponticam atque Asianam diœcesim, item & adsessoribus iudicum singulorum in præbendis solatiis annorum hic fixus ac stabilis seruabitur modus, vt ea pro annonis & capite* *dignitatis suæ debitis precia cõsequantur, quæ particularibus delegationibus* *solent contineri. Datum* III. *Kalendas Iun. Constantinopo. Theodosio* XVII. *& Festo Coss.*

*capitu.

* al. delargitionibus.

DE CONTRACTIBVS IVDICVM, VEL EORVM QVI SVNT circa eos: & inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent [sine sanctione pragmatica.]*

*in vno duntaxat exéplari reperi hęc verba.

TIT. LII.

Prætores & prouinciarum rectores non possunt per se vel per alios contrahere in loco sibi commisso, nisi pro necessitate victus & vestitus. Saly.

1. Imp. IVSTIN. A. Mennæ P. P.

QVI

QVICVNQVE *administrationem in hac florentissima vrbe gerunt, emere quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere non aliter possunt, nisi speciale[a] nostri numinis hoc eis permittentem diuinam rescriptionem meruerint.*

[a] al. specialiter.

Donationes vero omnimodo recusent, scientes non esse validas eas in quibuscunque rebus, & quacunque æstimatione, nisi post administrationem depositam, vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale præterierit, in quo nulla querela super hisdem donationibus vel ab ipso donatore vel ab eius successoribus facta sit. Prouincias vero moderantibus, non solum donationes, sed etiam emptiones quarumcunque mobilium vel immobilium rerum (præter eas quæ ad alimoniam vel vestes pertinent) & ædificationes, licet sacri apices aliquid eorũ permiserint, penitus interdicimus. Nec ratum sit, quod his donatione vel venditione datum est, licet quinquennale tẽpus post depositam administrationem excesserit, vel cõsensus donatoris vel venditoris post eandẽ administrationem adiectus sit. Hæc autem etiam ad domesticos & consiliarios eorũ trahi necessarium duximus: illud etiam adiiciẽtes, vt nec per interpositam personam aliquid eorum sine

periculo posit perpetrari: quæ etiã ad præterita negotia referri sancimus, nisi transactionibus vel iudicationibus sopita sint. Dat. V. Id. Decẽb. Constant. D. N. Iustiniano A. II. Cos.

*hęc aliàs desunt.

DE MODO MVLTARVM QVAE A IVDICIBVS INFLIGVNTVR.

*al. infeeruntur.

TIT. LIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTON. AA. Firmo.

MVLTA *damnum famæ non irrogat.* Datum V. Idus *Aprilis Antonino* A. & *Geta vtrisque* II. *Coss.*

Procurator Cæsaris non habet potestatem multandi.

II. Imp. ALEXAN. A. Decimio præfecto prætorio.

PRocuratores *meos vel rationales, multæ inducẽdæ ius non habere sæpe rescriptum est.* Datum XIII. *Kalendas Septembris Modesto & Probo Coss.*

III. Imp. GORD. A. Celeri P. P.

CVrator *reipublicæ (qui Græco vocabulo logista nuncupatur) multandi ius non habet. Datum Idibus Septembris Gordiano* A. & *Auiola Coss.*

IIII. Imppp. GRATIAN. VALEN. & THEO. AAA. Eutropio P. P.

Illust

ILlustres viros præfectos prætoriis vsque ad quinquaginta librarum auri multam, cum peccatum grauißimum erit, peruenire sinimus. Datum VIII. *Id. Ianua. Gratiano* V. *& Theodos.* AA. *Coss.*

V. Imppp. VALEN. THEO. & ARCAD. AAA. ad Prætextatum præfectum prætorio.

MVltarum seuera compendia ærario nostro protinus esse quærēda nullus ignoret: nisi ipse iudex id quod ad pœnam admißi facinoris exculpitur, vel publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis specialiter deputauerit. Datum V. *Id. Septemb. Aquileiæ, Richomere & Clearcho Coss.*

Secundum varietatem iudicum maior & minor multa poteſt imponi, ob correctionem malorum morum. Saly.

VI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P. P.

EOs qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, vltra duarum vnciarum auri summam condemnare non patimur. Proconsularem vero poteſtatem, si multandi neceßitas imminebit, senarum vnciarum auri summa cohibebit: in qua forma etiam comes Orientis atque præfectus Auguſtalis erit. Cæteri vero spectabiles iudices, & qui vice noſtra administrationis gubernacula susceperint, vltra tres

auri vncias sibi intelligant licentiam denegatam. Id quoque obseruandum à moderatore esse censemus, vt in vnius correptione personæ (si ad id continuatio peccati impulerit) trinæ tantùmodo in anno condemnationis sub præ*stituta summa seueritas exerceatur.* Quòd si *quis prædictum modum excesserit: huius au*ctor* admißi, condemnato ad dupli restitutionem: fisco verò nostro ad inferendã eam quantitatem quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. Nec tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus aut manubiis, id est deprædationibus, aut concußionibus, furtis, aliisque flagitiis, quæ coerceri seuerius conuenit, fuerint deprehensi: scilicet vt scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. Nec putent factu facile esse, vt aut præcipiti persuasione condemnent quem culpa non in grauet: aut erubescenda varietate iudicij pro arbitrio proprio immutandum esse, quod iusserint: nisi paupertas condemnati hoc persuaserit. Datum* XII. *Kalend. Septemb. Theodosio* A. II. *& Cynegio Coss.*

*supra statuta.

*al. exeratur.

*actor legit Accur. in gl. manuscript.

*rectè cōgruunt hi consules inscriptioni, nã Arcadius iã toto antea quadriennio fuerat in consortium Imperij adscitus,

---

DE DEFENSORIBVS CIVITATVM.

TIT LIIII.

1. *Imp.*

I. Impp. VALENT. & VALENS AA. Senecæ defensori.

S*I QVIS de tenuioribus ac minuscularis rebus interpellandum te esse crediderit, in minoribus causis, id est vsque ad quinquaginta solidorum summã acta iudicialia conficiat: scilicet vt si quãdo quis vel debitum iustum, vel seruum qui per fugam fuerat elapsus, vel quod vltra delegationem dederat, postulauerit, vel quodlibet huiusmodi, tua disceptatione restituas. Cæteras vero quæ dignæ forensi magnitudine videbuntur, ordinario insinuato rectori. Datum* XV. *Kalend. Ianuar. * Terici, Valentiniano & Valente* AA. *Coss.*

II. Iidem AA. ad Probum præfectum prætorio.

D*Efensores ciuitatum, non ex decurionũ, seu cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis personis huic officio deputentur. Datum* III. *Nonas Nouembr. Iisdem Coss.*

III. Iidem & GRATIANVS AAA. ad Senatum.

V*Tili ratione perspectum*[a] *est, vt innocens & quieta rusticitas, peculiaris patrocinij, id est defensoris locorũ beneficio perfruatur, &*[b] *apud eũ in pecuniariis causis litigandi habeat facultatẽ. Dat.* IIII. *Id. Aug. Hierapoli, Valentiniano & Valente* AA. *vtrisque* II. *Coss.*

[a] prospectum.

[b] vt.

IIII. Imppp. GRAT. VALEN. & THEOD. AAA. Theodoro defensori.

IN defensoribus vniuersarum prouinciarum erit administrationis hæc forma, & tempus quinquennij spacij metiendum: scilicet vt in primis parentis vicem plebi exhibeas: descriptionibus rusticos vrbanósque non patiaris affligi: officialium insolentiæ, & iudicum procacitati (salua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi cum voles ad iudicem liberam habeas facultatem: superexigendi damna, vel spolia plus petentium ab his quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquam vltra delegationem solitam ab his exigi, quos certum est nisi tali remedio non posse reparari. Dat. XI. Nonas Ianuar. Constantinop. Arcadio & Bautone Coss.

•suburbanosque.

•superexhibendi.

V. Imppp. VALEN THEOD. & ARCAD. AAA. Potamio præfecto Augustali.

DEfensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis sui tantum fungantur officio. Nullas infligant multas. Sæuiores non exerceant quæstiones. Plebem vel decuriones ab omni improborum insolentia & temeritate tueantur: vt id tantùm quod esse dicuntur, esse non desinant. Datum III. Non. Mart. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coss.

•C.T.I. 10.2.

•al. seueriores.

VI. Iidem AAA. Tatiano P. P.

Per

PEr omnes[a] regiones in quibus fera & periculi sui nescia latronum feruet insania, probatissimi quique & districtissimi defensores adsint disciplinæ, & cotidianis actibus præsint, qui non sinant crimina impunita[a] coalescere.[a] remoueant patrocinia quæ fauorem[a] reis, & auxilium scelerosis impertiendo maturari scelera fecerunt. Datum v. Id. Aprilis Arcadio A. II. & Rufino Coss.

[a] C.T. 1. 10.3.
[a] al. impunitate rectius.
[a] al. calescere. aliàs conualescere.
[a] feruorē.

VII. Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæciliano P. P.

DEfensores ciuitatum[a] oblatos sibi reos in ipso latrocinio vel congressu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut stupro, vel raptu vel adulterio deprehensos, & actis publicis sibi traditos, expresso crimine cum his à quibus fuerint accusati, mox sub idonea persecutione ad iudicium dirigant. Datum Prid. Kalendas Ianuar. Mediolani, Stilichone II. & Anthemio Coss.

[a] C.T. 9. 2. 5.

VIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæcilio P. P.

DEfensores ita[a] præcipimus ordinari, vt sacris orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, reuerendissimorum episcoporum, necnon clericorum & honoratorum ac possessorum & curialium decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam prætorianam potestatem: vt literis eiusdem magni

[a] al. sic, Defensores ciuitatū ita iudicamus ordinari. &c.

vt duplum spoliatus accipiat, & duplum noster fiscus acquirat. Dat. VI. *Kal. Ianua. Mediolani, Theodosio & Rumoridio Coss.*

IIII. Iidem & THEOD. AAA. ad Cæcilianum vicarium.

DOmesticus iudicis à publicis actibus arceatur. Quòd si necessitatibus publicis sese conuictus fuerit miscuisse: statim eum ad maioris potestatis examen deduci oportet, vt competēs in eum vindicta promatur. Dat. VI. *Id. April. Honorio* A. VI. *& Aristeneto Coss.*

V. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Seleuco præfecto prætorio.

NEmo in prouinciis, qui semel domestici vel cancellarij ministerium gesserit, ad eandem obseruationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. III. *Id. Decemb. Rauen.* AA. X. & VI. *Coss.*

VI. Iidem AA. Vitaliano duci Libyæ.

*NEmo de domesticis ducum vel comitum militarium, officiis eorum connumeratus, post completum sui temporis actū ad eandem rursum sollicitudinem audeat adspirare: decem librarum auri condemnatione proposita, si quis hanc violare voluerit sanctionē: eadem pœna officio quoque eius coërcendo, si per ambitionem, vel auaritiam ex his aliquid temerariè consenserit.** Dat. VIII. *Kal. Nouemb. Honorio* A. XI. *& Constantio* II. *Coss.*

* aliàs, temerari concesserit.

VII.

VII. Iidem A A. Eustachio præfecto præto.

VElut [a] *castrense peculium filijfamilias adsessores etiam post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores iuuare consueuerunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. Constantin. Hono.* XIII. *& Theod.* X. A A. *Coss.*

c. T. 1. 12. 2.

VIII. Iidem A A. Asclepiodoto præfecto prætorio.

NVllus iudicum [a] *ad prouinciã sibi commissam quenquam secum ducere audeat, cui domestici vel cancellarij nomen imponat: nec profectũ ad se vndecunq; suscipiat, ne famæ nota cum bonorũ publicatione plectatur. Periculo enim primatum officij cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos iudicibus applicari iubemus: ita vt post depositam administrationem nec militiam deserant, & prouincialibus præsentiam sui exhibeant, quò volentibus sit accusandi eos facultas.* [a] *Si enim idonea causa exegerit: ad detegenda* [a] *iudicis flagitia & quæstioni eos subdi oportet. Dat. prid. Kal. Iul. Asclepiodoto & Mariniano Coss.*

[a] c. T. 1. 12. 2.

[a] aliàs facilitas.

[a] al. retegenda.

IX. Impp. THEOD. & VALENTIN. A A. ad Taurum.

SI post depositam administrationem iudicũ, præsentiam vel exhibitionẽ domesticorũ, querimonia prouincialium aut curialium vel aliqua publica necessitas postulauerit, per

eosdem

eosdem administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibúsque tradantur. Datum v. *Non. Iul. Constantinopol. Theodo.* A. XIIII. *&* *Maximo Coss.*

x. Iidem A A. Florentio præfecto prætorio.

IN *consiliariis obseruari cẽsemus, vt in eum qui in sua prouincia vltra quatuor menses moderatoribus adsederit aduersus leges antiquas, & diuorum retro principum scita, proscriptio bonorum, & accusatio publici criminis immineat, nisi per cœleste oraculũ vel amplißimæ tuæ sedis præceptionem sese defendat.* D. XIII. *Kal. Feb. Theod.* XVII. *& Festo Coss.*

x I. Iidem A A. Zoilo præf. præt. Orientis.

[a] Non parum, in omnibus manuscriptis.

NOn *minus* [a] *adsessoribus maiorum magistratuum, quàm ipsis iudicibus nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est. Ideóque consiliarios virorum illustrium præfectorũ tam pratoriorum, quàm huius inclytæ vrbis, eminẽtißimorúmq; magistrorum militum, necnon etiam viri illustris magistri officiorũ, siue prædicto officio iam functi sunt, seu fungentur in posterum: post depositum etiã officium ab omni indictionis onere seu ciuilium seu militarium iudicum, prorsus immunes esse præcipimus: vt nec ab amplißima quidem sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiendo quolibet*

grauam

grauamine penitus iniungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari cōcesserit. Da. v. Kal. Mart. Theodosio A. XVIII. *& Albino Coss.*

XII. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P. P.

Liceat omnibus iudicibus illustri præditis potestate consiliarios sibi eosdem secūdo, ac tertio, & sæpius adiungere:[a] quia qui semel recte cognitus est, non debet ob hoc solū, quòd iam probatus est, improbari. Da. Val. A. ***

[a] Iniungere.

Deest hîc Græca constitutio Zenonis cuius meminit No. 60. quod Haloander primus animaduertit, fitente etiam Ant. Augu. qui & ex eadem Nouella breue eius deperditæ argumentum subiicit hoc. CAVENDVM est ne magistratuum adsessores causas audiāt, quæ apud ipsos magistratus aut iudices datos moueri debent, vt Zenonis & nostra[a] constitutione continetur.

[a] ea nō extat, nec eius locus scitur.

XIII. Imp. IVSTIN. A. Demostheni præfecto prætorio.

Nemo ex his qui aduocati causarū constituti sunt vel fuerint etiam in hac regia vrbe, in quocunque iudicio deputati, & in aliis omnibus prouinciis nostro subiectis imperio, audeat in vno eodémque tempore tam aduocatione vti, quàm consiliarij cuiuscunque magistratus, quibus respublica gerenda com-

mittitur, curam arripere: cum satis abundéque sufficiat, vel per aduocationẽ causis perfectissime patrocinari, vel adsessoris officio fungi: ne cum ad[a] vtrunque festinat, neutrum bene peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: vel si adsessionẽ elegerit, in ea[b] videlicet permaneat: ita tamen, vt post consiliarij sollicitudiuem depositam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. Nec sit concessum cuiquam duobus magistratibus adsidere, & vtriusque iudicij curam peragere: (neque enim facile credendum est etiam duabus necessarius rebus vnum sufficere. nam cum vni iudicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est. sicque nulli eorum idoneum in totum inueniri.) sed altera adsessione penitus semota, vnius magistratus esse contentum iudicio. Nec callidis machinationibus huiusmodi legẽ putet quis esse circunscribendam,[c] etsi non consiliarij signum, quod solitum est, chartis imponat, sed alias quasdam literas excogitatas adsimulauerit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub huiusmodi tamen vmbra latere: cum in legem committant & hi, qui vigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinant. Neque sibi blandiri quenquã oportet, quòd præsentis etiam legis aculeos possit euadere, quemadmodum & anteriores leges super hac re positas deludebat. Si quis etenim

in ta

[a] in

[b] eadem

[c] circũscribendum.

in tali cõmisso fuerit inuentus, sciat se de matriculis aduocatorum penitus esse delendum, & decem librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturum, per virum illustrem comitem rerum priuatarum exigendam: & aliam maiorem regalis culminis subiturum offensam: cum nec ipse iudex qui hoc fieri passus est, & sciens prudénsque hoc commiserit, sine imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidem subiiciendo etiam eo vel eis qui in his causis quarũ patrocinium adepti sunt, quibúsque aduocationem suam præstiterunt, adsessiones cuiuscunque magistratus colore audeat vel audeant vindicare:* ne affectionis suæ vel aduocationis memor, incorrupti iudicis non possit nomen perferre. Dat. v. Kalend. Octobris Chalcedone, Decio* V.C. *Cos.*

*Puto legendũ adsessionis.

*Puto legendũ: iudicare: ne affectionis suę aduocationis memor, incorrupti iudicis &c.

DE ANNONIS, ET CAPITATIONE * ADMINISTRANTIVM, ET eorum adsessorum, aliorúmve publicas sollicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas consecuti sunt dignitates.

*aliàs, & capitu.

TIT. LI.

1. Impp. THEOD. & VALEN. AA. Florentio præfecto prætorio.

QVICVNQVE *administrationem in hac florētißima vrbe gerunt, emere quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere non aliter possunt, nisi specialē[a] nostri numinis hoc eis permittentem diuinam rescriptionem meruerint. Donationes verò omnimodo recusent, scientes non esse validas eas in quibuscunque rebus, & quacunque æstimatione, nisi post administrationem depositam, vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale præterierit, in quo nulla querela super hisdem donationibus vel ab ipso donatore vel ab eius successoribus facta sit. Prouincias vero moderantibus, non solum donationes, sed etiam emptiones quarumcunque mobilium vel immobilium rerum (præter eas quæ ad alimoniam vel vestes pertinent) & ædificationes, licet sacri apices aliquid eorū permiserint, penitus interdicimus. Nec ratum sit, quod his donatione vel venditione datum est, licet quinquennale tēpus post depositam administrationem excesserit, vel cōsensus donatoris vel venditoris post eandē administrationem adiectus sit. Hæc autem etiam ad domesticos & consiliarios eorū trahi necessarium duximus: illud etiam adiiciētes, vt nec per interpositam personam aliquid eorum sine*

[a] al. specialiter.

ILlustres viros præfectos prætoriis vsque ad quinquaginta librarum auri multam, cum peccatum grauissimum erit, peruenire finimus. Datum VIII. Id. Janua. Gratiano V. & Theodos. AA. Coss.

V. Imppp. VALEN. THEO. & ARCAD. AAA. ad Prætextatum præfectum prætorio.

MVltarum seuera compendia ærario nostro protinus esse quærẽda nullus ignoret: nisi ipse iudex id quod ad pœnam admissi facinoris exculpitur, vel publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis specialiter deputauerit. Datum V. Id. Septemb. Aquileiæ, Richomere & Clearcho Coss.

Secundum varietatem iudicum maior & minor multa potest imponi, ob correctionem malorum morum. Saly.

VI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P.

EOs qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, vltra duarum vnciarum auri summam condemnare non patimur. Proconsularem vero potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum vnciarum auri summa cohibebit: in qua forma etiam comes Orientis atque præfectus Augustalis erit. Cæteri vero spectabiles iudices, & qui vice nostra administrationis gubernacula susceperint, vltra tres

auri vncias sibi intelligant licentiam denegatam. Id quoque obseruandum à moderatore esse censemus, vt in vnius correptione personæ (si ad id continuatio peccati impulerit) trinæ tantùmodo in anno condemnationis sub[a] præstituta summa seueritas exerceatur.[b] Quòd si quis prædictum modum excesserit: huius auctor[c] admißi, condemnato ad dupli restitutionem: fisco verò nostro ad inferendã eam quantitatem quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. Nec tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus aut manubiis, id est deprædationibus, aut concußionibus, furtis, aliisque flagitiis, quæ coerceri seuerius conuenit, fuerint deprehensi: scilicet vt scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. Nec putent factu facile esse, vt aut præcipiti persuasione condemnent quem culpa non ingrauet: aut erubescenda varietate iudicij pro arbitrio proprio immutandum esse, quod iussevint: nisi paupertas condemnati hoc persuaserit. Datum XII. Kalend. Septemb. Theodosio A. II. & Cynegio Coss.[d]

[a] supra statuta.
[b] al. exeratur.
[c] actor legit Accur. in gl. manuscript.
[d] rectè cõgruunt hi consules inscriptioni, nã Arcadius iã toto antea quadriennio fuerat in consortium Imperij adscitus.

DE DEFENSORIBVS CIVITATVM.

TIT LIIII.

I. Imp.

I. Impp. VALENT. & VALENS AA. Senecæ defensori.

SI QVIS *de tenuioribus ac minuscularis rebus interpellandum te esse crediderit, in minoribus causis, id est vsque ad quinquaginta solidorum summã acta iudicialia conficiat: scilicet vt si quãdo quis vel debitum iustum, vel seruum qui per fugam fuerat elapsus, vel quod vltra delegationem dederat, postulauerit, vel quodlibet huiusmodi, tua disceptatione restituas. Cæteras vero quæ dignæ forensi magnitudine videbuntur, ordinario insinuato rectori. Datum* XV. *Kalend. Ianuar.* * *Terici, Valentiniano & Valente* AA. *Coss.*

II. Iidem AA. ad Probum præfectum prætorio.

D*Efensores ciuitatum, non ex decurionũ, seu cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis personis huic officio deputentur. Datum* III. *Nonas Nouembr. Iisdem Coss.*

III. Iidem & GRATIANVS AAA. ad Senatum.

V*Tili ratione perspectum*" *est, vt innocens & quieta rusticitas, peculiaris patrocinij, id est defensoris locorũ beneficio perfruatur, &* "*apud eũ in pecuniariis causis litigandi habeat facultatẽ. Dat.* IIII. *Id. Aug. Hierapoli, Valentiniano & Valente* AA. *vtrisque* II. *Coss.*

"prospectum.

"vt.

IIII. Imppp. GRAT. VALEN. & THEOD. AAA. Theodoro defensori.

IN defensoribus vniuersarum prouinciarum erit administrationis hac forma, & tempus quinquennij spacij metiendum: scilicet vt in primis parentis vicem plebi exhibeas: descriptionibus rusticos vrbanósque non patiaris affligi: officialium insolentiæ, & iudicum procacitati (salua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi cum voles ad iudicem liberam habeas facultatem: superexigendi* damna, vel spolia plus petentium ab his quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquam vltra delegationem solitam ab his exigi, quos certum est nisi tali remedio non posse reparari. Dat. XI. Nonas Ianuar. Constantinop. Arcadio & Bautone Coss.*

*suburbanosque.

*superexhibendi.

V. Imppp. VALEN THEOD. & ARCAD. AAA. Potamio præfecto Augustali.

DEfensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis sui tantum fungantur officio. Nullas infligant multas. Sæuiores * non exerceant quæstiones. Plebem vel decuriones ab omni improborum insolentia & temeritate tueantur: vt id tantùm quod esse dicuntur, esse non desinant. Datum III. Non. Mart. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coss.*

*C.T.I. 10. 2.

*al. seueriores.

VI. Iidem AAA. Tatiano P. P.

Per

Per omnes[a] regiones in quibus fera & periculi sui nescia latronum feruet insania, probatissimi quique & districtissimi defensores adsint disciplinæ, & cotidianis actibus præsint, qui non sinant crimina impunita[a] coalescere.[a] remoueant patrocinia quæ fauorem[a] reis, & auxilium scelerosis impertiendo maturari scelera fecerunt. Datum v. Id. Aprilis Arcadio A. II. & Rufino Coss.

[a] C.T. de 10.3.

[a] al. impunitate rectius.

[a] al. calescere. aliàs conualescere.

[a] feruorẽ.

VII. Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæciliano P. P.

Defensores ciuitatum[a] oblatos sibi reos in ipso latrocinio vel congressu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut stupro, vel raptu vel adulterio deprehensos, & actis publicis sibi traditos, expresso crimine cum his à quibus fuerint accusati, mox sub idonea persecutione ad iudicium dirigant. Datum Prid. Kalendas Ianuar. Mediolani, Stilichone II. & Anthemio Coss.

[a] C.T. 9. 2. 5.

VIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæcilio P. P.

Defensores ita[a] præcipimus ordinari, vt sacris orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, reuerendissimorum episcoporum, necnon clericorum & honoratorum ac possessorum & curialium decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam prætorianam potestatem: vt literis eiusdem magni

[a] al. sic, Defensores ciuitatũ ita iudicamus ordinari. &c.

magnificæ ſedis eorum ſolidetur auctoritas. Quòd ſi quid à qualibet perſona cōtra publicam diſciplinam in læſionem poſſeſſorum fieri cognouerint defenſores, referendi habeant poteſtatem ad illuſtres & magnificos viros præfectos prætoriis, & illuſtres viros magiſtros equitum & peditum, magiſtros etiam officiorum, & comites tam ſacrarum largitionum quàm rerum priuatarum. Dat. XV. *Kal. Feb. Rauēnæ, Honorio* VIII. & *Theod.* III. AA. *Cōſſ.*

IX. Iidem AA. Cæcilio[a] P. P.

IVbemus[b] cura ac ſolertia defenſorū minimè poſſeſſores maioribus mēſuris & pōderibus à ſuſceptoribus prægrauari: ſed eos deprehēſos, ad iudicium dirigi cum ipſo commiſſæ fraudis indicio. Illud etiam fieri permittimus, vt ſi prouincialibus noſtris cōteſtari iniurias ſeu læſiones[a] ſuas cupientibus, actorum confectio à defenſoribus denegetur: licētia eis tribuatur querelæ propriæ libellum cōſcriptum, eo tempore[a] quo fuerat cōteſtandum, in frequentioribus ciuitatum locis proponendi, conueniendíque ſcribas, tabularios, & cætera officia publica commonendi (per quæ libellum colligi oportebit,) atque inuitis ſupra memoratis perſonis ſub actorum cōfectione ingerendi, quorum quæſtione fides poßit inquiri: qua probata, in eos quos geſtorum petitam confectionem negaſſe conſtiterit, vigor iudiciarius exeratur. Dat. XI. *Kal. Feb.*

[a] al. Cæciliano.
[b] c. T. 11. 8. 3.
[a] al. iniuriæ læſiones ſuas &c.
[a] tenore. quidam manuſc. & c. T. recte.

Feb. Rauennæ, Honorio VIII. *&* *Theodosio* III. AA. *Coss.*

Non potest aliquis renunciare officio defensoris ciuitatis, nisi cum auctoritate principis. Bart.

X. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro præfecto prætorio.

NVlli defensorum licere decernimus, si de publica sollicitudine se voluerit liberare, nisi diuinos affatus intimauerit tuæ sublimitatis iudicio: triginta librarum auri pœnam tam moderatoribus prouinciarum, quàm cæteris iudicibus vel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. XV. *Kal. Septemb. Constantinop. Cyro* v.c. *Cos.*

DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS.

TIT. LV.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Florentium P P.

DECVRIONES [a] *ad magistratum, vel exactionem annonarum, ante tres menses, vel amplius, nominari debent: vt si querimonia eorum iusta videatur, sine impedimento in absoluendi locum alius subrogetur. Dat. Id. April. Constantinop. Seuero & Rufino Coss.*

[a] C. T. 12. 1. 8.

II.

II. Impp. VALENTINIA. & VALENS AA. ad Germanianum.

M*Agistratus conficiendorum actorum habeant potestatem.* Dat. XIII. *Kal. Ianuar. Gratiano* N.P. *&* *Dagalaipho Coss.*

DE OFFICIO IVRIDICI ALEXANDRIAE.

TIT. LVI.

I. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Alexandro duci & praefect. Augustali.

IVBEMVS *apud Alexandrinae dumtaxat clarissimae ciuitatis iuridicum, licitum & cōcessum esse, singulis quibuscunque volētibus donationis conscriptae solenniter instrumenta reserare: eisdémque robur adiiciat gestorum series apud eundem confecta, tanquam si apud virum clarissimum moderatorem prouinciae, vel magistratus, vel defensores plebis, habita fuisse dicerentur.*[a]

[a] dicerentur. recte, vt referatur ad gestorum seriem.

Explicitus est lib. I. Cod.

Codicis

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS PERpetui Aug. repetitæ prælectionis LIBER SECVNDVS.

DE EDENDO.

TIT. I.

Editio petitur iudicis officio, causa cognita exhibenda. Salyc.

I. Imp. ANTONINVS PIVS A. Aemilio.[a]

[a] Manilio.

IPSE *dispice quemadmodum pecuniam quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes. Nam quod desideras, vt rationes suas aduersaria tua exhibeat: id ex causa ad iudicis officium pertinere solet.* PP. IIII. *Kal. Octob. Sabino* II. *& Seuero Coss.*

Acta publica sunt edenda cuilibet prætendenti interesse. Paul. de Cast.

II. Impp. SEVERVS & ANTONINVS A A. Fausto.

IS apud quem res agitur, acta publica tam ciuilia quàm criminalia exhiberi inspicienda ad

da ad inuestigandam veritatis fidem iubebit. PP. Non. Iulij, Seuero A. & Albino Coss.

Editio actionis debet demonstrare speciem futuræ litis: potest tamen emendari & mutari prout edicti perpetui monet auctoritas, & ius dicentis dictat æquitas. Bald.

III. Iidem AA. Valenti.

EDita actio speciem futuræ litis demonstrat: quam emendari vel mutari licet, prout edicti perpetui monet auctoritas, vel ius reddentis, decernit æquitas. Dat. II. Kal. Septemb. Seuero III. & Antonino AA. Coss.

Reus non tenetur edere actori propria instrumenta, & actore non probante reus absoluitur. Salycet.

IIII. Imp. ANTONINVS A. Epaphrodito.

QVi accusare volunt, probationes habere debent: cum neque iuris neque æquitatis ratio permittat vt alienorum instrumentorũ inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non probante, qui conuenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit. PP. V. Id. Mart. Duobus & Aspris Coss.

Mercator tenetur edere reo codicem rationũ suarum, vt veritas appareat. Bald.

V. Imp. ALEXANDER A. Valentinianæ.[a]

[a] al. Valentinæ.

NOn est nouum, eum à quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, vt fides veri constare possit. PP. VII. Idus Mart. Maximo II. & Aeliano Coss.

Publicæ

Publicæ rationes debẽt edi vt appareat quid est solutum, & quid restet fisco soluendum. Bald.

VI. Idem A. Vranio.[a]

IVstum est desideriũ eius à quo pecunia petitur (licet nomine publico) vt rationibus publicis exhibitis constet quantum sub nomine suo solutum sit. PP. XVI. *Kal. Decemb. Maximo* II. *&* *Aeliano Coss.*

[a] al. Variano.

VII. Idem A. Valenti.

PRocurator priuatæ rationis, instrumentorum quæ communia tibi esse cum fisco dicis, describendorum facultatem secundum morem fieri iubebit: & si quando res exegerit ad fidem petitionis tuæ apud alium iudicem probandam aliquod eorum proferri: desiderante eo qui conuenitur, vt id fiat, præcipiet. PP. X. *Kal. Mar. Fusco & Dextro Coss.*

IN AVTHEN. *vt spon. larg. §. & hoc insuper. col. ix. const. ij.*

Non creditur exemplo, nisi producatur originale, vel alio genere probationis appareat veritas. Bald.

SI quis in aliquo documento mentionem faciat alterius documẽti: nulla ex hac memoria fiat exactio, nisi aliud documentum cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundũ leges quantitatis debitæ probatio exhibeatur, quia & quãtitas cuius me-

moria facta est, pro veritate debeatur. Hoc enim & in veteribus legibus inuenitur.

Vbi de rationibus quærimus, illę eduntur indistinctè: sed instrumenta non eduntur. Bald.

VIII. Idem Augu. Floro.

ET quæ à diuo Antonino patre meo, & quæ à me rescripta sunt, [a] *cum iuris & æquitatis rationibus cōgruunt. nec enim diuersa sunt vel discrepantia, quòd multum interfit an ex parte eius qui aliquid petit, quique doli exceptione submoueri ab intentione petitionis suæ potest, rationes promi reus desideret, quibus se posse instruere contendit, quod vtique ipsa rei æquitas suadet: an vero ab eo à quo aliquid petitur, actor desideret rationes exhiberi: quandò hoc casū nō oportet originem petitionis ex instrumentis eius qui conuenitur, fundari.* PP. *Kal. Octob. Fusco & Dextro Coss.*

[a] 7. l. 4.

DE IN IVS VOCANDO.

TIT. II.

I. Imp. ALEXANDER A. Trophinio.

SICVT *bonis moribus conuenit reuerentiam manumissoris vxori præberi: ita re exigente in ius eam sine permissu prætoris vocari prohibitum est.* PP. IIII. *Kal. Aprilis, Agricola & Clementino Coss.*

Ad

Ad quemcunque transit ius patronatus, transit etiam reuerentia: & in delictis quæ naturali ratione prohibentur, non excusat rusticitas: & pœna quæ applicatur parti, nó debet per principem remitti. Bald.

II. Imp. GORDIANVS A. Nocturno.

Venia edicti non petita, patronum seu patronam eorúmque parentes & liberos, heredes insuper, etsi extranei sint, à libertis seu liberis eorum non debere in ius vocari, ius certissimum est: nec in ea re rusticitati venia præbeatur, cum naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur. Cum igitur confitearis patroni tui filium sine permissu præsidis te in ius vocasse: pœnam edicto perpetuo præstitutam, rescripto tibi cōcedi, temere desideras.* PP. VIII. *Id. Nouemb. Gordiano* A. *& Auiola Conss.*

*al. gratia.

Filius in potestate, etiam petita venia non potest agere contra patrem: secus in emancipato. Bal.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Rosanæ.*

*Romanæ, al. Roxanæ.

Qui in potestate patrum agunt, aduersus eos experiri nō possunt. Si igitur emancipata es, venia edicti petita hoc facere non prohiberis: quod & in matris persona obseruandum est. PP. VIII. *Id. Nouemb. Diocletiano* II. *& Maximiano* AA. *Conss.*

* Constitutio Græca.

DE PACTIS.

TIT. III.

I. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Philino.

CONDITIONIS *incertum, inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum est. Cum igitur verbis fideicommißi petitum à patre tuo profitearis, vt si vita sine liberis decederet, hereditatē Licinio Frontoni restitueret: pactum eo tempore de sextante Licinio Frontoni dando cum liberos Philinus non sustulerit, interpositum, non idcirco potest iniquum videri, quòd facta (sicut placuit) diuisione diem suum te filio eius superstite functus esset.* PP. VII. *Kal. Decemb. Seuero* A. II. *& Victorino Coss.*

Tacitum pactum prodest absenti & ignoranti. Iac. But.

II. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Claudio.[a]

[a] al. Claudiano.

P*Ost venditionem hereditatis à te factam, si creditores contra emptores actiones suas mouisse probare poteris, eósque eas spontanea voluntate suscepisse: exceptione taciti pacti nō inutiliter defenderis.* PP. *Prid. Id. Feb. Seuero* III. *& Antonino* AA. *Coss.*

Seruus potest domino prodesse, sed non obesse in iure quæsito. Bald.

III. Iidem AA. Restituto.

Seruus

Seruus creditoris meliorem causam domini facere potest: in deterius autem reformare nouo pacto nō potest obligationem rectè constitutam. PP. VIII. *Kalend. April. Seuero* III. *&* *Antonino* AA. *Conss.*

Renunciatio litis renunciantem excludit à processu causæ, & à iure principaliter intentato: nec habet locum pœnitentia. Bald.

IIII. Iidem AA. Valeriæ.

Postquam liti de prædio motæ renūciasti, causam finitam instaurari posse, nulla ratio permittit. PP. IIII. *Id. Feb. Albino & Aemiliano Conss.*

Cui damus actionem, tanto fortius exceptionem. Alex.

V. Imp. ANTONINVS A. Demagoræ.

Creditori tuo si partem pecuniæ exoluisti, de parte verò non petenda inter te & eum cōuenit ob causas negotiáque eius tuo patrocinio fidéque defensa: ea obligatione partim ciuili iure, partim honorario liberatus es. Nam exceptio perpetua pacti conuenti vel doli, residui petitionem repellit: cum & solutum per ignorantiam, repeti potuisset. PP. VIII. *Kal. Aug. Romæ, Ant.* A. IIII. *& Balbino Conss.*

Pactum contra ius vel bonos mores, nullius est momenti. Alex.

VI. Idem A. Basiliæ.

Pacta quæ cōtra leges constitutionésque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim

habere, indubitati iuris est. PP. *Kal. Augusti. hisdem Conss.*

Si creditor debitori heres extitit, obligatio confunditur. Bald.

VII. Idem AVGVSTVS Iulio * Maximo.

* Ex codice Gregoriano. Tit. de pactis & transactionibus.

DEbitori tuo si heres extitisti: actio quã contra eum habuisti, adita hereditate confusa est. Sed si eam hereditatem, posteaquã in iudicio obtinuisti, ei tradidisti quem sententia superaueras, ea conditione pactóque, vt tã cæteris creditoribus, quàm tibi in eo quod tibi deberetur si eam hereditatem non adisses, satisfaceret: pacti conuentionísque fides seruanda est: quæ si non seruatur, ex stipulatu (si modò pacto subiecta est) dabitur actio, [vel præscriptis verbis si stipulatio non interuenit.] PP. III. *Kalend. Augu. Antonino* A. IIII. *& Balbino Conss.*

Pactum appositum super fœtibus pecorũ inter dominum & pastorem diuidendis, est seruandum. Bald.

VIII. Idem A. Mucatraulio.

SI pascenda pecora partiaria, id est vt fœtus eorum portionibus quibus placuit, inter dominum & pastorem diuidantur, Apollinarem suscepisse probabitur, fidẽ pacto præstare per iudicem compelletur. PP. IIII. *Kalen. Octob. Alexandro* A. II. *& Marcello Conss.*

Remittens ius quod habet ex sententia, per dolum aduersarij, non perdit ius quæsitum ex sententia. Bald.

IX.

IX. Imp. ALEXAND. A. Dionysio.

CVm posteaquam aduersarius matris tuæ victus esset, matrem tuam circunuenerit, vt ei caueret " *nullam se controuersiam de seruis moturam: id pactum mala fide factum, irritum est, & cum ex ea conuentione cum matre tua agi cœperit, iudex eam liberabit.* " P P. *prid. Id. Septembris Alexandro II. & Marcello Conss.*

Pactum appositum in traditione rei, vestitur ipsa traditione. Bald.

X. Idem A. Nicæ.

LEgem quā dixisti cum dotem pro alumna dares, seruari oportet: nec obesse tibi poterit quod dici solet, ex pacto actionē non nasci. tunc enim hoc iure vtimur, cum pactum nudum est: alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis " *est condictio.* P P. III. *Kalen. Mar. Albino & Maximo Conss.*

Ex pacto apposito iuxta contractum non agitur, si desinit interesse competere. Alex.

XI. Idem A. Capitoni.

EX conuentione quidem qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret, vt creditoribus quibus fuerant prædia obligata, vsuras solueret: actio tibi aduersus eam competere non potest, etsi pactum in stipulationem deductum probetur. Sed si fundus æstimatus (ita vt pars in-

* id est, promitteret, ipsa videlicet mater. in Cod. Gregor. est, paciscceretur.
* additur in Gregoriano. quia de re iudicata pacisci nemo potest.
" ne intelligas vtilem hîc dici ad differentiam directæ, vt quidam putant. Cont.

strumẽti significat) in dotem datus est, ex vendito actio, vt placitis stetur, competit. P P. *Non. Decemb. ipso* A. I I I. *&* *Dione* I I. *Coss.*

Vltima pacta prioribus contraria derogant eis. Alex.

X I I. Idem A. Flacillæ.

PActa nouissima seruari oportere, tam iuris, quàm ipsius rei æquitas postulat. Quapropter si conuentione quæ præcessit, diuersa pars vsuram se non esse consensit, & maximè si (vt proponis) id etiam apud acta præsidis adseuerauit: actionem quæ super prima conuentione fuerat, exercere non prohiberis. P P. I I I. *Kalen. Martij Agricola & Clemente Coss.*

Pacta apposita incontinenti iuxta contractum valent, etiam quo ad producendam actionem. Alex.

X I I I. Imp. MAXIMINVS A. Mario.

IN bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si incontinenti fiat. nam quod postea placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. P P. V. *Id. Ian. Maximino* A. *& Africano Coss.*

Bona debitoris propter conuentionem non seruatam, non debent in creditorem de facto trãsferri, sed ordine iuris seruato. Alex.

X I I I I. Imp. GORDIANVS A. Cælio militi.

SI pacto quo pœnam aduersarium tuũ promisisse proponis si placito non stetisset, stipulatio

pulatio subiecta est: ex stipulatu agens, vel id quod in conuentionem deuenerat vt fiat, consequêris: vel pœnam stipulatione comprehensam more iudiciorum exiges. nam bona aduersarij tui in te transferri citra solennem ordinem frustra deprecaris. P P. *Kalend. April. Gordiano* A. II. *&* *Pompeiano Consf.*

Non valet pactum, per quod pater promittit in instrumento dotali, se filiam instituturum in æquali portione cum filio. Alex.

XV. Impp. VALENTINIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIANVS nobilis Cæs. Pactumeio.

P*Actum* [a] *quod dotali instrumento comprehensum est, vt si pater vita fungeretur, ex æqua portione ea quæ nubebat, cum fratre heres patri suo esset: neq; vllam obligationẽ contrahere, neque libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre.* P P. X. *Kal. Martij, Aemiliano & Basso Consf.*

[a] Iunge l. pactũ dotali. ℱ. de collatio. & l. vlt. ff. de suis & legi.

Fideicõmissum fratribus reciprocè iniunctum, potest pacto remitti.

XVI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Diaphanto. [a]

C*Vm proponas* [b] *filios testamento scriptos heredes rogatos esse, vt qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hereditatis restitueret: quoniam precariam substitutionem fratrum consensu remissam adseris, fideicommissi persecutio cessat.* P P. IIII. *Id. Feb. Maximo* II. *&* *Aquiliano Consf.*

[a] al. Diophanto.

[b] Iunge hãc legẽ cũ l. j. ℱ. e.

Pactum cum scriptura & sine scriptura, eiusdem est efficaciæ. Bald.

XVII. Iidem A A. Deximacho.[a]

[a] Deximero.

PActum quod bona fide[b] *interpositum docebitur: etsi scriptura non existente, tamen si aliis probationibus rei gestæ veritas comprobari potest, præses prouinciæ secundum ius custodiri efficiet.* P P. IX. *Kalend. Iul. hisdem Consſ. quibus supra.*

[b] id est nõ in fraudẽ iuris aut cuiusquã. Cont.

Ex receptione partis debiti soluti ab vno ex correis debendi, inducitur diuisio debiti. Alex.

XVIII. Iidem A A. Iulio[c] & Aemilio.

[c] Iuliano.

SI creditores vestros ex parte debiti admisisse quemquam vestrum pro sua persona soluentem probaueritis: aditus rector prouinciæ pro sua grauitate, ne alter pro altero exigatur, prouidebit. P P. VII. *Id. Ian. Diocletiano* III. *& Maximiano* A A. *Consſ.*

Pactum futuræ succeſſionis inter priuatos, non valet, etiam pro donatione causa mortis: sed inter milites. Alex.

XVIIII. Iidem A A. Victoriano militi.

LIcet inter priuatos huiusmodi scriptum, quo comprehenditur, vt is qui superuixerit, alterius rebus potiatur, ne donationis quidẽ mortis causa gestæ efficaciter speciem ostendat: tamen cum voluntas militum, quæ super vltimo vitæ spiritu, déque familiaris rei decreto, quoquo modo contemplatione mortis in

scrip

ſcripturam deducitur, vim poſtremi iudicij obtineat, proponáſque te ac fratrem tuum ad diſcrimen prælij pergentes, ob communem mortis fortunam inuicem eſſe pactos, vt ad eum qui ſuperſtes fuiſſet, res eius cui caſus finem vitæ attuliſſet, pertinerent: exiſtente conditione intelligitur ex fratris tui iudicio, (quod principalium conſtitutionum prompto fauore firmatur) etiam rerum eius compendium ad te delatum eſſe. P P. XV. *Kal. Decemb. Sirmij, ipſis* XV. *&* III. A A. *Conſſ.*

Dominium non acquiritur ſolo conſenſu vel contractu. Alex.

XX. Iidem A A. & C C. Martiali.

T*Raditionibus & vſucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur.* P P. *Kal. Ian. ipſis* V. *&* IIII. A A. CC. *Conſſ.*

Ex pacto diuiſionis non datur actio, ſed exceptio poſſidenti: quæ tollitur replicatione fidei non ſeruatæ. Salyc.

XXI. Iidem A A. & C C. Euſebio.

C*Vm proponas* [*] *inter vos ſine ſcriptura placuiſſe, fratrum tuorum ſucceſſiones æquis ex partibus diuidi, & trāſactionis cauſa probari poſſit hanc interceſſiſſe conuentionem, exceptione te tueri potes, ſi poſſides. Quòd ſi aduerſarius tuus teneat: ex hoc placito nullam actionem natam eſſe, ſi tibi ſtipulatione nō proſpexiſti, debes intelligere: nec aduerſario tuo trāſactione vti concedendū eſt, niſi ea quæ placita*

[*] Pertinet hęc lex ad Titu. ſeq.

placita sunt, adimplere paratus sit. P P. *Kalen. Maij, Fausto* I I. *& Gallo Conss.*

De debito liquido, per administratorem non potest fieri gratuita remissio. Salyc.

XXII. Iidem A A. & C C. Archelao.

P*Actum curatoris recipere minorē quantitatem paciscentis, adultæ ætatis suffragium ne noceat efficiet. tutores enim & curatores exigentes pupillis & adultis debitum, etiam non remittentes præstāt obligationis liberationem.* P P. XVIII. *Kal. Decemb. Sirmij, ipsis* VII. *&* VI. A A. *Conss.*

Filius non potest tollere actionem competentem patri, per pactum de non petendo, vel etiam debitum recipiendo.

XXIII. Iidem A A. & C C. Honorato.

F*Ilius paciscendo aut debitum accipiendo, nihil detrahit patris obligationi.* P P. XVII. *Kalend. Decemb. Sirmij, ipsis* VII. *&* VI. A A. *Conss.*

Pactum de non petendo factum aliquibus heredibus tantùm, non prodest aliis coheredibus. Alex.

XXIIII. Iidem A A. & C C. Dominæ.

S*I actionem legati vel fideicommissi quam aduersus heredes mariti quondam tui habuisti, te adfectione heredū aliis remisisse probetur: exceptionem pacti contra debitores instituenti, actiones nocere tibi minimè posse intelligis.* P P. XVII. *Kalendas Ianua. Sirmij* C C. III. *Conss.*

Debit

Debitores super iure creditorum pacisci non possunt.

XXV. Iidem AA. & CC. Euhemero.

Debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari potest. S. IIII. Kal. Maij, Sirmij, CC. III. Conss.

Creditor non tenetur seruare pacta heredum debitoris: sed ipsi heredes inter se seruare tenentur. Bald.

XXVI. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

Pacto successorum debitoris, ex lege duodecim tabularum æs alienum hereditarium pro portionibus quæsitis singulis ipso iure diuisum, in solidum vnum obligare creditori non potest: quod & in honorario succedentibus iure, locum habet. De chirographis itaque communibus exhibendis coheredem, [a] *vel non perfectis in diuisione placitis, conuenire quanti tua interest, potes.* PP. III. *Id. Octob.* ✱ *Variani* CC. *Conss.*

[a] Aliàs, cũ coherede.

Pactum coherens contractui stricti iuris, informat illum adeo, quòd ex eo sic informato datur actio ad id quod in pacto deuenit. Salyc.

XXVII. Iidem AA. & CC. Aurelio Chresimo.

Petens ex stipulatione quæ placiti seruãdi causa secuta est, seu antecessit pactum, seu post statim interpositum sit, recte secundum se ferri sententiam postulat. S. VI. Id. Nouemb. Heracleæ, CC. Conss.

Præstatio temporalis, non est modus obligationis validandæ.

XXVIII. Iidem AA. & cc. Leontio.

*SI certis annis, quod nudo pacto conuenerat, datũ fuerit: ad præstandũ in posterum indebitum solutum obligare non potuit eũ qui pactum fecit, nisi placitus stipulatio intercesserit. S. III. Non. Decem. * Burtodixi, ipsis* VIII. *&* VII. AA. *Conss.*

Priuilegio fori à lege vel à principe indulto potest renunciari. Bald.

XXIX. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni PP.

SI quis in [a] conscribendo instrumento sese confessus fuerit non vsurum fori præscriptione propter cingulũ militiæ suæ vel dignitatis, vel etiam sacerdotĳ prærogatiuam: licet antea dubitabatur si oporteret eandem scripturam tenere, & eum qui hoc pactus est, non debere aduersus suam conuentionem venire, vel licentiam ei præstare, discedere quidem ab scriptura, suo autem iure vti: sancimus nemini licere aduersus pacta sua venire, & contrahentes decipere. Si enim & ipso pretoris edicto pacta conuenta, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnimodo obseruanda sunt: quare & in hac causa pacta non valeant, cum alia sit regula iuris antiqui, omnes licentiam habere, his quæ pro se introducta sunt, renunciare? Omnes itaque iudices nostri hoc in litibus obseruent: & huiusmodi obseruatio & ad pedaneos iudices, & ad

[a] Iam semel posita fuit hæc cõstitutio s. de episcopa. audient. l. si quis in conscrib.

ad compromissarios, & arbitros electos perueniat: scituri, quòd si neglexerint, etiam litem suam facere intelligantur. Dat. Kal. Septemb. Constantinopo. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

Pactum quo disponitur de hereditate viuentis, non valet, nisi ille consenserit.

XXX. Idem A. Ioanni præfec. præt.

D*E quæstione tali à Cæsariensi aduocatione interrogati sumus: Duabus vel pluribus personis spes alienæ hereditatis fuerat ex cognatione forte ad eos deuoluendæ: pactáq; inter eos inita sunt pro aduentura hereditate, quibus specialiter declarabatur, si ille mortuus fuerit, & hereditas ad eos peruenerit, certos modos in eadē hereditate obseruari: vel si forte ad quosdā ex his hereditatis commodū peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur si huiusmodi pacta seruari oporteret. Faciebat autem eis quæstionem, quia adhuc superstite eo de cuius hereditate sperabatur, huiusmodi pactio processit: & quia non sunt ita confecta, quasi omnimodo hereditate ad eos peruentura, sed sub duabus conditionibus composita sunt:* Si ille mortuus fuerit. &, Si ad hereditatem vocentur hi qui huiusmodi pactionem fecerunt. *Sed nobis omnes huiusmodi pactiones odiosæ esse videntur, & plenæ tristissimi & periculosi euentus. Quare*

enim

enim quodam viuente & ignorante, de rebus eius quidam paciscentes conueniunt? Secundũ veteres itaq; regulas sancimus, omnimodo huiusmodi pacta quæ contra bonos mores inita sunt, repelli, & nihil ex his pactionibus obseruari: nisi ipse forte, de cuius hereditate pactum est, voluntatem suam eis accommodauerit, & in ea vsq; ad extremum vitæ suæ spaciũ perseuerauerit. tunc etenim sublata acerbißima spe licebit eis illo sciente & iubente huiusmodi pactiones seruare. quod etiam anterioribus legibus & constitutionibus non est incognitum, licet à nobis clarius est introductum. Iubemus etenim neque donationes talium rerum, neque hypothecas penitus esse admittendas, neque alium quenquam contractum: cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel pacisci secta temporum nostrorum non patiatur. Datum Kalendis Nouemb. Constantinopoli post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

DE TRANSACTIONIBVS.

TIT. IIII.

Transactio facta cum quibusdam ex administratoribus, non patrocinatur cæteris, cum quibus non est transactum.

1. Imp. ANTONINVS A. Celerio.

Neque

NEQVE pactio[a] neque transactio cum quibusdam ex curatoribus siue tutoribus facta, auxilio cæteris est in his quæ separatim communitérve gesserunt, vel gerere debuerunt. Cum igitur tres curatores habueris, & cum duobus ex his transegeris, tertium conuenire non prohiberis. Datum Kalend. Maij Gentiano & Basso Conss.

[a] Iunge l. si ex duob. ff de tutelis & rationib. distr.

Timor litis motæ vel mouendæ, etiam de facto & non de iure, est sufficiens causa propter quam possit fieri transactio valida.

II. Idem A. Luctatio.[a]

[a] al. Lutatiæ.

CVm te proponas cum sorore tua de hereditate transegisse, & ideo certam pecuniā ei te debere cauisse: etsi nulla fuisset quæstio hereditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia rectè cauta intelligitur: ex qua causa si fisco soluisses, repetere non posses: & si non soluisses, tamen iure conuenireris. PP. III. Id. August. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

Specialis transactio specialem operatur effectum. Barto.

III. Imp. ALEXAND. A. Tulliæ.[b]

[b] Fuluiæ.

AGe cum Geminiano, quòd pater eius curator tibi datus negotia tua gesserit: & si apud iudicem negabit se hac actione teneri, quoniam transactio & Aquiliana stipulatio interposita est: iudex cōtēplatione iudicij (quod

bonæ fidei est) quæret de quanta pecunia nominatim transactum sit: & si apparuerit de minore transactum, [a] *quantam pecuniã reliquam ex administratione curæ deberi probatum fuerit, soluere eum iubebit, quòd nõ in stipulationem Aquilianã obligationis iure tantum deductum est, quanta erat quantitas pecuniæ quæ debebatur. Dat. Prid. Id. August. Maximo* II. *& Aeliano Conss.*

[a] al. de minore trãsactũ esse quãtitate pecuniæ, quàm ex admini. &c.

Ad actionem ipso iure per transactionem & acceptilationem extinctam, non datur regressus. Saly.

IIII. Idem A. Numidio.

Actione administratæ curæ ab eo qui legitimæ ætatis annos compleuit, in Aquilianam stipulationem deducta, & per acceptilationem extincta, nullã aliam superesse nisi de dolo intra concessa tempora non ambigitur: nisi specialiter etiã de dolo transactum sit. PP. II. *Non. Martij Alexandro* A. II. *& Marcello Conss.*

Non est minor probatio per confessionem, quàm probatio per publicum instrumẽtum.

V. Idem A. Euocato.

Cum te trãsegisse cum herede quondã tutoris tui profitearis: si id post legitimam ætatẽ fecisti, frustra desideras vt à placitis recedatur. licet enim (vt proponis) nullũ instrumentum intercesserit: tamen si de fide contractus confessione tua constet: scriptura quæ proba-

bationẽ rei gestæ continere solet, necessaria non est. PP. *Ka. Mar. Albino & Aemiliano Coss.*

Querela inofficiosi sopita, non potest instaurari, etiam ob non obseruantiam promissorum. Sal.

VI. Idem A. Pomponiis.* *al. Pomponio.

CVm mota inofficiosi querela matrẽ vestrã cum diuersa parte trãsegisse ita, vt partẽ bonorum susciperet, & à lite discederet, proponatis: instaurari quidẽ semel omissam querelã per vos, qui matri heredes extitistis, iuris ratio non sinit. Verum si fides placitis præstita non est: in id quod interest, diuersam partẽ recte cõuenietis. Aut enim stipulatio cõuentioni subdita est, & ex stipulatu actio cõpetit: aut si omissa verborũ obligatio est, vtilis actio, quæ præscriptis verbis rem gestã demonstrat, dãda est. PP. VIII. *Id. Ian. Agricola & Clemẽte Coss.*

Procurator ad agendum, transigendo non præiudicat domino. Alex.

VII. Imp. GORD. A. Iunio militi.

TRansactionis placitum ab eo interpositum, cui causæ actionem, non decisionem litis mãdasti, nihil petitioni tuæ derogauit. PP. XIIII. *Kal. Ian. Gordiano A. & Auiola Coss.*

Super alimentis præteritis libere transigitur: super futuris vero, auctoritas prætoris requiritur. Bald.

VIII. Idem A. Licinio.

DE alimentis præteritis si quæstio deferatur, transigi potest: de futuris autem

sine prætore seu præside interposita transactio, nulla auctoritate iuris censetur. PP. X. *Kalen. Ian. Pio & Pontiano Conss.*

°ratione.

Transactio parit exceptionem, etiam contra realem actionem. Saly. & Alex.

IX. Idem A. Agrippino.

SI super possessione quæ tibi quæsita est, cum quæstionem patereris à fratre vxoris tuæ, pactum conuentum, & stipulatio inter vos (vt allegas) interposita est, vt si intra diem certum idē aduersarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessione ei cederes, vel si eā inferre quantitatem non curasset, vlterius quæstionem non patereris: & is qui ita spopondit, promisso satis non fecit: consequens est, te, ad quem res pertinet, vim ab eo pati non debere. Cuius rei gratia vir clarissimus præses prouinciæ interpellatus vim [fieri] probibebit: præcipue cum etiam si in rem diuersæ parti actio cōpeteret, huiusmodi pactione propter vtilem exceptionē posset submoueri. PP. VI. *Id. Aprilis Gordiano Aug. II. & Pompeiano Conss.*

°aliàs, de.

°sic in omnibus manusc. quos vidi. sunt qui legisse se dicant, actione. Cont.

Exceptio transactionis impedit processum, vt finis sit litium. Saly.

X. Imp. PHILIPPVS A. Apollophaniæ.

FRatris tui filiis de paterna successione ac statu etiam nunc cōtra fidem sanguinis, itémq; placitorum, quæstionem inferre parum probè postulas. nullus etenim erit litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis cœper

°al. tiam num.

perit facilè discedi. P P. *Prid. Kalend. Aprilis Peregrino & Aemiliano Conss.*

In reciproca remissione æqualis speciei, nullus intelligitur lædi, nec senex, nec iuuenis Bald.

XI. Impp. VALERIANVS, GALLIENVS AA. & VALERIANVS nobilis Cæsar Caiano militi.

D*E fideicommisso*[a] *à patre inter te & fratrem tuum vicissim dato, si alter vestrû sine liberis excesserit vita, interposita transactio rata est: cum fratrum concordia remoto captandæ mortis alterius voto improbabili, retinetur: & non potest eo casu rescindi tãquam circumuentus sis, cùm pacto tali consenseris, neque eam cui subueniri solet, ætatem agere te proponas: nec si ageres, iisdem illis de causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes.* P P. XV. *Kalen. Decemb. Valeriano & Gallieno* AA. *vtrisque ii. Conss.*

[a] Iunge. l. j ī. de pac.

[a] Administrator ciuitatis potest super re dubia transigere: non autem debitum liquidum remittere. Bal.

Ex Cod. Grego. ti. De pac. & trãsactio.

XII. Iidem AA. Primo.[a]

[a] Aurel. in C. Grego.

P*Ræses prouinciæ existimabit, vtrû de dubia lite trãsactio inter te & ciuitatis tuæ administratores facta sit: an ambitiosè, id quod indubitatè deberi posset,*[a] *remissum sit. nã priore casu ratam manere transactionem iubebit: posteriore verò casu nocere ciuitati gratiam*

[a] ex re iudicata sci licet. vt in C. Grego. Cont.

non sinet. PP. XVI. *Kalen. Mart. Aemiliano & Basso Conss.*

*al. posteriore noceri ciuitati gratia nō sinet.

XIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Probae.*

*al. Proclae.

*al. rescindenda.

INterpositus metus causa transactiones ratas non haberi, edicto perpetuo continetur. Nec tamen quilibet metus ad rescindendum* ea quae consensu terminata sunt, sufficit: sed talem metum probari oportet, qui salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat. Ad vim tamen vel dolum arguendū qualitas causae principalis nō sufficit. vnde si nihil tale probari potest, consensu quaestiones terminatas minime instaurari oportet. Sed quoniam eū cum quo te transegisse cōmemoras, ex ancilla [tua] natum,* seruum tuum esse adseueras: si vera sunt quae precibus complexus es, alia ratio pactum reformat. Nec enim dubij iuris est, dominos cum seruis suis paciscentes, ex placitis teneri atque obligari non posse. S. IIII. Nonas April. Byzantij, ipsis IIII. & III. AA. Conss.

*al. ex ancilla seruū natū adseueras.

Transactio dissoluitur consensu simul & actu contrario, & agitur causa ex integro. Saly.

XIIII. Iidem AA. Sopatrae.

SI diuersa pars contra placitum agere nititur: aequitatis ratio suadet, refusa pecunia (cū & tu hoc desideras)* causam ex integro agi. PP. IIII. No. Iul. ipsis IIII. & III. AA. Cōss.

*desideres

Trans

Transactio facta per Aquilianam stipulationem & acceptilationem, perimit omnem actum ipso iure. Bal.

XV. Iidem AA. Pontio.

VT responsum congruens accipere possis, insere pacti exemplum. ita enim intelligemus vtrum sola conuentio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio necnon & acceptilatio secuta fuerit: quæ si subdita esse illuxerit, nullam aduersariæ tuæ petitionem hereditatis, vel in rem specialem competere, palam[a] est. PP. XV. *Kalen. Augu ipsis* IIII. & III. AA. *Conss.*

[a] al. palam fiet.

Legitima transactio, rescripto principis non tollitur. Alex.

XVI. Iidem AA. & cc. Cæcilio.

CAusas vel lites transactionibus legitimis finitas, imperiali rescripto resuscitari non oportet. S. v. *Id. Mart. ipsis* V. & IIII. AA. *Conss.*

Ex transactione pœnali cum clausula, rato manente pacto, datur exceptio, & pœnæ exactio. Saly.

XVII. Iidem AA. & cc. Marcello.

CVm proponas, ab ea contra quam supplicas, litem quã tecum habuit, trãsactione decisam, eámque acceptis his quæ negotij dirimendi causa placuerat dari, nunc de conuentione resiluisse: ac petas vel pacto stari, vel data restitui: perspicis, si quidem de his reddendis manente transactionis placito, statim stipulatione, si contra fecerit, prospexisti, & vi-

gintiquinque annis maior fuerit: quòd exceptionem pacti, & actionem datorum habeas. Quòd si nihil tale conuenit: exceptio tibi, non etiam eorum quæ dedisti, repetitio competit, parta securitate. PP. V. *Id. Iun. ipsis* AA. V. & IIII. *Conss.*

In omni pœna sanguinis potest transigi vel pacisci, excepta pœna adulterij. Saly.

XVIII. Iidem AA & CC. Valenti.

Transigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est: in aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem. S. III. *Kalendas Septemb.* AA. *Conss.*

*Alciat. libr. 5. parad. c. 8. 9. 10. 11. & ad hanc constitutionem.

Noua repertio instrumenti non vitiat transactionem: sed dolus ipsum occultantis eam inualidat, si actio prima non erat ipso iure sublata: aliàs inducit actionem de dolo.

XIX. Iidem AA. & CC. Irenæo.

Sub prætextu instrumenti post reperti trãsactionem bona fide finitam rescindi iura non patiuntur. Sane si per se vel per aliũ subtractis instrumentis, quibus veritas argui potuit, decisionem litis extorsisse probetur: si quidem actio superest, replicationis auxilio doli mali, pacti exceptio remouetur. Si vero iam perempta est, intra constitutum tempus tãtùm actionem de dolo potes exercere. Datum IIII. *Kalend. Octob. Sirmij* AA. *Conss.*

Con

Contra transactionem non potest veniri, sicut nec contra rem iudicatam. Saly.

xx. Iidem AA. & cc. Antistiæ.

Non minorem auctoritatem transactionum, quàm rerum iudicatarum esse, recta ratione placuit. Siquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea quæ placuerant, custodiri. Nec enim ad rescindendum pactum sufficit, quòd hoc secunda hora noctis intercessisse proponas: cum nullum tempus sanæ mentis maioris vigintiquinque annis consensum repudiet. S. IIII. Kalen. Octob. ipsis AA. *Conss.*

Simulata emptio ex causa transactionis facta, fictum emptorem non obligat ad precium soluendum. Bal.

xxi. Iidem AA. & cc. Geminiano.

Cum ea quæ transactionis causa dari aut retineri conuenit, velut emptorem eum quem accipere placuerat, obtinere præscribitur: his quæ simulatè geruntur, pro infectis habitis, frustra ficti precij postulatur numeratio. S. v. Nonas Octob. ipsis AA. *Conss.*

Protestatio vel contestatio super dolo non facit dolum præsumi.

xxii. Iidem AA. & cc Alexandro.

Si maior transegisti, ad rescindendã transactionem de dolo contestatio non sufficit. S. Kalend. Decemb. ipsis AA. *Conss.*

Exceptio, non sum heres, opposita creditoribus hereditariis, est exceptio intentionis. Item cui denegatur defensio, multo magis denegatur actio. Bald.

XXIII. Iidem AA. & cc. Tatiano.

*al. Artemidori. *quidā al. legunt, tenere non poteſt. quod nuſquā legi, nec congruit ſententiæ huius cōſtitutionis. Contius.

NEc intentio creditorum Archimedori cui alios ſucceſſiſſe profiteris, ſi obligatus pro eo non fuiſti, tenere* te poteſt: ſed hoc integro negotio tractari cōuenerat. Nam cum iam quæſtionem tranſactione deciſam, & à te dari placitam, numeratam pecuniam proponas: huius indebiti ſoluti prætextu improbè tibi petitionem decerni poſtulas: cum etſi tantùm in ſtipulationem fuiſſet deducta, indebiti promiſſi velamento defendi non poſſes. Datum* VIII. *Idus Mart.* cc. *Conſſ.*

Solutio partis debiti ex cauſa tranſactionis, inducit liberationem à toto. Bald.

XXIIII. Iidem AA. & cc. Victorino.

SI quidem ex cauſa tranſactionis acceptis his quæ inſtrumento cōtinentur, nihil amplius peti conuenit: aduerſariam tuam exceptionis auxilio defendi perſpicis. Sin vero certam quantitatem quaſi ſolam ab ea debitam reddere ſe debere, ſine litis deciſione cōfeſſa eſt: tam eam, quàm reſiduam debiti partem petere minimè prohiberis. S. V. *Nonas Aprilis Sirmij,* cc. *Conſſ.*

Tranſactio non reſcinditur ob defectum cauſæ non expreſſæ. Bart.

XXV. Iidem AA. & cc. Marcellæ, & Quirillæ.

SI maiores vigintiquinque annis cū patruo ſiue auunculo veſtro tranſegiſtis, vel ei debita

bita donationis causa sine aliqua conditione remisistis: non idcirco quòd hoc eius hereditatis captandæ causa, id est spe futuræ successionis vos fecisse proponatis, aliis ei succedentibus instaurari finita debēt. S. II. Id. Apr. CC. Cōss.

Status liberorum ex contractu matris non læditur. Bald.

XXVI. Iidem AA. & cc. Dionysiadæ.* *Dionysiæ.

TRansactione matris, filios eius non posse seruos fieri, notissimi iuris est. S. Id. Apri. CC. *Conss.*

Valet transactio hominis ægri sicut sani: dummodo sit sanæ mentis. Bald.

XXVII. Iidem AA. & cc. Catoni.

SAnum mente, licet ægrum corpore, rectè transigere manifestū est: nec postulare debueras improbo desiderio placita rescindi valetudinis corporis aduersæ velamento. S. VII. *Idus Maij* CC. *Conss.*

Ex solo transactionis pacto non datur actio: nec primitiua tollitur: quasi agatur, contra excipientem replicatio datur. Salycet.

XXVIII. Iidem AA. & cc. Sapparitæ.* *al. Apharitæ.

SIue apud acta rectoris prouinciæ, siue sine actis, scriptura intercedente vel nō, transactio interposita est: hanc seruari conuenit. Sed quoniam vt certum quid accipias, conuenisse te, licet sine scriptura, proponis, nec huius rei causa stipulationem secutā esse: quamuis ex pacto non potuit nasci actio: tamen rerum vindicatione pendente, si exceptio

pacti opposita fuerit, doli mali vel in factum replicatione vsa poteris ad obsequium placitorum aduersarium tuum vrgere. Dat. III. *Non. Iul.* CC. *Conss.*

Transactio generalis, generalem parit exceptionem in eo quod tunc poterat sub actione proposita includi. Alex.

XXIX. Iidem AA. & cc. Martiæ.

SVb prætextu specierum post repertarum, generali transactione finita rescindi prohibent iura. Error autem circa proprietatem rei apud alium extra personas transigentium tempore transactionis constitutæ, nihil potest nocere. S. IIII. *Kal. Octob.* CC. *Conss.*

Allegans ad rescindendam transactionem proprium dolum, repellitur: & crimen fateri videtur. Alex.

XXX. Iidem AA. & cc. Antonino.

TRansactione finita, cum ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quàm eorum contra quos preces fundis, cōfitearis: instaurari, graue, necnon criminosum tibi est. S. V. *Idus Octob.* * *Crebro,* CC. *Conss.*

Clausula generalis refertur ad specificata.

XXXI. Iidem AA. & cc. Proculo.

SI de certa re pacto transactionis interposito hoc comprehensum erat, nihil amplius peti: etsi non additum fuerat, eo nomine: de cæteris tamen quæstionibus integra permaneat actio. PP. IIII. *Idus Octobris Byzantij,* CC. *Conss.*

Post

Post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, non potest transigi: actio tamen ex ea potest nouari, & acceptilatione perimi. Salyc.

XXXII. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

SI causa cognita, prolata sentẽtia sicut iure traditum est, appellationis vel in integrum restitutionis solennitate suspensa non est, super iudicato frustra transigi, non est opinionis incertæ. Proinde si non Aquiliana stipulatione & acceptilatione subsecuta competentem tibi actionem peremisti: præses prouinciæ vsitato more legum rebus pridem iudicatis effectum adhibere curabit. S. VIII. Kalend. Nouemb. CC. *Conss.*

Ratione euictionis non rescinditur trãsactio, sed agitur præscriptis verbis in eo quod conuenit dari, non in eo quod conuenit retineri. Alex.

XXXIII. Iidem AA. & CC. Euchrusio.*

*Euclíruphio.

SI pro fundo quem petebas, prædium certis finibus liberum dari transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis vigintiquinque fuisti: licet hoc prædium obligatum post, vel alienum pro parte fuerit probatum: instaurari decisam litem prohibent iura. Ex stipulatione sanè, si placita seruari secuta est: vel si non intercesserit, præscriptis verbis actione ciuili subdita, apud rectorem prouinciæ agere potes. Si tamen res ipsas apud te cõstitutas, ob quarum quæstionem litis intercessit decisio, fiscus

fiscus vel alius à te vindicauit, nihil petere potes. S. v. Id. Nouemb. Melantiadæ, CC. *Conss.*

Licet pollicitatio de instituendo transigentē heredem, non impleatur ab eo cui transigitur vel donatur, transactio tamen vel donatio non rescinditur. Bald.

XXXIIII. Iidem AA. & CC. Cyrillo & Ptolomaidi.

*In vetustis exēp. hæc lex, cū donationis, præcedit. legem, si pro fundo.

*CVm *donationis seu transactionis causa administratæ tutelæ debiti scientes vos obligationem fratri vestro remisisse proponatis, nec vnquam volentibus dolus inferatur: frustra de dolo queremini: nec ad implendum promissum hereditatis propriæ pollicitatione quisquam adstringitur.* PP. VI. *Idus Nouembris* CC. *Conss.*

Præsentia amicorum inducit præsumptionem quòd non interuenit metus. Bal.

XXXV. Iidem AA. & CC. Hammoni.

*aliàs, parta. aliàs, parata.

*TRansactionem quæ dominij trāslatione, vel actione peracta *seu perempta finem accepit: cum ea amicis etiam interuenientibus reuera ostenditur processisse, metus velamento rescindi postulantis professio detegit improbitatem. S.* IX. *Kalend. Decemb. Nicomediæ* CC. *Conss.*

Licet reo sit præfixus terminus in transactione, tamen nihilo minus poterit offerre post terminum. Bald.

XXXVI. Iidem AA. & CC. Achillæ.

Si

*SI maior annis vigintiquinque transegisti: quamuis dari tibi placita repræsentata necdum probentur, nec offerant hi qui conueniuntur: ne quid amplius ab his exigi posit, exceptionis proficit æquitas.S.*VI.*Id. Decemb.* CC. *Conss.*

Si non impleantur promissa in transactione, pœna cum effectu exigitur. Salyc.

XXXVII. Iidem AA. & CC. Basilissæ.

*PRomissis transactionis causa non impletis, pœnam in stipulationem deductam, si cõtra factum fuerit, exigi posse constat.S.*XII.*Kalend. Ianua. Nicomediæ* CC.*Conss.*

Transactio est contractus reciprocus, in quo debet aliquid interuenire hincinde. Bald.

XXXVIII. Iidem AA. & CC. Theodotioni.*

*TRansactio nullo dato vel retẽto seu promisso minimè procedit.S.*VIII.*Kalen. Ianua. Nicomediæ* CC. *Conss.*

*al. Theodociano.

In contractu transactionis non habet locum pœnitentia. Alex.

XXXIX. Iidem AA. & CC. Martianæ.

QVamuis eum qui pactus est, statim pœniteat, transactio tamẽ rescindi, & lis instaurari non potest: & qui tibi suasit intra certum tempus licere à transactione recedere, *falsum adseuerauit.S.Kalen.Ian. Sirmij,* CC. *Conss.*

* al. recedi.

XL. Imppp. GRATIA. VALENTI. & THEOD. AAA. Eutropio PP.

Vbi

VBi pactum vel transactio scripta est, atque Aquilianæ stipulationis & acceptilationis vinculis firmitas iuris innexa est: aut subsecutis secundum leges accommodãdus est consensus, aut pœna vna cum his quæ data probantur, ante cognitionem causæ, (si aduersarius hoc maluerit) inferenda est. Dat. III. No. Iun. Constantin. Eucherio & Syagrio Cõss.

Veniens contra transactionem iuratam infamis est, ab actione cadit, pœnam soluit, & data restituit. Alex.

XLI. Impp. ARCAD. & HONORIVS AA. Rufino præfecto prætorio.

c. T. 2. 9. 1.

SI quis maior annis [vigintiquinque] aduersus pacta vel transactiones nullo cogente imperio, sed libero arbitrio & voluntate cõfectas putauerit esse veniendum, vel interpellando iudicem, vel supplicando principibus, vel non implendo promissa, eas autem inuocato dei omnipotentis nomine, eo auctore solidauerit: non solum notetur infamia, verumetiam actione priuatus, restituta pœna quæ pactis probatur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento quod ex pactione vel transactione illa fuerit consecutus. itaque omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui intemerata pacti iura seruauerint. Eos etiam huius legis vel iactura dignos esse iubemus, vel munere, qui nomina nostra placitis inserentes, salutem*

* al. inuratur.

ſalutem principum confirmationem initarum iurauerint eſſe pactionum. Dat. v. Id. Octob. Conſtantinop. Olybrio & Probino Conſſ.

Eatenus reſcinditur tranſactio iurata, quatenus eſt facta prætextu falſorum inſtrumentorum. Alex.

XLII. Impp. LEO & ANTHE. AA. Acrochirio[a] P. P.

[a] al. Erythrino.

SI ex falſis inſtrumentis tranſactiones vel pactiones initæ fuerint: quamuis iuſiurandum de his interpoſitum ſit, etiã ciuiliter falſo reuelato eas retractari præcipimus: ita demum, vt ſi de pluribus cauſis vel capitulis eædẽ pactiones ſeu trãſactiones initæ fuerint, illa tantummodo cauſa vel pars retractetur, quæ ex falſo inſtrumento compoſita cõuicta fuerit: aliis capitulis firmis manentibus: niſi forte etiam de eo quod falſum dicitur, cõtrouerſia orta deciſa ſopiatur. Dat. Kal. Iul. Cõſtantinop. Martiano & Zenone Conſſ.

1 Quæſtio mota ſuper conditione ſeruili vel adſcriptitia, poteſt tranſactione decidi.

XLIII. Imp. ANASTASIVS A. Thomæ PF. P. per Illyricum.

IVbemus in omnibus litigiis iam motis & pendentibus ſeu poſtea ſuper ſeruili vel adſcriptitia conditione mouendis, tranſactiones celebrandas vel iam celebratas (ſi non alio iuri cognito modo eas vacillare contigerit) vires ſuas obtinere, nec ob hoc videri tenorem earum

titubare, quòd pro conditione seruili vel adscriptitia cōfectæ sunt. Dat. XV. Kal. Decemb. Patricio & Hypatio Conss.

DE ERRORE CALCVLI.

TITVLVS V.

Error calculi non nocet, etiam si sæpe sit erratum, & etiam si stipulatio interuenit, nisi sit iudicatū vel transactū. Bal.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Aureliano[a] Quarto.

[a] Aurelio.

ERROREM *calculi, siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit, veritati non afferre præiudiciū sæpe constitutum est: vnde rationes etiam sæpe computatas denuo tractari*[b] *posse, si res iudicatæ non sunt, vel transactio non interuenit, explorati iuris est. Sed & si per errorem calculi velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit. Dat. VI. Kal. Mart.* AA. *Conss.*

[b] retractari.

DE POSTVLANDO.

TIT. VI.

Sententia quæ definitum tempus non continet, perpetuum habet effectum. Sal.

1. Imp. ANTONINVS A. Artemidoro.

Cum

CVM à præfecto Aegypti perpetuò causas agere probibitus non appellaueris, placitis obtempera. PP. III. Kalend. Augu. Sabino II. & Anulino Conss.

Etiam libertini possunt aduocare, si sunt literis eruditi. Bald.

II. Imp. ALEXANDER A. Polydoro.

NEc cæterorũ liberti, nedum mei quidẽ, si ita sunt literis eruditi, vt patrocinia desiderantibus præstare poßint : prohibentur id facere. PP. Non. Mar. Iuliano II. & Crispino Conss.

Confeßio vel cautio facta sub spe futuræ causæ, æquiparatur confeßioni factę spe futuræ numerationis. Bald.

III. Imp. GORDIANVS A. Flauiano.

SI sub specie honorarij quod aduocato vsque ad certum modum deberi potuisset, eam quantitatem quam desiderio tuo complecteris, te daturum cauisti, & quasi mutuam pecuniam accepisses, eam te redditurum promisisti, nec temporis spatio gesto negotio cõsensum ac fidem accommodasti, competenti exceptione non numeratæ pecuniæ tutus es : & ex hac causa cautionem interpositam vsitato more potes condicere. PP. V. Id. Iun. Sabino II. & Venusto Conss.

Absentia aduocati, non vitiat sententiam.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Theodotioni.*

*Theodotiano.

Velamēto absentiæ patroni causæ, rursus ad finitas quæstiones redire quis frustra conatur. S. IIII. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Cōss.

Aduocatus qui de quota litis paciscitur, debet officio aduocationis priuari, seu priuatus declarari. Bal.

C. Th. 2. 10. 1.

V. Imp. CONSTAN. A. Helladio.

Si qui aduocatorum existimationi suæ immensa atque illicita compendia prætulisse sub nomine honorariorū ex ipsis negotiis quæ tuenda susceperint, emolumēta sibi certæ partis cum graui damno litigatoris & deprædatione poscentes fuerint inuenti: placuit, vt omnes qui in huiuscemodi sæuitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur. Dat. III. Kal. April. Paulino & Iuliano Conss.*

*tertiæ.

Non debet esse idem aduocatus & iudex eiusdem causæ, nec debet in contumeliam prorumpere nisi expediat. Bal.

VI. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Olybrium præfect. vrb.

Co. Th. 2. 10. 2.

Quisquis vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit aduocatus & iudex: quoniam aliquem inter arbitros & patronos oportet esse delectum. Ante omnia autem vniuersi aduocati ita præbeant patrocinia iurgantibus, vt non vltra quàm litium poscit

vtilitas

vtilitas, in licentiam conuiciandi, & maledicendi temeritatem prorumpãt. Agant quod causa desiderat, temperẽt se ab iniuria. Nam si quis adeo procax fuerit, vt non ratione, sed probris putet esset certandum, opinionis suæ imminutionem patietur. Nec enim conniuentia commodanda est, vt quisquam negotio derelicto, in aduersarij [sui] contumeliã aut palam pergat, aut subdolé. Præterea nullũ cum eo litigatore contractum quem in propriam recepit fidem, ineat aduocatus: nullam conferat pactionem. Nemo ex his quos licebit accipere, vel decebit, aspernanter habeat quod sibi semel officij gratia libero arbitrio obtulerit litigator. Nemo ex industria protrahat iurgiũ. Apud vrbem autem Romanam etiam honoratus qui hoc officium putauerint eligendum, eousque liceat orare, quousque maluerint, videlicet vt non ad turpe compendium stipémque deformem hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quærantur. Nam si lucro pecuniáque capiantur: veluti abiecti atque degeneres inter vilißimos numerabuntur. Quisquis igitur ex his quos agere permisimus, vult esse causidicus: eam solam quam sumet tempore agendi, sibi sciat esse personam, quousque causidicus est. Nec putet quisquam honori suo aliquid esse detractum, cùm ipse neceßitatem elegerit standi, & contem-

pserit ius sedendi. PP. X. *Kal. Septemb. Valentiniano & Valente* AA. *Conss.*

In aduocatis concedendis debet seruari æquitas.

VII. Iidem, & GRATIANVS AAA. ad Olybrium præfectum vrbi.

PRouidēdum est, ne hi quos in foro, aut meritum nobilissimos fecerit, aut vetustas, in vna parte consistant: aliam à rudibus atque tyronibus necesse sit sustineri. atque ideo si in vno auditorio duo tātum præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior: in iudicantis officio sit, vt par causidicorum distributio fiat, & exæquetur partibus auxiliū singulorum, & æqua diuisio procedat. Si quis verò monitus à iudice, ea excusatione quæ nequeat comprobari, cuicunque parti patrociniū denegauerit, careat foro: sciat etiam nūquam sibi ad agendum copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum plurimis, & aduersario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam: ostendet proculdubio iniquam à se litem foueri, & auctoritatem iudiciariam à se delusam experietur. Dat. Kal. Mart. Treueris, Valentiniano & Valente AA. *vtrisq; III. Cōss.*

Nullus potest esse aduocatus, qui non sit Christianus. Salyc.

VIII.

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS A A. Nicostrato præf præt.

Nemo [a] *vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quenquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum, vel attentatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat. idem verò quicunque ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per surreptionem arripere, & probibitum patrocinium præstiterit: ab aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis atque perpetui exilij specialiter sustinebit: sciturus etiam prouinciarum rectoribus, quòd is sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attētatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionē, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit. Dat. Prid. Kalend. April. Constantinop. Anthemio* A. II. *Cos.*

[a] Hæc lex totidem verbis s. recitata est in tit. de episco. audien. l. nemo.

DE ADVOCATIS DIVERSORVM IVDICIORVM.

TIT. VII.

Præuaricatio aduocati probata, facit aduocatum puniri, & iterum de causa quæri. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Doloni.

SI patronum causæ præuaricatum putas, & impleueris accusationem: non deerit aduersus eum pro temeritate commissi sententia: atque ita de principali causa denuo quæretur. Quòd si non docueris præuaricatum: & calumnia notaberis, & rebus iudicatis à quibus non est prouocatum, stabitur. P P. III. *Kalen. Octob. Antonino* A. IIII. *& Albino Conss.*

Aduocatus qui in terra sua ad magistratum assumitur, extra eam non potest vagari. Bald.

II. Imppp. VALENS, GRATIANVS & VALENTIN. A A A. ad Antonium præfectum præt.

QVi necessariò patriæ suæ debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos nolumus euagari: permittentes vt in negotiis, causidicorum fungantur officiis, & in ciuitatibus propriis subeant munera curialiũ: ita tamen, vt non cõtra rempublicam ciuitatis in qua honorem hunc consecuti sunt, eis[a] adesse permittatur. Dat. XV. *Kal. Septem. Rauennæ, Valente* VI. *& Valentiniano* II. AA. *Conss.*

[a] aliàs, deest, eis.

Aduocati non possunt esse collectores collectarum, neque volentes, neque nolentes. Bart.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Africanum præf. præt.[b]

[b] al. p. v.

NE[a] *quis ex corpore togatorum, minimè curialibus nexibus illigatus, prouinciales suscipiat functiones: scilicet vt ambientibus claudatur ingressus, & inuitis necessitas auferatur. Dat.* III. *Non. Aug. Constantinop. Arcadio* IIII. *& Honorio* III. AA. *Conss.*

[a] c. Th. 2. 10. 3.

Quod aduocati quærunt ex aduocatione, vel eius occasione, quasi castrense peculium reputatur. Bald.

IIII. Impp. HONORIVS & THEOD. A A. Eustathio præfect. prætr.

FOri tui culminis & vniuersorum iudiciorum aduocati, quicquid ex huiusmodi professione, vel ipsius occasione quæsierint, id etiam post patris obitum, præcipuũ, veluti peculium castrense, ad exemplum militum, proprio dominio valeant vindicare. *Dat.* X. *Kal. April. Constantinop.* D. N N. *Honorio* XIII. *& Theodosio* X. A A. *Conss.*

Priuilegia quibusdam concessa, possunt ad alios per principem siue superiorem generalibus verbis transferri. Bald.

V. Impp. THEOD. & VALENTINIAN. A A. Cyro præf. vr.[b]

[b] P P.

QVicquid animi largitate, & munificentia principali præstitimus togatis per Orientem eminentissimæ præfecturæ reuerentia studiorum: id sibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant patroni causarum illustris vrbicariæ præfecturæ. *Dat.* VII. *Kalen. Ia-*

nuarij Constantinop. Theodosio XII. *& Valentiniano* II. A A. *Conss.*

Aduocatis nullum munus personale debet iniungi, nisi necessitas consulendi, arbitrandi, & iudicandi. Bald.

VI. Iidem A A. ad Florentium præfectum præt.

Sancimus, vt aduocatis qui apud tuam magnificentiam causas acturi sunt, à nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima præfectura solicitudo vlla penitus iniungatur: sed nec aduocatis prouinciarum vel spectabilium iudicum quisquam existimet aliquid iniungendum. Nulla igitur togatis inspectio, nulla peræquatio ingeratur, nulla operis instructio,[a] *nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur, nullum deniq; aliud eis mandetur, præter arbitrium in eodem duntaxat loco vbi aduocationis exercent officium: quinquaginta librarum auri pœna officio feriendo, si legis istius regulas temerare tentauerit.* Dat. VIII. Kalen. Mart. Constantinop. *Theodosio* A. XVII. *& Festo Conss.*

[a] constructio.

VII. Iidem A A. Thalassio præfec. præt. per Illyricum.

Isdem priuilegiis, iisdémq; immunitatibus potiri togam illustrissimæ per Illyricū præfecturæ, quibus fruitur toga per Orientē prætorianæ sedis excelsæ, decernimus. D. VII. Id. Sept. *Constantinop. Theod.* A. XVII. *& Festo Conss.*

Officium aduocati fisci liberat conditione curiali. Bald.

VIII. Iidem AA. Cyro præfecto prætorio consuli designato.

Cum aduocatio prætoriana centum quinquaginta numero togatis minimè vel minuendo vel augendo concludatur, iubemus eos qui ex his ad fisci patronatū peruenerint, à cohortis vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocunque genitis liberos custodiri: pôstque tale officium depositum, annúmq; completum, aduocatorum consortio abscedere cum com tiua consistoriana: omnéq; quod togatis fori celsitudinis tuæ quolibet casu, quolibet acquiritur titulo, quasi castrense sibimet vindicare: nec patribus, nec auis paternis earū rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus: his omnibus etiā ad vrbicariæ præfecturæ aduocationem trahendis. Dat. III. Kal. Ianuarij, Valentiniano A. VI. & Anatolio Conss.

Si aduocatus ad vnum officium assumitur, eo finito potest ad aduocationis officium remeare. Bald.

IX. Iidem AA. Apollonio præfecto prætorio.

Si quis de togatis fori celsitudinis tuæ, vel Illyricanæ seu vrbicariæ præfecturæ, siue de his qui in prouincialibus iudiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuæ sedis

regenda

regendæ prouinciæ munus potestatémq; susceperit: post peractam integrè ac sine vlla opinionis labe administrationem, & ad illud officiū vnde abstractus est, & vnde sibi vitæ subsidia comparabat, remeandi habeat facultatem: nec causas orare denuo quadam prohibeatur inuidia. Dat. XII. Kalend. Septemb. Constantinop. Eudoxio & Dioscoro Conss.

Quando in officio cui vnus consueuit præesse plures eliguntur, quilibet illorum illis priuilegiis vtitur, quibus ille solus vtebatur. Bald.

X. Impp. VALENTINIAN. & MARTIANUS A. Palladio præfec. præt.

BInos qui priores in tui culminis sede inueniuntur ad patronatum fisci singulis quibusque annis accedere, paribus dignitatis & priuilegiorum insignibus ambiendos esse præcipimus, quibus ante hac vtebatur is qui solus fisci creabatur patronus. Dat. XIIII. Kalen. Iul. Constantinop. Herculano & Asporatio Conss.

Sub colore assidendi, prohibitus in consilium non debet assumi.

XI. Imp. LEO A. Viuiano præfect. præt.

NEmini licere sancimus aliquem sub adsidendi colore statutis centumquinquaginta aduocatis, quos sibi eminentissima præfectura in cōsiliū assumpserit, aggregare. Non aliter verò consortio aduocatorū tuæ sedis aliquis

quis societur, nisi prius in examine viri clarissimi rectoris prouinciæ ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus gesta confiãt, quibus aperte pateat cohortali vitæ [a] *ac fortunæ eundem minime subiacere. [Atq; hæc fieri volumus] si præsens vir clarißimus rector prouinciæ fuerit in eius examine: si vero absuerit, apud defensorem sui oppidi gesta confiant. Iurisperitos etiam eorum doctores iubemus iuratos sub gestorũ testificatione depromere, esse eum qui posthac subrogari voluerit, peritia iuris instructum. Filios autem togatorum excellentiæ tuæ, qui vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitauerint, cæteris supernumerariis anteferri. Illud insuper decernimus, vt etiã his qui vltra centumquinquaginta aduocatos eminentißimæ tuæ sedis reperiuntur, liceat & apud virum spectabilẽ proconsulem, vel præfectum augustalem, vel comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles vicarios, & apud rectores prouinciarum negotia perorare. Dat. kal. Febr. Constantp. Magno & Apollonio Conss.*

[a] aliàs, statui.

Officium aduocati fisci olim durabat anno: nunc durat biennio. Bald.

XII. Idem A. Eusebio præfec. præt. Illyrici.

S*ancimus patronum fisci iudicio celsitudinis tuæ non iam quotannis, sed biennio pro vetere cõsuetudine finem officij sui sortiri: saluis*

saluis eidem consortio priuilegiis omnibus quæ à retro principibus meruit, manentibus. Dat. X. Kalen. Mar. Constantinopoli, Basilio & Viuiano Conss.

Nomina eorum qui sunt de collegio, debent scribi in matr cula: & debet scribi tempus in quo recipiuntur in ipsa matricula, quæ probat eos esse de collegio. Bald.

XIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Alexandro duci Aegyptiaci limitis, & præfecto Augustali.

PEtitionem virorum disertißimorũ aduocatorum Alexandrinæ splẽdidißimæ ciuitatis, quam de fori sui matricula & fisci patrono obtulerunt, meritò admittentes, hac sanctione decernimus quinquaginta statutos haberi: eorúmque nomina pro tempore matriculæ conficiendæ inscribi: & eos aduocationis officium in iudicio tam viri spectabilis præfecti augustalis, quàm viri spectabilis ducis Aegyptiaci limitis petentibus adhibere: cæteros vero vltra memoratum numerum constitutos, apud alios iudices eiusdem Alexandrinæ ciuitatis perorare: filiis scilicet statutorum in loco deficientium supernumerariis anteponendis. Egredientem autem post biennium fisci patronum, contemplatione laborum, exconsularis moderatoris prouinciæ dignitate decorari: licentia facultatéque ei non deneganda, cum vsus exegerit,

egerit, tam pro se quàm pro filiis, parẽtibus & vxoribus, necnon etiam personis ex trãsuerso latere vsque ad quartum gradum constitutis, patrocinium suum adhibere. Quando autem fisci patronum mori contigerit, gradu eum sequentem sine vlla dilatione in locum eius subrogari: heredibus defuncti nihil exinde sibi commodi acquiri posse speraturis: cunctis priuilegiis quæ hactenus habuisse noscuntur, necnon his quæ suggestio tuæ magnitudinis continet, etiam in posterum, intactis inuiolatísq; seruandis: quatenus huiusmodi delato eis liberalitate nostræ serenitatis honore, poßint in otio & tranquillitate reliquum vitæ suæ tempus peragere, nulla eis inuitis ingerenda solicitudine.

Aduocati militibus æquiparantur: quia per eos tanquam per milites vita & patrimonia hominum defenduntur. Bald.

XIIII. Iidem AA. Callicrati præfecto prætorio Illyrici.

ADuocati, qui dirimunt ambigua fata causarum, suæq; defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant: non minus prouident humano generi, quàm si prælijs atq; vulneribus patriam parentésq; saluarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos. militant nanque causarum patroni,

qui

qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt. Dat. v. *Kalend. April. Constantinop. Zenone & Martiano Conss.*

Aduocatus transmittit ad heredem salarium totius anni in quo moritur. Salyc.

XV. Imp. LEO A. Dioscoro præfecto prætorio.

P*Ost duos fisci patronos, qui ex anterioribus constitutionibus iisdem beneficiis muniũtur, sexagintaquatuor togatos, qui in præsenti sunt, à primo vsq; ad sexagesimumquartum imperialibus beneficiis perfrui censemus, quibus fisci patroni liberíque eorum honorati sunt. His quoque illud adiiciendum esse statuimus, vt si quis patroni* [a] *fisci adeptus gradum, fatalem diem obierit, vniuersa totius anni solatia ex quo hoc idem officium peragere cœperit, ad heredes seu successores suos, siue liberi, siue extranei fuerint, transmittendi tam ex testamento quàm ab intestato liberam habeat facultatem.* Dat. XVII. *Kal. Iun. Constantinop. Festo & Martiano Conss.*

[a] Aliàs patronatus.

XVI. LEO iunior & ZENO AA. Iustiniano [b] præfecto vrbi.

[b] al. Iustiniano prętori P. V.

A*D similitudinem sexagintaquatuor aduocatorum fori amplißimæ prætorianæ præfecturæ, quindecim tãtum ex foro tuæ magnitudinis, qui in præsenti gradus primos obtinent, post fisci videlicet patronum, eisdem priuileg*

uilegiis nostræ mansuetudinis beneficio perfruantur, quibus fisci patroni liberique eorum muniuntur. Dat. XVII. Kalen. Aprilis Constantinop. Leone iuniore A. Cos.

XVII. Imp. ZENO A. Paulo præfect. prætorio per Illyricum.

IVbemus aduocationem fori tui culminis centumquintaginta "(sicut antea constitutum fuerat) aduocatis" cōcludi: eundémq; numerum quoties vel professionis fine, vel morte, vel quocunque fuerit casu imminutus, electione magnificæ tuæ sedis impleri: ita vt in præsenti quidem & hinc vsque ad biennium ad impletionem" suprà definiti numeri subrogandi, sine vlla cohortalis aut cuiuslibet deterioris conditionis quæstione succedant: salua videlicet aduersus eos apparitoribus siqua competit actione: quam certum est, postquam fisci patronatū officio impleto exegerint, euanescere. post lapsum vero biennium" foro tuæ magnificæ potestatis inseri postulantes, non aliter nisi sub gestorum cōfectione minime eos cohortali cōditioni subiacere patefactum fuerit, admittantur. Cuncta sane priuilegia quæ magnificæ per Orientem præfecturæ aduocatis ex diuinis retro principum seu inclytæ recordationis Leonis, vel nostris sanctionibus indulta sunt, tuæ quoque gloriosissimæ sedis causidicis absque vlla discretione competere, per hanc in æternum valitu-

"aliàs, in quinquaginta.
"aduocatos.

"al. ad pleniorē supra definitum numerū surrog. &c.

" videtur legēdum trienniū, ex l. per hāc. j. tit. proximo.

ram legem sancimus. Dat. VI. *Kalen. Januar. Constantinop. Decio & Longino Conss.*

Not. hic esse græca cõst. & deesse, ea forte fuit Zenonis, Nequis in propria patria esset aduocatus &c post legem etiã 7. de aduo. di. Iudicum notatur deesse alia Græca constitutio. sed illi duo tituli nec à Græcis in duos diuidũtur, nec in antiquis exemplaribus latinis. ideo nec distinguendos puto, quicquid Azo & Accursius in contrarium sentiant.

DE ADVOCATIS DIVERSORVM IVDICVM.

TIT. VIII.

Aduocati comitis rerum priuatarum, principis & proconsulis Asiæ, post depositum officium clarissimi efficiuntur. Saly.

1. Imp. ANASTASIVS A. Eusebio magistro officiorum.

SVGGESTIONEM *viri illustris comitis rerum priuatarum, & proconsulis Asiæ duximus admittendam: per quam nostræ serenitatis auribus intimauit, fori sui aduocatos communi petitione magnopere postulasse, vt postquam aduocationis deposuerint officium, dignitate quadã nostra liberalitate potiantur. Iubemus itaq; post depositum (vt dictum est) præfatum officium, vnumquemque eorum qui in præsenti sunt vel postea*

postea matriculis eorum pro tempore fuerint inserti, clarißimi primi ordinis comitis perfrui dignitate: quatenus & tempore quietis fructũ præteritorum laborum consequantur: próque fide atque industria erga clientes suos comprobata[à] priuatæ conditionis hominum multitudine segregati, clarißimis meritò connumerentur. Dat. II. Kalend. Ianuar. Constantino. Anastasio A. II. Conss.

Auocati præfecti prætorio in aduocatos fisci assumpti, cohortali conditione liberantur, tam ipsi quàm eorum liberi, & eorum patrimonium. Saly.

II. Idem A. Thomæ præfecto præt. per Illyricum.

ADuocatos amplißimæ tuæ sedis, qui pro tempore ad fisci patroni gradum & officium prouehuntur, vnà cum liberis iam natis, vel postea procreandis, ab omni cohortalis seu cuiuslibet deterioris conditionis vinculo immunes ac liberos cum patrimonio suo conseruari decernimus, cum constet hoc iampridẽ tam aduocatis amplißimæ prætorianæ per Orientem, quàm magnificæ vrbicariæ præfecturæ sacris constitutionibus esse indultum: & non dubium sit non tantùm eas, sed etiã sublimißimæ tuæ sedis germanas esse potestates. Dat. XII. Kalend. Decemb. Patricio & Hypatio Conss.

III. Idem A. Constantino P. P.

IVbemus pro tempore primatem aduocatorum fori viri illustris comitis Orientis, per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi: hoc quoque transacto professionem aduocationis deponere: consortio videlicet eorundem aduocatorum ad quadraginta tantùm viros redigẽdo, ita vt si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de aduocationis officio minime reiiciantur: nemine alio eis adiiciendo: ne quadraginta virorum numerum, aduocatorum consortium excedere contingat. Ad hæc eos qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro se, quàm pro iugali sua, & socero & socru, necnon genero & nuru, liberísque propriis, colonis & seruis ad se pertinentibus, aduocationis fungi officio: nec ædiculas eorũ metatorum onere molestari, si tamen in vna tantummodo suáque domo singuli talem prærogatiuam sibi vindicare maluerint. Pro sportulis præterea modum quem notitia nobis porrecta declarat, tam pro his, quàm pro colonis, & eorum seruis custodiri: nemin íque præberi licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. Nec decætero quenquam antè quàm per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto

con

consortio sociari. Et filios aduocatorũ, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorũ qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. Vt autem his qui fisci patroni officiũ adepti sunt, vel fuerint, non tãtùm superstitibus, sed etiam morte præuentis prospiciatur: tam ad heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia eius trãsire, hisque seruari: quàm ipsos qui fisci patronatum iam deposuerũt, vel postea deposuerint, minime cuiuslibet actus publici solicitudinem nolẽtes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in prouincia incusandos per sententiam viri spectabilis comitis Orientis, vtpote competentis iudicis, conueniri atque litigare decernimus. Datum Kalendis Iulij, Constantinopoli, Sabiniano & Theodoro Conss.

IIII. Idem A. Eustathio P. P.

LAudabile vitæq; hominum necessarium aduocationis officium, maxime principalibus præmiis oportet remunerari. Ideóque iubemus viros clarissimos fisci pro tempore patronos fori tuæ celsitudinis solenni die festiuitatis Kalẽdarum Ianuariarum ipsius tantummodo

anni per quem tale peragunt officium, inter spectabiles sacri nostri consistorij comites diuina nostræ serenitatis manu puncti consequi solatia." *Et postquam tale deposuerint officiū, si quidem filios ingenuos habeant, eos clarißimorum notariorum inseri consortio, tribunorum sacras solitas epistolas sine quadā suffragij solutione percepturos. Et si quis per sententiam sublimitatis tuæ monitus, super agnito debito vel agnita causa, quæ ingeritur ei, confeßionem exponere paratus sit: eam non arbitro delegato, sed tunc temporis fisci patronis, vel alterutri eorum, si alter adesse non poßit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari. Quotiésque de nuptiis [quis] sine dotalibus instrumentis mutuo contrahendi matrimonium animo celebratus, super affectu suo liberis ex huiusmodi coniugio iam extantibus, vel necdum procreatis, legitimis allegationibus vti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos, vel alterutrum eorum (vt dictum est) gestis interuenientibus commendari, ita videlicet, vt iuri cognitæ allegationes absentibus personis, si quæ competunt, seruentur intactæ. His insuper quicunq; apud viros gloriosos pro tempore consules mancipia sua libertate donare voluerint, antelatos fisci patronos ad easdem libertates*" *pergendas propriam aduocationis vocem accommodare. Aliis*

"Scriptū sic in duobus manu scriptis.

"liberalitates.

hiis nihilo minus priuilegiis, quæ iam pridem memoratis [a] *vel fisci patronis, vel adhuc aduocationis pro tempore peragentibus officium togatis, diuersis modis indulta sunt, ex hac etiam sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. Datum XII. Kalend. Decemb. Constantinopo. Ariouinio & Messala Conss.*

[a] me. causis.

Nullus potest assumi in aduocationis officium, nisi tempore statuto studuerit.

V. Idem A. Sergio P. P.

PEtitiones [b] *virorum disertissimorum fori præsidalis secundæ Syriæ prouinciæ aduocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas: & iubemus pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia sibi communi cõsensu deputata, per idem biennium consequi: hócque transacto professionem aduocationis deponere, consortio videlicet eorundem aduocatorum ad triginta tantummodo viros redigendo: ita vt si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de aduocationis officio minime reiiciantur: nemine alio eis adiiciendo, ne* [c] *triginta virorum numerum aduocatorum excedere consortium contingat. Ad hæc, eos qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro*

[b] Tota hęc legis pars. iisdẽ verbis adscripta est. l. 3. hoc titulo: & mirũ est hic iterum repeti.

[c] ve. donec rectissimè.

se, quàm pro iugali sua, & socero & socru, necnon genero & nuru, liberísque propriis, colonis & seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio: nec ædiculas eorum, metatorum onere molestari: si tamen in vna tantummodo suáque domo[a] *singuli talem prærogatiuam sibi vindicare maluerint. Pro sportulis præterea modum quem notitia nobis porrecta declarat, tam pro his quàm pro colonis & eorum seruis custodiri: neminíque præberi licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. Nec decætero quenquã antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. Et filios aduocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis, & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. Vt autem his qui fisci patroni officium adepti sunt vel fuerint, non tantùm superstitibus, sed etiam morte præuentis prospiciatur: tam ad heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia eius transire, hísque seruari: quàm ipsos qui fisci patronatum iam deposuerunt, vel postea deposuerint, minime cuiuslibet a-*

[a] vet. domu.

ctus

ctus publici solicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in prouincia incusandos per sententiam viri clarissimi prouinciam in qua degunt moderantis, vtpote competentis iudicis, conueniri atque litigare decernimus. Datum Kalen. Decemb. Anatolio & Agapito Conss.

VI. Imp. IVSTIN. A. Marino[a] P. P.

[a] Mariano.

RESTITUENDAE sunt clarissimis eloquentiae luminibus sexaginta auri librae, quas sub imperio Zenonis diuae memoriae pedaneis deputatas arbitris, necnon fideiussorum vires aestimantibus, tamen auferendas credidit praeparca posterioris subtilitas principis: vt iam liberalitate nostri numinis, viri clarissimi fisci patroni praefatam auri summam sine fraude annis singulis consequantur, ab amplissima tua sede pari lance in vtrumque diuidendam. Nam vniuersis redditur; quod pro voto omnium primatibus indulgetur. Sacras insuper epistolas, quibus approbantur viri clarissimi tribuni praetoriani & notarij, non vnius tantum nomine, sed alterius quoque vtrius praestandas perspicimus, siue suos filios siue alios quosdam duxerint illustrandos. Ad haec, altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur: quos vnius solum nomine eisdem viris facundissimis daturos nos polli-

cemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente: seu qui ex prouinciis suis, vel ex amicis voluerint, in prouinciis tamen degentibus. Licentiam eis praeterea facimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram adoraturos purpuram, statutis inferẽdos praesentialibus[a] domesticis, vnũ equitum, alterum scholae peditum, in vacantem eorum locũ, qui diem functi sunt: nullo dum supererunt, de militia venumdanda pacto cum eis interposito, quorum eiusmodi conuentiones intersunt: ita tamen, vt iidem viri facundissimi cum offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis milia, nihilque amplius, nouerint dependenda viris magnificis comitibus dicatissimorum domesticorum, id est equitum quidem pro eo qui inter equites meriturus est: peditum autem pro eo qui inter pedites inserendus est, solitis videlicet statim stipendiis, necnon etiam caeteris solatiis iisdem tyronibus deputandis sine quolibet alio dispendio. Aliis etiam priuilegiis potiantur, quae diuersis temporibus consecuti sunt, siue per Augustos apices, siue per dispositiones & sententias amplissimae tuae sedis. nam qui nobis digni indicati sunt, hi multo magis in anterioribus quoque sunt adiuuandi. Datum Kalendas Decemb. Constantino ipso A. & Eutherico Conss.

[a] praesentibus.

VII.

VII. Idem A. Theodoro præfecto prætorio.[a]

[a] P. VI.

PEr hanc legem decernimus, ne antequam in octoginta tantum virorum numerum, fori tui culminis togatorum collegium deductum fuerit, adspirare quis qualibet arte concedatur, aut poßit: nisi vel eorum filij, qui triginta priorum obtinent numerum, facundiæ studiis eruditi, gratis videlicet, & sine vllo suffragio, aut fortaſſe exteri nō vltra duos per annos singulos facundia & ipsi conspicui, taxati fuerint: nullo deinceps postquam in octoginta virorum numerum redacti fuerint, superare qualibet rursus ambitione vel astutia quantitatem ausuro. Interdicenda quoque cunctis licentia præuertendi progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat: & vt in mercatorum contractibus, loca permutandi: & adhuc tyrones iam intereſſe veteribus. Hoc etiam pronunciandum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta obseruatione glorificæ tuæ sedis. Nouerint etenim qui post nomen impetratum patroni litium, vltra trium annorum spacium ex sacratißima hac vrbe morandum duxerint: nec nuncupationem togati, nec priuilegia virorum huiusmodi concedenda sibi: vt ne repetitis ex industria prædictæ sedis auctoritatibus protrahantur, aut multiplicetur peregrinationis

tionis excursus. Quorum omnium si quid vel minimum quocunque tempore fuerit violatum: viginti primates eiusdem ordinis, & qui pro tempore solicitudinem ab actis in amplitudinis tuæ gerent officio, adiutores etiam eorum denis singuli libris auri ferientur, quòd aduersus imperialia consulta serenitatis nostræ tendentibus non statim obiecerint intercessionem legis præsentis, aut non restiterint, & omnino non prohibuerint ne quid tentaretur contrarium: cum nec in administratores sublimissimæ tuæ sedis, si non intente custodierint dispositate salutaria, & vt non temerentur prospexerint, pœna deerit decem auri librarum. Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ celsitudinis, ad exemplum priorum temporum, ex arca tui iudicij consulatur: ne post decursum celerem aduocationis, & labores gloriosos egeni exeant: non (vt sæpe contingit) incerto die præstentur, sed cum ad medium iter peruenerint patrocinij rerum fiscalium: id est Kalendis Octobribus per annos singulos sine cunctatione soluentur. Quicquid insuper priuilegiorum retro principum sacris affatibus, vel auctoritate tribunalis, cuius interest, huic eidem ordini datum ostenditur, inuiolatum seruari. Cúmque lite quisquam eorum pulsatus fuerit, seu ciuilis causæ certamine, aut criminalis quæstionis*

*celebré, rectè.

nis obtentu, hic, vel in prouinciis: cum per concessum tempus eorum adesse quęquam euenit, nullas executores sportulas adsequi: nec qui controuersiis mouendis inseruiunt, aut excipiendo, seu præparando, ª vel officio quolibet alio, quocunque nomine sumptum exigendum censemus.ª Dat. Id. Feb. Constantinop. Iustiniano & Opilione Conss.

ª separando.

ª censere.

VIII. Idem A. Archelao præfecto prætorio.

N*Emo, excepta Menandri fisci patroni persona, speret decætero permutationũ saltibus superiore gradu captato, fruiturum se beneficiis quæ patronis ærarij, seu dum officiũ exhibent causis fiscalibus, aut post impletum agmen impertita monstrantur. Dat. XII. Kal. Septemb. Iustiniano & Opilione Conss.*

IX. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni PP.

D*E cõstitutione diuinæ recordationis Iustini patris nostri super togatis amplissimæ tuæ sedis prolata, Illyricani aduocati postulauerunt à nobis eis clarum fieri, si locum etiam circa eos posit habere, siue cũ commeatu, siue sine commeatu iudicio eiusdem sublimitatis tuæ absuerint. Sancimus itaque talem legem generaliter etiam in persona eorum valere, vt si quis sine commeatu vltra cõtinuum biennium abfuerit, vel cum commeatu vltra*

quinq

quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licētia ei danda gradum suum vindicare, nec iterum viris disertißimis togatis eiusdem sedis adsistere. Perfruantur igitur aduocati eiusdem sublimitatis hac nostra generali sanctione.

DE ADVOCATIS FISCI.

TIT. IX.

Fiscalem causam aduocatus fisci non debet deserere prætextu salarij non soluti. Bal.

I. Imp. ANTONINVS A. Claudio.

CVM *te fisci causam agitasse proponas: quamuis te salarium percepisse neges, tamen placitis acquiesce. Eos enim qui causam fisci egissent, prohibitum est aduersus fiscum patrociniū præstare.* PP. XIII. *Kalend. Januar. Antonino* A. IIII. *& Balbino Conss.*

Qui in vna causa fisco præstitit patrocinium, in alia potest contra fiscum postulare. Bal.

II. Impp. VALERIANVS & GALLIEN. AA. Frequentio.*

*Frequenti.

P*Otes auctoribus nobis aduersus fiscū quoque patrocinium exhibere priuatis: dum eam scilicet causam quam tu cum fisci aduocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines.* PP. VI. *Kalend. Mart. Valeriano* II. *& Gallieno* AA. *Conss.*

Aduocatus

Aduocatus fisci nihil debet omittere: tamen aliquam litem non debet per calumniam mouere. Bald.

III. Imp. CONSTANTINVS A. Aeliano proconsuli Africæ post alia.*

*l. 1. tit. 15. lib. 10. Cod. Th.

FIsci aduocatus pœnas metuens, caueat ne fiscalia commoda occultet, néve vllo negotio existente, fisci nomine priuatis audeat calumnias commouere. Dat. VI. Id. Nouemb. Treu. Constantinop. A. IIII. & Licinio Cæsa. IIII. Conss.*

* nullo.

Procurator Cæsaris non debet cognoscere absente aduocato fisci inter fiscum & priuatum: sed aduocato præsente. Bal.

IIII. Imppp. GRATIANVS, VALENTIN. & THEODO. AAA. ad Ammianum comitem rerum priuatarum.*

* c. Th. 15. 30. 41.

RAtionales, priuatæ rei causis, vel sacris ærariis præsidētes, examen præsente fisci aduocato suscipiant. P P. XVII. Kalend. Ian. Merobaude II. & Saturnino Conss.*

* sacri ærarij.

DE ERRORE ADVOCATORVM, VEL LIBELLOS SEV PRECES CONCIPIENTIVM.

TIT. X.

Quod præsente parte aduocatus profert, ipsa pars proferre videtur.

I. Imp.

I. Imp. ALEXAND. A. Aureliæ.

EA quæ aduocati præsentibus his quorum causæ aguntur, allegãt, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur. PP. *Kal. Mart. Albino & Maximo Conss.*

Error scribentium libellum, non nocet parti probato errore. Bald.

II. Imp. GOR. A. Rogato militi.

ERrores eorum qui desideria, id est preces scribunt, veritati præiudicium afferre non posse, manifestum est. Et ideo si condemnationem cuius mentionem libello insertam esse proponis, manifeste probare potes non intercessisse: allegationes tuas lædi non oportere, is qui super negotio disceptaturus est, non ignorabit. PP. X. *Kal. Iul. Pio & Pontiano Conss.*

Error aduocati potest reuocari vsque ad sententiam, & etiam in causa appellationis. Bald.

III. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. & CC. Vlpiæ.

*SEntentiis finita negotia, rescriptis reuocari non oportet. Nec enim quæ constituta sunt, [id est] *vt aduocatorum error litigatoribus non noceat, tibi etiam opitulari possunt: cũ te præsente neque causæ palam ex continenti, id est triduo proximo contradixisse, neque post sententiã appellationis remedio (si tibi hæc displicebant) vsam esse proponis.* Dat. VI. *Kal. Septemb. Viminacij* CC. *Conss.*

* Inclusa, in vete. fuerunt, ex post facto addita.

Vt

VT QVÆ DESVNT ADVOCATIS PARTIVM, IVdex suppleat.

TIT. XI.

Iudex ex officio suo supplere potest in iure, non in facto. Alex.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. ad Honoratum.

NON *dubitandum est iudicem si quid à litigatoribus, vel ab his qui negotiis adsistunt, minus fuerit dictum: id supplere, & proferre quod sciat legibus & iuri publico conuenire. S.* XVI. *Kal. Mart. Diocletiano* V. *& Maximiano* IIII. AA. *Conss.*

EX QVIBVS CAVSIS INFAMIA IRROGATVR.

TIT. XII.

Inquisitio pendens non irrogat infamiam inquisito. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Manilio.*

INFAMIAE* *detrimetum minime tibi affertur ob id solum, quòd in carcerem coniectus es, vel vincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt.* PP. *sine die & consule.*

*al. Maualio. al. Munuabo.
*Ex Cod. Grego. Tit. de postulando.

Publicanus condemnatus in duplum, quia exegit indebitum, non notatur infamia. Bald.

II. Iidem AA. Venerio.*

*al. Verennio. al. Herenni

NEque furti, neque vi bonorum raptorū, neque peculatus damnatus intelligi potest, qui cum plus debito nomine debitorū exegisset, in duplum à praeside cōdemnatus est. PP. v. *Id. Ian. Laterano & Rufino Conss.*

Pœna accessoria deminuitur ex parte pœnae principalis. Et potest iudex causa cognita alterare pœnam delicti. Bald.

III. Iidem AA. ad Metrodorum.

ETsi seuerior sententia dici debuit, tamen cum proconsul vir clarissimus certis rationibus motus mitiorem sententiam dixerit, & ordine decurionum te biennio abstinere iusserit, transacto tempore non esse te in numero infamium palam est: eo quòd post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus iudex videtur. PP. X. *Kalend. Ian. Laterano & Rufino Conss.*

Sententia causa cognita lata in minori pœna vel maiori, intelligitur super infamia dispensare, vt nō duret post tēpus sententiae. Bal.

IIII. Iidem AA. Venustiano.

SI Posidonium in tempus anni relegatum, sententiam non excessisse proconsulis probaueris: quinque annis exilio temporali damnandum inter infames haberi nō oportet: quoniam

nam sententiæ seueritas cum cæteris damnis transigere videtur. PP. VI. *Kalend. Mart. Saturnino & Gallo Coss.*

Decuriones non incurrunt infamiam ex genere pœnæ, sed incurrunt eam quæ irrogatur ex genere sententiæ. Bal.

V. Iidem AA. Ambrosio.

D*Ecuriones quidem, item filios decurionum fustibus castigari prohibitum est. Verum si iniuriam te fecisse proconsul vir clarißimus pronũciauerit: ignominia notatus es.* [a] PP. *Kal. Iul. Saturnio & Gallo Coss.*

[a] aliàs notandus es.

Vbi est causa famosa, contrahitur perpetua infamia. Bald.

VI. Iidem AA. Iusto.

A*D tempus in opus publicum damnati,* [a] *pristinum quidem statum retinent: sed dãno infamiæ post impletũ tempus subiiciuntur.* PP. VII. *Id. Dec. Geta & Plautiano Cõss.*

[a] aliàs, damnati.

Ex eo quòd quis repudiat hereditatem patris, non efficitur infamis. Sal.

VII. Iidem AA. Demetrio.

N*Emo ob id quòd bonis paternis se abstinuit: infamis est.* PP. V. *Id. Ianua. Antonino A. & Geta ij. vtrisque Coss.*

Condénatus de furto, fit infamis: sed condemnatus de receptatione quam ignoranter fecit, non est infamis. Bald.

VIII. Iidem AA. Vlpiæ.

S*I furti condemnata es, citra verbera quoque fustium: famæ damnum subiisti. Quòd*

si res furtiua, quam alter surripuit, apud te ignorantem comperta est:nō læsit existimationem tuam durior sententia. PP. X. *Kal. Mart. Antonino* A. *&* *Geta vtrisque ij. Conss.*

IX. Iidem AA. Læto.

NEminem sequitur infamia ob defensa publica negotia patriæ suæ. PP. XII. *Ka. Mart. Antonino* A. *& Geta vtrisq;* III. *Coss.*

Condemnatus ex iniuria facta etiam personæ vili, est infamis. Bald.

X. Iidem AA. Seuero.

INiuriarum ex persona quoque serui damnatus, infamia notatur. PP. IIII. *Kalend. Aug. iisdem Conss.*

Cessio bonorum nō irrogat infamiam. Salyc.

XI. Imp. ALEX. A. Herennio.[a]

[a] al. Irenæo.

DEbitores qui bonis cesserint, licet ex ea causa bona eorum venierint, infames nō fiunt. PP. X. *Kalend. Maias, Maximo* II. *& Aeliano Conss.*

Damnatus de crimine expilatæ hereditatis, fit infamis. Bald.

XII. Idem A. Donato.

SI te expilasse hereditatem sententia præsidis constiterit: non ex eo quòd non & alia pœna tibi irrogata est, furti improbioris infamiam euitasti. PP. *Kalend. Iul. Iuliano* II. *& Crispino Conss.*

Improperium patris, filios non infamat: lædit tamen opinionem filiorum apud bonos & graues. Bal.

Ea

XIII. Idem A. Iuuentio.

EA quæ pater testamẽto suo filios increpans scripsit, infames quidem filios iure non faciunt: sed apud bonos & graues opinionem eius qui patri displicuit, onerant. XIII. *Kal. Nouemb. ipso* A. III. *& Dionysio Conss.*

Tortura non infamat. Bald.

XIIII. Imp. GORDIAN. Iouino.

NVllam existimationis infamiam auunculus tuus pertimescat ictibus[a] *fustium subiectus [ob crimen quæstione habita,] si sententia non præcesßit ignominiæ maculam irrogans. Dat. Kal. Sept. Pio & Pontiano Conss.*

Ex Cod. Gregoria. Tit. de postulando. [a] Iĉui. vet.

Non seruans luctum in habitu, non infamatur: secus si festinanter nubat. Bald.

XV. Idem A. Sulpitiæ.

DEcreto[a] *amplißimi ordinis luctu fœminarum deminuto, tristior habitus cæteráq; hoc genus insignia mulieribus remittuntur: non etiam intra tempus quo his elugere maritum moris est, matrimonium contrahere permittitur: cum etiam si nuptias alias intra hoc tempus secuta est, tam ea quàm is qui sciens eam duxit vxorem, etiam si miles sit, perpetuo edicto labem pudoris contrahat.* PP. XVII. *Kal. Iul. Gordiano* A. *& Auiola Cõss.*

[a] adde l. ij. j. de secũd. nup.

Iĉus fustium ex interlocutoria lata causa cognita, infamat. Bald.

XVI. Idem A. Domitiano.

FVstibus cæsum, cui per præconem[a] *ita dictum est, ὡς συκοφάντης:*[b] *vt calũniatorẽ*

[a] quia vox præconis, vox legis. Contius.

[b] συκοφάντας. rectè.

videri notatum, ideóque esse famosum, manifestum est. PP. III. *Kalend. August. Sabino & Venusto Conss.*

Interlocutoria lata sine causæ cognitione, non infamat. Bald.

XVII. Idem A. ad Magnum.

*VErbum precibus insertum potius verecundiam onerare, quàm vllam existimationis maculam videtur aspergere. Etenim cum nō causa cognita dictum est ἐσυκοφάντησας,** *sed ad postulatum patroni, interlocutione iudicis responsum sit: nequaquam hoc infamiam irrogat.* PP. VIII. *Kal. Octob. Attico & Prætextato Conss.*

*Vide Alcia. lib. ij. disT. cap. xxvj.

Transactio in causa famosa irrogat infamiam, sed non pactum gratuitum, nec purgatio per iuramentum. Bald.

XVIII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Antiocho.

NOn damnatos quidem dūtaxat iniuriæ, sed pactos quoq; perpetuum edictū infamat. Verum pactos eos demum, qui vllos aduersariis numos pro mala conscientia ex trāsactione numerassent, in hac causa placuit intelligi. Cæterum simplex eius rei gratia integram pacti existimationem illibatámque conseruat. Quòd si iureiurando decisa contentio sit, nemo dubitauerit quin religionem absolutio iudicantis sequatur. P P. XIIII. *Kalen. Ian. Seculare* II. *& Donato Conss.*

Verba generalia, vt quis redeat ad meliorem vitam, non infamant. Bald.

XIX. Impp. CARINVS & NVMERIAN. AA. Aristocrati.

Interlocutio præsidis, quæ indicta * *est, infamem eum de quo quæris,* * *fecisse nō videtur: cum non specialiter ob iniuriam vel admissam vim condemnatus sit, sed ita præsidis verbis grauatus & admonitus, vt ad melioris vitæ frugem se reformet.* PP. XVII. *Kal. Febr. Carino* II. *& Numeriano* AA. *Conss.*

* aliàs precibus inducta.
* aliàs quæreris.

Omnes vsurarij improbum fœnus exercentes, sunt infames. Bald.

XX. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Fortunato.

Improbum fœnus exercentibus, & vsuras vsurarum illicite exigentibus, infamiæ macula irroganda est. S. XVII. *Kalen. Mart. ipsis* AA. *& Conss.*

Aetas minor veniam meretur, vt ipso facto infamia non irrogetur ob artem ludicram vel ioculatoriam. Bald.

XXI. Iidem AA. & CC. Statio.

Si fratres tui minores duntaxat ætate in ludicræ artis ostentatione * *spectaculū sui populo præbuerūt, inuiolatam existimationem obtinent. Datum* V. *Kalendas Septemb. ipsis* AA. *& Conss.*

* ostensione.

Condemnatus in actione pro socio de fide rupta, est infamis. Bald.

XXII. Iidem AA. & CC. Domitiano.

FIdem rumpẽs societatis, cum infamiæ periculo suo nomine pro socio conuentus, ad faciendum satis vrgetur. Dat. VI. Id. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss.

DE PROCVRATORIBVS. TIT. XIII.

Procurator actoris de rato tunc demum cauet, cum de eius mandato incertum est. Alex.

I. Diuus ANTONINVS PIVS A. Seuero.

CAVTIO *ratihabitionis tunc exigitur à procuratore, quoties incertum est an ei negotium mandatum sit.* PP. IIII. Id. Octob. Galicano & Venusto Conss.

Causa pecuniaria vxoris per maritum legitime satisdantem agi potest, siue sit causa principalis, siue causa appellationis.

II. Diui fratres Sextiliæ.

CVm rem pecuniariã esse dicas, potes per maritum tuum solennibus impletis appellationi aduersariæ tuæ respondere: cum appellationes pecuniariæ etiam per procuratores exerceri ab vtraque parte litigantium possint. Accepta VIII. Kal. August. ipsis IIII. & III. AA. Conss.

Non defenso minore, fit missio in possessionem bonorum eius: sed negligens defensor ab administratione remouetur. But.

III. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Pomponio.

Eum

EVm qui res agit heredum à quibus tibi deberi fideicommissum dicis, euoca ad prætorem virum clarissimum: qui aut tibi respondere cogetur, aut ab administratione negotiorum secundũ formam iurisdictionis prohibebitur. Deliberabit autem prætor, si non defendantur heredes, an mittere te in possessionem debeat secuturus iurisdictionem quæ exerceri aduersus indefensos solet. PP. X. *Kal. Septemb. Chilone & Libone Conss.*

Nullo modo esse defensum, vel non legitimè, sunt paria. Et mulier non habet legitimam defensionem mariti. Bald.

IIII. Iidem A A. Saturnino.

QVia absente te iudicatum dicis: æquum est tibi restitui causæ defensionem. Nec oberit tibi quòd vxor tua interfuit iudicio, aut etiam acquieuit sententiæ: cum aliena negotia per mulieres non aliter agi [a] *possint, nisi in rem suam, & proprium lucrum mandatæ sint eis actiones.* P P. *Prid. Non. Ian. Apro & Maximo Conss.*

[a] gerere.

In consequentia mandati ad agendum venit defensio. Salyc.

V. Imp. ANTONINVS A. Pancratiæ.

ACtionem ei qui absentis nomine agere vult, si nõ eum defendat, denegari oportere, iam edicto perpetuo expressum est. IIII. *Kalend. Mart. Duobus & Aspris Conss.*

Accusatus de crimine, quousque processus pendet, alterius procurator esse non potest. Alex.

VI. Imp. ALEXANDER A. Martiano.

Reum criminis constitutum defensionem causæ suscipere non posse antequam purget innocentiam suam, incognitum non est. VI. *Kal. Mart. Maximo* II. *& Æliano Conss.*

Miles non potest esse procurator alterius etiam coniunctæ personæ. Alex.

VII. Idem A. Macrino.

Militem nec pro patre, vel matre, vel etiam uxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri oportet: cum neque defensionem alienam suscipere, vel redimere negotia, vel quasi suffragatorem accedere, utilitate publica permittatur. PP. VIII. *Id. Mart. Maximo* II. *& Æliano Conss.*

Procurator ad lites constitutus, non potest ante litem contestatam alium substituere. Alex.

VIII. Idem A. Mansueto.

Quod quis sibi debitũ exigere tibi mandauit, ante litis contestationem tu alij petendum mandare non potes. P P. VIII. *Kal. Septemb. Maximo* II. *& Æliano Conss.*

Miles actiones tam proprias, quàm ex causa honesta sibi cessas, potest in iudicium deducere. Salyc.

IX. Idem A. Aufidio.

Qui stipendia merentur, suis negotiis superesse inoffensa disciplina possunt. Nec potest

potest dici eum qui honesta & verecunda precedente causa mandatas sibi actiones exercuerit alieno negotio fungi: cum, licet contentio ex persona alterius bona fide sumatur, hunc tamen rem suam gerere non ambigatur. quod militibus meis interdici non modò absurdum, verum etiam iniquum est. Sine die & consule.

Si procurator egreditur fines mandati, non præiudicat ipso iure domino: sed si non egreditur, præiudicat mero iure. Alex.

x. Idem A. Castiæ.

S*I procurator ad vnam speciem constitutus, officium mandati egressus est: id quod gessit, nullum domino præiudicium facere potuit. Quòd si plenam potestatem agendi habuit, rem iudicatam rescindi non oportet: cum si quid fraude vel dolo egerit, conuenire eum more iudiciorum non prohibearis.* PP. III. Kal. *Mart. Albino & Maximo Conss.*

Tutor & curator ante litis contestationem ex sua persona non procuratorem, sed actorem constituunt.

XI. Idem A. Sebastiano.

N*Eque tutores neque curatores ex sua persona in rem pupilli vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent. Pupillus autem vel pupilla, adultus vel adulta, tam ad agendum quàm ad defendendum tutore seu curatore interueniente*

niente procuratorẽ ordinare possunt. Ipsi etiam tutores & curatores post litis contestationem à se factam, ad exemplum procuratorum qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur. P P. *Prid. Id. Maij Alexand.* A. III. *& Dione Conss.*

Ex parte defensoris non requiritur mandatum, sed satisdatio iudicatum solui.

XII. Idem A. Frontoni.

Exigendi à filio tuo mandati qui se defensioni tuæ offerebat, duplici ratione necessitas nõ fuit: aut quòd defendere quis, siue libertus siue extraneus sit, sine mãdato potest, satisdatione tamen pro defensione præstita, & alia proculdubio obseruatione subiecta: aut quòd filius etiã si vltro actionem patris nomine dirigat, mandatũ probare non cogitur.[a] *Sanè quòd necdum legitimam ætatem idem filius tuus compleuerit,*[b] *ob hoc quidem depellere à procurationis officio eum iudex non iniuste potuit: sed multo iustius fuit huiusmodi defensorem audire, quàm te absentem quasi contumacem & indefensum graui condemnatione afficere.* V. *Kalend. Octob. Agricola & Clementino Conss.*

[a] exigitur. nõ male. Cont.
[b] cõpleuerat. in omnibus, rectè. Cont.

Exceptio dilatoria seu procuratoria debet opponi ante litem contestatam. Et si non fuit opposita in causa principali, non poterit in causa appellationis opponi. Alex.

XIII. Imp. GORDIANVS A. Luciano[c] militi.

[c] Viciano.

Ita

ITa demum super lite persequenda quam tibi mater mandauit, actionem intentare potes, * *si cum primum litem contestareris, non est tibi eo nomine opposita præscriptio militiæ: quod nec cum appellatio agitur, tibi obiici potest. Nam si integra res est, ratio perpetui edicti acceptam tibi non permittit alieno nomine actionem intendere.* III. *Idus Ianuar. Gordiano A. & Auiola Conss.*

* intendere possis.

Sententia lata pro persona non legitima ratione ætatis, valet, quæ contra eam non valeret. Bald.

XIIII. Idem A. Sabiniano.

NOn eo minus sententia aduersus te lata, iuris ratione subsistit, quòd aduersaria tua minor vigintiquinque annis constituta, causam suam marito sine curatore agendam mandauit. Minoribus enim ætas in damnis subuenire, non rebus prospere gestis obesse consueuit. PP. III. *Non. Octob. Gordiano* A. II. *& Pompeiano* C C. *Conss.*

Pactum de quota litis in procuratore reprobatur, & eum ab agendo repellit. Alex.

XV. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS A A. & C C. Cornificio.

LItem te redemisse cõtra bonos mores precibus manifeste professus es: cum procuratione quidem suscipere (quod officium gratuitum esse debet) non sit res illicita: huiusmodi autem officia non sine reprehensione suscipiuntur.

piuntur.S.III.Non.April.cc.Conss.

Procurator vel actor sine speciali mandato, non potest vendere rem in præiudicium domini. Alex.

XVI. Iidem AA. & cc. Paconiæ.

PRocuratorem vel actorem prædij, si non specialiter distrahendi mandatum accepit: ius rerum dominij * vendendi non habere, certum ac manifestum est. Vnde si non ex voluntate domini vendentibus his, fundum comparasti, peruides * improbum tuum desiderium esse, dominium ex huiusmodi emptione tibi concedi desiderantis. S.Nonis April. Bizantij, cc. Conss.

* aliàs, domini. aliàs dominiū: quod rectius est.

* prouides rectius.

Officium procuratoris quis inuitus acceptare non cogitur pro actore vel reo.

XVII. Iidem AA. & cc. Mardonio.

INuitus * procurationem suscipere nemo cogitur: nec eandem vltra, nisi prouocationis causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur: cum fidem susceptam implere sufficiat. PP. Non. Iun. Philippopoli, Dioclet. V. & Maxi. AA. Conss.

* Nisi consueuerat operas suas locare.

Mater non potest defendere filium pupillum, sed ei debet tutorem petere. Bald.

XVIII. Iidem AA. & cc. Dionysiæ.

ALienam suscipere defensionem, virile est officium, & vltra sexum muliebrem esse constat. Filio itaq; tuo, si pupillus est, tutorem pete. S.XIIII. Kal. Feb. Sirmij cc. Conss.

Pree

Precium conuersum in vtilitatem domini, qui venditioni suæ rei factæ per gestorem suum non consentit, restitui debet per ipsum dominum emptori. Alex.

XIX. Iidem A A. & c c. Firmo.

SI precium quidem actoribus alienū[*] *fundum vel seruum citra mandatum domini tibi distrahentibus dedisti: & neq; præcessisse, neq; secuta contractum domini declaretur voluntas, in rem autem eius idem precium processisse prouinciæ præses causa cognita perspexerit: hoc tibi restitui iubebit. Pri. Idus Mar.* C C. *Conss.*

[*] al. alienis.

Non refert an procurator constituatur à principio ante litem contestatam, an post. Salyc.

XX. Iidem A A. ad Verinum præsidem Syriæ.[*]

[*] Cœlesriæ.

NIhil arbitramur interesse, vtrum ab initio, an cœpta iam lite negocium ad personam procuratoris transitum fecerit. Dat. X. Kal. Octob. *Demesso* C C. *Conss.*

Maritus potest agere pro vxore etiam sine mandato, dummodo caueat de rato in quacunque causa vxoris, nisi habeat ab ea mandatum de agendo in quadam causa. Alex.

XXI. Imp. CONSTANTINVS A. ad concilium prouinciæ Africæ.

MAritus citra mādatum in rebus vxoris cum solēni satisdatione & alia obseruatione intercedendi liberā habeat facultatem, ne fœminæ persequendæ litis obtentu, in

con-

contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, & conuentibus virorum vel iudiciis interesse cogantur. Sin autem mandatũ susceperit, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. Datum IIII. *Id. Mart. Adrumeti, Constantino* A. *& Licinio Cæsare vtrisque* II. *Conss.*

Procurator per litis contestationem efficitur dominus litis: nec potest sine causa remoueri. Bald.

XXII. Idem A. ad Bassum P. vrbi.

PRocuratoribus institutis, & post contestatam litem dominis effectis: hi qui mandauerant, non habeant facultatem negocia persequendi, nisi capitales inimicitiæ, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit: tũc enim etiã inuitis his trãsferri lis potest. D. XIII. *Kal. Iul. Constãtin.* A. *& Licinio Cæs.* V. *vtrisq; Cõss.*

Mandatum procuratoris effecti domini litis, non reuocatur absentia vel morte mandantis. Bald.

XXIII. [a] Imp. IVLIANVS A. Secundo præfecto prætorio.

NVlla [b] *dubitatio est, post causam in iudicio agitatã, vtpote dominũ litis procuratorem effectum, etiã post excessum eius qui agendam vel defendendã litem mandauerat, posse inchoatã causam iurgiúmq; finire: quippe cum & procuratorem posse eum instituere, veteris iuris voluerint conditores. Lect.* XI. *Non. Febr. Iuliano* A. IIII. *& Sallustio Conss.*

[a] Symmachus lib. 1. epist. 18. meminit huius cõstitutionis. Sed contra (inquit) venerabilis Iuliani sanctio stare procuratorũ iussit officia causarum dominis viuentibus inchoata. Cont.

[b] Ex Cod. Theod. 2. 12. 1.

Excep

Exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retro nullum: ideo potest quandocunque opponi. Alex.

XXIIII. Imppp. GRAT. VALENTIN & THEOD. AAA. Pancratio præfect. vrb.*

*al. PP. vt & in Cod. Th.

Licet in principio quæstionis persona debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negocium mandatum à domino litis habeat: si tamen falsus procurator inueniatur, nec dici controuersiæ solent, nec potest esse iudicium. Datum 11. Kalend. Aprilis Constantinop. Antonino & Syagrio* Conss.*

*C. T. 2. 12. 3.

*al. Eucherio.

Personæ hic enumeratæ non possunt per se litigare, sed per procuratorem. Alex.

XXV. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano præfecto pratorio.

Quicunque pretorianæ vel vrbanæ præfecturæ sublime fastigium, vel magisterium militare, vel consistorianæ comitiuæ insignia meruerit dignitatis, vel proconsulare ius dixerit, aut vicarij fuerit administratione suffultus: si quod ab eo vel infertur iurgium, vel refertur, procuratoris personam in negocij sui iura substituat. Quòd si quis sanctionis huius statuta transgressus, iudiciis sese iurgaturus ingesserit; careat eius litis sorte, cuius non per procuratorem expectauit euentum. iudex nihilo minus qui contra fecerit, nouerit à se viginti libras auri, item ab officio quoque suo*

*sublimissimæ. in omnib. vet. recte.

tantumdem ponderis exigendum. Dat. XVIII. Kal. Octob. Arcadio A. II. & Rufino Conss.

IN AVTHENT. *Vt ab illustrib. §. j. col. v. constit. 18.*

HOc ius stabit vsque ad illustres solos. cæteri enim commune ius amplectuntur.

Citatus in causis pecuniariis, potest per procuratorem comparere. Alex.

VI. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P. P.

*IN pecuniariis controuersiis etsi specialiter hoc præcepti vel sententiæ minimè designat auctoritas: passim vnicuiq; (si tamen ita maluerit) per procuratorem respondendi tribuimus facultatem: nisi fortè quosdam iustiores nonnunquam ob causas vehementiores maximi iudicis vocabit auctoritas. Datum prid. Idus Octob.**

Αὐτοκράτωρ * deest. *Eius argumentum ex lib. Eustathij περὶ χρονικῶν διαστημάτων decerpsi, quod est huiusmodi.*

ΕΑν ὁ ἐγγυητὴς τοῦ ἐντολέως μὴ ὁρίσῃ χρόνον καὶ εἴπῃ τυχὸν, ὅτι ἐγγυῶμαι αὐτὸν ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, ἐπείγειν περιβάλλεσθαι.

Idem Latinè.

SI fideiussor procuratoris non definierit tempus, & dixerit forte, Ego fide

fideiubeo pro ipso. Et si mortuus fuerit, aut amplius non appareat, idque contigerit intra viginti dies, alius fideiussor dandus erit.

Sequitur & aliud eiusdem constitutionis caput ex eodem auctore.

Ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐπὶ δίκῃ παρά τινος δοθεὶς ἐντολεὺς μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τοῦ προτιθεμένου παρὰ τοῦ ἄρχοντος διατάγματος περὶ τοῦ προβληθῆναι ἄλλον ἓξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ πρωτότυπος ἐν ἀπουσίᾳ ὢν πόῤῥω διακειμένης ἐπαρχίας εἰς τὸ ἕτερον προβαλλέσθαι ἢ αὐτὸς παραγενέσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἐπὶ μακρὰν ἐν τοῦ ἄρχοντος ὁρίζεταί τις προθεσμία.

Idem Latinè.

SI moriatur, aut aliàs non inueniatur is qui ad litem ab aliquo datus est procurator post vicesimum diem à iudiciali decreto super alterius procuratoris datione interposito, sex mensium accessionem seu terminum habebit principalis reus peregre degens in remota prouincia ad alium procuratorem dandum, vel ad veniendum per se in iudicium. Si enim in proxima non autem in longinqua prouincia absit, tunc iudicis arbitrio terminus siue dilatio definietur.

NE LICEAT POTENTIORIBUS PATROCINIUM LITIgantibus præstare, vel actiones in se transferre.

TIT. XIIII.

Recipiens patrocinium potentioris ad terrorem aduersarij, debet puniri in iactura causæ. Alexand.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Aristobolo salutem.

DIVINE admodum constituit diuus Claudius consultissimus princeps parens noster, vt iactura causæ afficerentur hi qui sibi potentiorum patrocinium aduocassent: vt hoc proposito metu, iudiciariæ lites potius suo marte discurrerent, quàm potentiorum domorum opibus niterentur. Quem palam est intantũ prouincialium quæstionibus esse commotum, vt huius sanctionis rectores prouinciarum custodes, & contemptæ huius rei vindices fecerit: scilicet vt in actores seu procuratores in subsidia negociorum vel vsurpatos gratiã, vel redemptos, seuera sententia vindicarent. Quare cum intersit in vniuersum omnium, & præcipuè tenuiorum, qui sæpe importunis potẽtium intercessionibus opprimuntur: inter litigatores audiẽtiam tuã impertiri debebis. Nec metuas* ne præiudices clarissimis viris: cũ diuus Claudius*

* Intelligit Claudiũ posteriorem hoc nomine vocitatũ, nõ autem priorẽ illũ Claudiũ Neronem.

* al. Nec metues.

dius huius rei rectorem prouinciæ disceptatorem, & si res postularet, vltorem specialiter fecerit. Datum IIII. *Id. Sept.* AA. III. & II. *Coss.*

Cedens actionem suam potentiori ratione officij, perdit actionem illam, & cessio non habet effectum. Alex.

II. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Ioanni P. P.[a]

SI *cuiuscunque modi actiones ad potentiorum fuerint delatæ personas, debiti creditores iactura multentur. Aperta enim credentium videtur esse voracitas, qui alios actionū suarum redimunt exactores. Datum* V. *Idus Iul. Honor.* VII.[b] & *Theodo.* II. AA. *Conss.*

[a] C. T. 2. 13. 1.

[b] al. Hono. xiij. & Th. x. neque in cōstitutionis inscriptione adiicitur nomē Arcadij A.

DE HIS[c] QVI POTENTIORVM NOMINE TITVLOS PRAEDIIS AFFIGUNT, VEL EORUM NOMINA IN LITEM PRÆTENDUNT.

TIT. XV.

[c] Vide Cassiodorū, & iunge Nouellā 17. c. 18.

Qui titulos seu insignia potentiorum prædiis suis affigunt, vel eorum nomina in lite pretendunt: suo iure priuantur. Bald.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P.[a]

ANIMADVERTIMVS *plurimos iniustarum desperatione causarum, potentium titulos & clarissimæ priuilegia dignitatis, his à quibus in ius vocantur, opponere. At ne in fraudē legum aduersariorumque terrorem his nominibus abusātur*

[a] C. Th. 2. 14. 1.

& titulis: qui huiusmodi dolo scientes conniuerint, "*afficiendi sunt publicæ sententiæ nota. Quòd si nullum hac in parte consensum præbuerint, vt libelli aut tituli eorum nominibus, vel ædibus affigerentur alienis: eatenus in eos qui fecerint, vindicetur, vt affecti plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputentur. Quisquis igitur lite pulsatus (cùm ipse & rei sit possessor & iuris, & titulum illatæ solenniter pulsationis exceperit) contradictoriis libellis aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum:* "*eius possessionis aut causæ quam sub hac fraude aut retinere aut euitare tentauerit, amißione multetur: nec repetendæ actionis, etiã si ei probabilis negotij merita suffragãtur, habeat facultatem. Eos sanè qui se sponte alienis litibus inseri patiuntur, cum his neque possessio neque proprietas competat: veluti famæ suæ prodigas, & calumniarum redemptores, notari oportebit.* Datum XV. *Kalendas* Decemb. *Med. Stilichone & Aureliano Conss.*

*conniuent.

*al. inserẽdum.

VT NEMO PRIVATVS TITVLOS PRAEDIIS SVIS VEL aliẽnis imponat, vel vela regia* suspendat.

*al. regalia.

TIT. XVI.

Qui titulum principis rei suæ imponit, illam perdit: & iuris publici illam facit. Bald.

I. *Impp.*

I. Impp. HONOR. & THEODOSIVS AA. Flauiano præfecto prætorio.

REGIAE *maiestatis est, vt nostræ tantùm domus & patrimonia, titulorũ inscriptione legantur. Omnes igitur intelligant publico iuri esse deputandum id cui nomen dominicũ* [*] *præscribitur. Datum* III. *Kalend. Decemb. Rauennæ, Basso & Philippo Conss.*

[*] al. domini.

Imponens titulum vel vela regia rebus ab alio iuste vel iniuste possessis, si plebeius est, vltimo supplicio punitur. si autem est nobilis, deportatur. Alex.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Florentium P. P.

NE quis vela regia [*] *suspendere, vel titulum audeat sine præceptione iudicis cõpetentis alienis rebus imponere, quas quocunque modo qualiscunque persona poßideat, licet non dominus, licet iniustus possessor, vel temerarius inuasor qui poßidet doceatur. Eum autem qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, vltimo subdi supplicio: si clarißimus vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandúmque, non solum ciuitate Romana, sed etiam libertate priuari censemus: executorésque huius legis omnes iudices esse oportere. Deponendi autem vel frangendi titulos, & conscindendi vela, non solum eis ad quorum præiudicium tale aliquid contra fas, con-*

[*] al. regalia. Ambr. lib. 5. epist. 33. pro eodẽ posuit suspendere regias cortinas.

NE FISCVS VEL RESPVBLICA PROCVRATIONEM* alicui patrocinij causa in lite præstet.

*al. procuratorē alicui patrocinij causa illicitè præstet.

TIT. XVIII.

Actio litigiosa vel dubia non potest in solutum fisco dari sponte recipienti. Alex.

I. Imp. GOR. A. Legitimo & aliis.

REIPVBLICAE *iuribus** *adiuuari te sub obtentu quantitatis quam eidem reipublicæ debes, contra iuris rationem desideras.* III. *Id. Ianuar. Gordiano* A. II. *& Pompeiano Conss.*

*viribus. in omnib. manumiss. rectè.

Respublica non debet pacisci de quota litis. Alex.

II. Idem A. Tertullo.*

*al. Tertulliano.

C*Vm allegas partem rerum vel actionum dimidiam fisco quò magis eius iuribus protegaris, velle te donare: huiusmodi litium donationem admitti temporum meorum disciplina non patitur. vnde ius tuum si quod tibi competit, citra inuidiam fisci mei tueri solenniter cura. S.* VI. *Nonas Augusti, Gordiano* A. II. *& Pompeiano Conss.*

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Amphioni

A*Bhorret à seculo nostro, sub prætextu debiti procurationē contra priuatos fiscū præstare.* D. VIII. *Kal. Ian. Philippopoli,* CC. *Coss.*

Respublica non debet debitorem suum iuuare contra alium prætextu debiti sui. Saly.

IIII. Iidem AA. & cc. Achilli.

AD fraudem creditoribus faciendam, inuidiam fiscaliũ, cõtra seculi nostri tranquillitatem implorari non decet. Redde itaque quod fisco nostro debes: & si conuentus velut à creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratæ pecuniæ secundum leges vti potes. Datum XVI. *Kalen. Ianuarij, Sirmij,* CC. *Conss.*

---

*al. de negociorũ gestorum actione.

DE NEGOCIIS GESTIS.*

TIT. XIX.

Expensæ factæ pietate materna vel affectione domestica, non repetuntur: quia animo repetendi factæ non videntur. Alex.

I. Impp. SEVERVS & ANTON. AA. Sopatræ.

CVM tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdémque tutores seu curatores peteres, munere pietatis fungebaris: quæ causa non admittit negociorum gestorum actionem, vt sumptus quos in ea lite fecisti, repetere possis: cùm etiam si quis pro affectione domestica aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos repetere * *posit.* PP. III. *Nonas Octo. Dextro & Prisco Coss.*

*al. petere.

Pup

Pupillus ex gestione non tenetur, nisi quatenus locupletior est effectus: & in illo etiam non tenetur, si alius gratis erat facturus. Alexand.

II. Iidem AA. Rufinæ.

Contra impuberes quoque si negocia eorũ vrgentibus necessitatis rationibus vtiliter gerantur: in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem ex vtilitate ipsorum receptum est. Quæ tibi quoque iure decernitur, quòd sumptus in pupillum quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas: si non matertera eiusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. X. *Kalend. Februar. Laterano & Rufino Coss.*

III. Iidem AA. Hadriano.

Siue pro fratre coherede pecuniam soluisti, negociorum gestorum actione experiri potes: siue pignoris liberandi gratia debitum vniuersum soluere coactus es, actionem eandem habebis: vel iudicio familiæ erciscundæ, si non est inter vos redditum, eam quantitatem assequêris. PP. VIII. *Kalend. Februar. Anulino & Frontone Coss.*

Mandatum tutoris, nõ impedit actionem negociorum gestorum oriri inter gerentem & dominum negociorum. Bald.

IIII. Iidem AA. Claudio.*

*al. Graccho. al. Gladio.

Qui pupillæ negocia tutoris mandatu suscepit, pro tutore negocia non videtur gessisse, sed negociorum gestorum actione pupilla

pillæ tenebitur. PP. III. *Nonas Decemb. Fabiano & Mutiano Coss.*

Libertus obsequium necessarium præstãs patroni filiis, nõ habet actionem negotiorum gestorum. Alex.

V. Iidem AA. Tryphonio.[a]

[a] al. Trophono. al. Trophimo.

OFficio, nec minus obsequio liberi functus, negociorum gestorum actionẽ contra patroni filias pupillas habere non potest. PP. XIII. *Kal. Iul. Geta & Plautiano Coss.*

Si officium iniunctum non artat gerẽtem, habet locum actio negociorum gestorum directa pro ipsa gestione. Alex.

VI. Iidem AA. Gelo.

CVratorem tibi quidem patris testamẽto datum dicis, quod non potest videri iure factum. quòd si (vt proponis) administrationi se immiscuit: negociorum gestorum actio tam aduersus eum, quàm contra heredes eius tibi competit. PP. * *Apro & Maximo Coss.*

Hereditatis aditio debitum non cõfundit, nisi pro hereditaria portione. Bald.

VII. Imp. ANTONINVS A. Euphratæ.

SI ab eo qui negocia tua gessit, heres ex duabus vnciis institutus es: etiam si adeas hereditatem, in reliquis decem vnciis aduersus coheredem competit tibi petitio, si quam aduersus defunctum habuisti actionem. PP. VI. *Id. Mart. Romæ, Sabino & Anulino Coss.*

Actio personalis non tollitur longo tempore. Alexand.

VIII. Idem A. & c. Seuero.

ADuersus eos qui negocia tua gesserunt, negociorum gestorum iudicio ciuiliter consiste: nec tibi oberit si propter occupationes militares eam litem tardius fueris executus: cum hoc genus actionis longi temporis præscriptione excludi non posit VI. Kal. Aug. Antonino & Aduento Coss.

In negocio quod est nostrum ratihabitione, oritur actio negociorum gestorum ratihabitione secuta. Bald.

IX. Idem A. Salustio.

SI pecuniam tuam à debitore tuo Iulianus exegit, eámque solutionem ratam habuisti: habes aduersus eum negociorum gestorũ actionem. PP. VIII. *Kal. Mart. Præsente & Extricato Coss.*

Qui curat seruum alterius non inutilem domino, habet actionem negociorum gestorum. Bald.

X. Imp. ALEXANDER A. Secundo & aliis.

SI seruum alienum non inutilem domino constitutum ægrum curastis: negotium vtiliter gessistis, & competenti vobis actione sumptus recuperare potestis. PP. XII. *Kalend. Decemb. Alexandro A. II. & Marcello*[a] *Coss.*

[a] al. Alexan. A. Cos.

Quod mater expendit in alimentando filium, ab eo non repetit. Sal.

XI. Idem A. Herenniæ.[b]

[b] al. Hermiæ.

ALimenta quidem quæ filiis tuis præstitisti, tibi reddi nõ iusta ratione postulas: cum

cum id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorum vtiliter & probabili more impendisti: si non & hoc materna liberalitate, sed recipiẽdi animo fecisse te ostenderis: id negociorum gestorum actione consequi potes. PP. XII. *Kalend. Feb. Albino & Maximo Coss.*

Si filius soluit debitum paternum viuente patre, non repetit, si cõstat quòd animo donandi soluerit: aliàs secus. Alex.

XII. Idem A. Theophilo.

SI *filius pro patre suo debitum soluerit: nullam actionem ob eam solutionem habet, siue in potestate patris cum solueret fuerit, siue sui iuris constitutus, si* donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus sui iuris constitutus, pro patre suo negocia gerens, non præcedente mandato debitum eius soluit: negociorum gestorum agere cum patruis tuis* [*potes.*] PP. *Kal. Aug. Agricola & Clemente Coss.*

*al. deest si.

Expensa facta in curanda vxore, non repetitur: secus in expẽsa funeris eiusdem, quando dos apud maritum non remanet. Bald.

XIII. Idem A. Aquiliæ.

QVod *in vxorem tuam ægram erogasti nõ à socero repetere, sed affectioni tuæ debes expẽdere.* In funus sanè eius si quid eo nomine quasi recepturus erogasti: patrem, ad quem dos rediit, iure conuenis.* PP. VIII. *Kal. Nouemb. Agricola & Clemẽte Coss.*

*imputare. aliàs impendere.

Idem

Idem actus respectu diuersarum personarnm potest parere actiones diuersi generis. Bald.

XIIII. Idem A. Mutiano Rufo.

SI mandatum solius mariti secutus, tam ipsius quàm vxoris eius negocia gessisti: tam tibi quàm mulieri inuicem negociorum gestorum competit actio. Ipsi sane, qui mandauit, aduersus te mandati actio est: sed & tibi aduersus eum contraria, si quid forte supererogasti. PP. X. *Kalend. Mart. Maximo* II. *& Vrbano Coss.*

Vitricus in priuignum expendens paterno affectu, non repetit. Bal.

XV. Imp. GORD. A. Eutychiano.[*]

*al. Muclano.

SI paterno affectu priuignas tuas aluisti, seu mercedes pro his aliquas magistris expédisti, eius erogationis tibi nulla repetitio est. Quod si vt repetiturus ea quæ in sumptum misisti, aliquid erogasti: negociorum gestorum tibi intentanda[*] est actio. PP. VI. *Id. Iul. Gordiano* A. *& Auiola Coss.*

*Aliàs Intendéda.

Vbi non intercessit mandatum, soluenti pro alio datur actio negociorum gestorum. Salyc.

XVI. Impp. GALLVS & VOLVSIAN. AA. Eutychiano.

SI negocium sororis tuæ gerens, pro ea tributa soluisti, vel mandante ea, vel rogante

id fecisti: negociorum gestorũ actione, vel mandati, id quod soluisse te constiterit, repetere* poteris. PP. XI. Kalend. Maij, Gallo & Volusiano Coss.

Precipere.

Obligatio cõtracta ratione administrationis, transit ad heredem: sed ipsum officium non transit ad heredem. Bald.

XVII. Impp. DIOCLET. & MAXI. AA. & CC. Claudiæ.

Curatoris etiam successores negociorum gestorum vtili conuentos actione, tam dolum quàm latam culpam præstare debere, nec ad eos officium administrationis transire: ideóque nullam alienandi eos res adultæ potestatem habere cõuenit. Dat. XIII. Kal. Ianuar. Sirmij, AA. Coss.

Hæc actio est bonæ fidei, siue sponte, siue ex necessitate geratur: ideo veniunt in ea vsuræ ex mora. Alex.

XVIII. Iidem AA. & CC. Pomponio.

Ob negocium alienum gestum, sumptuũ factorũ vsuras præstari bona fides suasit: quo iure contra eos etiam, quorum te necessitate compulsum negocium gessisse proponis, per iudicium negociorum gestorũ vteris. Dat. VIIII. Kalend. Ian. AA. Coss.

Etiam pro cõmuni negocio gesto, habet locum negociorum gestorum actio. Bald.

XIX. Iidem AA. & CC. Alexandro.

* sic ver. al. aptatũ est. coherede.

Ab vno herede* pro solido re veluti communi venundata, de precio coheres venditoris

ditoris negociorum gestorum [actione"]ratam faciens venditionem, agere potest. Dat. Id. Feb. Sirmij, CC. Coss. "deest in omnibus. rectè.

Officium tutoris & curatoris differt ab officio gestorum. Sal.

XX. Iidem AA. & CC. Octauianæ.* *al. Octauiæ.

TVtori vel curatori similis nō habetur, qui citra mādatum negocium alienum sponte gerit: quippe superioribus quidem necessitas muneris, administrationis finem: huic autem propria voluntas facit. Ac satis abundéque sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur: secundum quæ super his quidem quæ nec tutor nec curator cōstitutus, vltro quis administrauit: cum non tantùm dolum & latam culpam, sed & leuem præstare necesse habeat: à te conueniri potest: & ea quæ tibi ab eo deberi patuerit, cum vsuris compelletur reddere. De cæteris vero quæ ab aliis tui constituta iuris detenta exacta non sunt, ab hoc qui nec agendi quidem propter exceptionis obstaculum facultatem habere potuit, exigi non potest: & idcirco aduersus eos quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. Dat. VIII. Kalend. Maij Sirmij, CC. Coss.

Obligatio personalis non impedit libertatem serui: & factus liber non tenetur de ante gesto. Bald.

XXI. Iidem AA. & CC. Michræ.

*al. vestrã.

SI cognati tui seruos suos manumiserunt: hoc, quòd administrasse eos rẽ tuam* contendis, impedimento eorum libertati fieri non potuit. Quin autem * ex actu praecedenti, post manumissionem, si vtriusque temporis administratio non connexa, sed separata sit: conueniri non posse, procul dubio est. Dat. VI. Kal. Octob. Viminacij, CC. Coss.

*al. quinetiam.

Negociorum gestor de casu fortuito non tenetur, nisi hoc fuerit conuentum. Bald.

XXII. Iidem AA. & CC. Eulogio.

NEgocium gerentes alienum nõ interueniente speciali pacto, casum fortuitum praestare non compelluntur. Dat. XI. Kalend. Decemb. CC. Coss.

Pro negociorum gestione datur actio personalis, non hypothecaria, quae est in rem. Alexand.

XXIII. Iidem AA. & CC. Theodoro.*

*al. Theodosio.

NEgociis gestis, non in rem sed in personam est actio. Dat. XII. Kal. Decemb. Nicomediae, CC. Coss.

Prohibitio domini tollit negociorum gestorum actionem in his quę post prohibitionem geruntur. Salyc.

XXIIII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni* P. P.

*al. Iuliano.

SI quis volente & specialiter prohibente domino rerum administrationi earum sese immiscuit: apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis quae circa res factae sunt, ta-

lis negociorum gestorum habeat aliquam aduersus dominum actionem. Quam quibusdam pollicentibus directam vel vtilem, aliis negantibus (in quibus & Saluius Iulianus fuit) hoc decidentes sancimus, si cōtradixerit dominus, & eum res suas administrare prohibuerit, secundum Iuliani sentētiam nullam esse aduersus eum, [vel directam, vel vtilem] contrariam actionem, scilicet post denunciationem, quam ei dominus transmiserit non concedens ei res eius attingere, licet res bene ab eo gestæ sint. Quid deinde[a] *si dominus aspexerit ab administratore multas expensas vtiliter factas: & tunc dolosa adsimulatione habita, eum prohibuerit, vt neque anteriores expensas præstet? quod nullo modo patimur: sed ex quo [ea*[b]*] testatio ad eū facta est vel in scriptis, vel sine scriptis, sub testificatione aliarum tamen personarum: ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam ei competere actionem: super anterioribus autem, si vtiliter factæ sunt, habere eum actionem contra dominum cōcedimus sua natura currentem. Dat. XIIII. Kalend. Decemb. Lampadio & Oreste Coss.*

[a] quid enim. quod est, rectius.

[b] pro inclusolegendum est, die.

DE HIS QVÆ VI METVS-VE CAVSA GESTA SVNT.

TIT. XX.

Periculum interitus spectat ad furem, & metum inferentem. Sal.

I. Imp. ALEX. A. Felici.

PErsecutionem eorũ quæ vi vel furto ablata sunt, etiam si postea intercidermt, integram esse, iure responsum est. PP. X. Kal. Decemb. Maximo II. & Aeliano Conss.

Spontanea solutio metum in promittẽdo adhibitum purgat: & sic actionem quod metus causa tollit. Salyc.

II. Idem A. Alexandro.

CVm te non solum cauisse, verum etiam soluisse pecuniam confitearis: qua ratione vt vim passus restitui quod illatum est, postules, perspici non potest: quando * verisimile non sit ad solutionem te properasse omissa querela de chirographo, vtpote per vim extorto, nisi & in soluẽdo vim te passum dicas. PP. VI. Kal. Iul. Alexandro A. II. & Marcello Coss.

* al. Quin verisimile nõ fit.

Vendens vel eius heres fundum propter metum, venditum repetit vtili actione in rem à quolibet possessore, si precium offerat, & possidẽs longo tẽpore nõ præscripserit. Sal.

III. Imp. GORD. A. Caio.

SI vi vel metu fundum auus tuus distrahere coactus est, etiam si maxime emptor eum alij vẽdidit: si tamen tu auo tuo heres extitisti: vt tibi reddito à te precio restituatur, postquam placuit in rem quoque dari actionem

nem secundum formam perpetui edicti, adito præside prouinciæ poteris postulare: si modo qui secundo loco comparauit, lõgæ possessionis præscriptione non fuerit munitus. PP. VI. *Id. Aug. Pio & Pontiano Conss.*

Actio quod metus causa, intra annum datur ad quadruplum si res non restituatur: post annum vero ad simplum, si alia non competit. Bald.

IIII. Idem A. Primo & Euthydico.[a]

[a] al. Eutycheti. al. Eutycheo.

SI per vim, vel metũ mortis, aut cruciatus corporis, venditio à vobis extorta est, & non postea eam consensu corroborastis: iuxta perpetui formam edicti, intra annum quidem agentes, (quo experiundi potestas est) si res nõ restituatur, quadrupli condemnationem referetis, scilicet reddito à vobis precio. Post annum vero causa cognita, eadem actio in simplum permittitur. quæ causæ cognitio eò pertinet, vt ita demum decernatur, si alia actio non sit. PP. III. *Non. Aug. Gordiano* A. *& Auiola Coss.*

Actio quod metus causa, competit, siue quis sit coactus vendere, siue minori precio vendere. Salycet.

V. Idem A. Rufo militi.

NOn interest à quo vis adhibita sit patri & patruo tuo, vtrum ab emptore, an vero sciente emptore ab alio, vt vi metúve possessionem vendere cogerentur. Nam si ad-

hibita vi compulsi sunt possessiones suas, quæ maiore valebant, minimo distrahere: iurisdictionis tenore, vt id quod improbè factum est, in priorem statum reuoluatur, impetrabunt. PP. VI. *Kal. Ian. Gordiano* A. *& Auiola Coss.*

Ex sola dignitate non præsumitur dolus vel metus inferri. Bald.

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & cc. Polliæ.

AD inuidiam alicui nocere nullam dignitatē oportet. vnde intelligis, quòd ad metum arguendum, per quē dicis initū esse cōtractum, senatoria dignitas aduersarij tui sola nō est idonea. PP. XII. *Kal. Maij, Heracliæ* cc. *Coss.*

Minæ capitales inducunt iustum metum: & omnis contractus qui fit per metum, potest peti rescindi. Bald.

VII. Iidem AA. & cc. Cotui.*

*al. Cotiis. al. Tusco. al. Cociuio.

SI donationis, vel transactionis, vel stipulationis, vel cuiuscunque alterius cōtractus obligationis confectum instrumentum, metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales minas pertimescendo, adito præside prouinciæ probare poteris: hoc ratum haberi secundum edicti formam non patietur. Dat. II. *Nonas Ianuar.* AA. *Coss.*

VIII. Iidem AA. & cc. Tryphonio.*

*al. Trophimo. al. Trophino al. Trophonio.

CVm te domus & horti venditionē fecisse sub specie recipiendi quod de frumento fete

feceras instrumentũ, vel timore ad ciuilia munera nominareris, proponas: & rescindi venditionem veluti metus causa factam, desideres: intelligis ad ratum non habendum contractum, metum huiusmodi prodesse non posse. Dat. XI. Kal. Septemb. Vimmacij, CC. Coss.

Ex solis minis non probatur metus, nisi fuerit deuentum ad actum. Bald.

IX. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

Metum non iactationibus tantum, vel contestationibus, [a] *sed atrocitate facti probari conuenit. Datum Kalend. Decemb. CC. Coss.*

[a] al. cõtestatione eius. al. contestatione metus. rectius.

Timor accusationis institutæ vel instituendæ, non facit hanc actionem competere ad rescindendum contractum. Alex.

X. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

Accusationis institutæ vel futuræ metu alienationem seu promissionem factam rescindi postulantis, improbum est desiderium. Dat. VI. Kalen. Feb. CC. Coss.

XI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Euagrium [a] præfectum prætorio.

[a] al. Euastrium.

Si per impressionem quis aliquem metuens saltem in mediocri officio constitutum, rei suæ in eadem prouincia vel loco vbi tale officium peragit, sub venditionis titulo fecerit cessionem: & quod emptum fuit, reddatur, & nihilo minus etiam pecunia retineatur: simili pœna seruanda, si qui vel coniugis vel amici nominibus abutentes, prædam tamen sibi acqui-

rant.x.Kal.Octob.Aquileiæ,Constantino A. VII.*& Constantino Cæs.Conss.*

Extortum per potentiam, infirmatur. Bald.

XII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS A A. ad populum.

* c. 7. § 1. l. vlt.

V*Enditiones,* donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari. Dat.* XIII.*Kalen.Mart.ipsis* A A. VIII.*&* III.*Conss.*

DE DOLO MALO.

TIT. XXI.

Si creditor pignora sibi obligata velit iure creditoris vendere, fideiussor non debet pro se emere. Alex.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS A A. Clementinæ.*

* Clementię. al. Vehemétiæ.

S*I fideiussor à creditore pignora emerit: oblata quantitate sortis & vsurarum, tibi dominium cum fructibus quos bona fide percepit, consultius restituet, ne fidei ruptæ gratia de dolo poßit actio exerceri. Accepta Dat.* III. *Idus Maij, Plautiano & Geta Conss.*

Actio de dolo non concurrit cum alia, & causa cognita competit. Bald.

II. Imp. ANTONINVS A. Agrippæ.

D*E dolo actio, cum alia nulla competit, causa cognita permittitur. Dat. Non. Nouemb. Gentiano & Basso Conss.*

Di

De vtili tempore deducitur tempus absentiæ. Alex.

III. Imp. GORDIANVS A. Aquilino.

Non possunt obesse tibi tempora quæ in actione de dolo solēt computari, quibus reipublicæ causa (vt allegas) occuparis: sed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intra præstituta tempora cœperis obtinere. PP. *Idib. August. Sabino* II. *& Venusto Conss.*

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Menandræ.*

*al. Menandro.

Cum proponas inter te & eum quem in contubernio ancillam tuam sibi coniunxisse memorasti, placuisse, vt tibi pro eadem daret mancipium: intelligis quòd si manumisisti, vel ei tradidisti, & ille manumisit, reuocandæ libertatis potestatem non habes: sed solum, si necdum statutum tempus excesserit, & fidem placiti rumpat, desiderare debes de dolo tibi decerni actionem. Quòd si penes te dominium eius remansit: adito præside prouinciæ cum natis eius hanc potes recuperare, si nulla moueatur status quæstio. Dat. III. *Kal. Maij Heracliæ,* CC. *Conss.*

Valet transactio inter filium emancipatum & patrem, cuius tutelam pater gessit. sed si dolus patris interuenit, talis dolus purgatur per actionem in factum nō per act. de dolo.

V. Iidem AA. & CC. Amphidrosæ.*

*aliàs Aphrodisiæ al. Amphrodisiæ.

SI superstite patre per emancipationem tui iuris effecta, matri successisti: rebúsq; tuis per legitimum tutorem patrem eundémq; manumissorem administratis, postea transegisti cum eo bona fide: perspicis quòd si pactum tantùm factum sit, petitio tua per exceptionē submouetur. Si vero nouatio legitimo modo intercessit, & acceptilatio subsecuta est: nullam tibi iam superesse actionem. Sanè si læsa es immodice, liberatione solenniter per nouationem atque acceptilationem tributa: non de dolo propter paternam verecundiam, sed in factū actio tibi tribuenda est. Dat. Idib. Iun. cc. Conss.

Dolus non præsumitur, nisi per indicia vrgentia probetur. Bald.

VI. Iidem AA. & cc. Hymnodæ.

DOlum [a] ex indiciis [a] perspicuis probari conuenit. Datum Kalendis Decembr. cc. Conss.

[a] pars l. 8. j. de rescin. véd. [a] insidiis, in meis omnibus manus. & rectius vi detur, q̃ indiciis: cū & hoc verbū sit in d.l. 8. de rescin. véd. vnde hæc constitutio sumpta est. Cont,

Dolo in luctus ad repudiandum hereditatem, agit contra inducentem per actionem de dolo. Bald.

VII. Iidem AA. & cc. Sebastiano.

SI maior quinque & viginti annis hereditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas eius adeundæ relinquitur. Sane si eius vxoris tibi substitutæ dolo factum est: actionem de dolo contra exercere potes. Dat. XVI. Kalen. Maij, cc. Conss.

Actio

Actio de dolo hodie durat tantum biennio continuo, à tempore doli commissi numerando, quod tempus currit absenti & ignoranti. Salyc.

VIII. Imp. CONSTANT. A. ad Symmachum vicarium.

*OPtimum * duximus, non ex eo die quo se quisq; admissum dolum didicisse commemorauerit, neque intra anni vtilis tempus, sed potius ex eo die quo adseritur commissus dolus, intra cōtinuum biennium de dolo actionem moueri: siue absuerit, siue præsto sit * is qui dolum se passum esse conqueritur. Omnes igitur sciant, neq; incipiendæ post biennium, neq; ante completum bienniū cœptæ, post biennium [vero] finiendæ doli actionis [esse] concessam licentiam. Dat. VIII. Kalendas August. Nesso, Constantino A. V. & Licinio Cæsare Conss.*

* c. T. 2. 15. 1.

* est.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE MINORUM [vigintiquinque annis.] *

* hæc postrema verba desunt in plerisq;

TIT. XXII.

Minor læsus in renunciando querelæ inofficiosi testamenti tacite vel expresse, restituitur in integrum. Bald. & Alex.

I. Imp. ALEXANDDER A. Plotianæ.

Illud

Illud inspiciendum est, num inofficiosi querelæ, vel palam, vel tacita dissimulatione sit renunciatum. Nec hoc autem in tuam personam cadere posse, auxilium quod ætati impertitur, ostendit. Dat. v. Id. Iul. Maximo II. & Æliano Conss.

Liberorum numerus non supplet ætatem, quantum ad excludendum à restitutione in integrum. Bald.

II. Imp. GORDIANVS A. Alexandro.

Eo tempore quo soror tua auxilio ætatis iuuabatur, si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit: licet quinque filios superstites habuerit, non tamen ideo minus ad edicti prærogatiuam pertinet: scilicet si nunc per ætatem beneficium restitutionis largitur. P P. VIII. *Id. Aug. Pio & Pontiano Conss.*

Si minor habens curatorem, contrahit sine eo, contractus est nullius: sed si non habet, contractus valet, sed restituitur si læditur. Bald.

III. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIAN. A A. & C C. Attiano*

*al. Atticiano. al. Antonio. °conter cum l. pubere. ff. de verb. oblig.

Si curatorem habens minor quinque & viginti annis post pupillarem ætatem res vendidisti, hunc contractum seruari non oportet: cum non absimilis ei habeatur minor curatorem habens, cui à prætore curatore dato, bonis interdictum est. Si verò °sine curatore

constitutus, contractum fecisti: implorare in integrum restitutionem, si necdum tempora præfinita excesserint, causa cognita non prohiberis. Dat. XIIII. Kal. Maij, Heracliæ, A A. Coss.

Allegans ætatem ad suæ petitionis fundamentum, debet eam probare. Alex.

IIII. Iidem A A. & C C. Isidoro.

SI minorem te quinque & viginti annis fuisse cum contraheres, ostenderis, & tempora restitutionis præstituta excessisse, ab aduersario tuo comprobatum non fuerit: præses prouinciæ in integrum restitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. VI. Kal. Maij, Heracliæ, A A. Coss.

Vbi reperitur minor ætas & læsio, ibi competit in integrum restitutio. Bald.

V. Iidem A A. & C C. Rufo.

MInoribus in integrum restitutio, in quibus se captos probare possunt, etsi dolus aduersarij non probetur, competit ante impletum etiam quintum & vicesimum annum, de his in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi iuris est. Dat. V. Kalen. Maij, Heracliæ, A A. Coss.

Instantia causæ in integrum restitutionis transit in heredem. Bald.

VI. Iidem A A. & C C. Sententiæ.

*SI intra ætatem * cui succurri solet, in integrum restitutionis auxilio lis inchoata est, nec*

* minorem. Pau.

nec ei à te renunciatum est: mors eius contra quem hæc fuerit implorata, fraudi tibi esse non potest. Dat. v. Kal. Maij, Sirmij, CC. Conss.

Non dicitur decipi, qui credit assertioni quam scit esse falsam. Bald.

VII. Iidem AA. & CC. Seueræ.

DE tutela auunculi eiusdémque tutoris, cui falso ætate probata præstitisti liberationem, quem ignarum ætatis tuæ non fuisse tam officium tutelæ quàm sanguinis proximitas arguit, si necdum statutum tempus excessit, ex causa in integrum restitutionis heredes eius conuenire potes. Dat. XI. Kal. August. CC. Conss.

In omissis ex certa scientia vel sine, minor restituitur. Salyc.

VIII. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Iuliano proconsuli Africæ.

a 4. T. 2. 16. 3.

MInoribus [a] *in his quæ vel prætermiserunt, vel ignorauerunt, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. Dat. Non. Maij, Constantio V. C. Cos.*

Minor læsus casu fortuitò, non dicitur circunscriptus: & ideo non restituitur in integrum. Alex.

a al. Iuliano. aliàs Alieno.

IX. Imp. ZENO A. Aeliano [a] præfecto prætorio.

NOn videtur circunscriptus esse minor qui iure sit vsus communi. Dat. Kalen. Ian. Basilio & Constante Conss.

DE

DE FILIOFAMILIAS MINORE.

TIT. XXIII.

Auctoritas patris non firmat contractum filij minoris contra restitutionem in integrum. Bald.

I. Imp. GORDIANVS A. Gaudiano [a] militi.

FILIVSFAMILIAS si minor vigintiquinque annis pro extraneo fideiussit, in integrum restitutionem implorare non prohibetur. Sed & si pro patre suo fideiussor extitit, eíque diem suum functo non successit: in integrum restitutionem postulare potest. [a] *Dat. Kalen. Iul. Gordiano* A. II. *& Pompeiano Coss.*

[a] al. Cardiano.

[a] al. postulare non potest.

Filiusfamilias minor restituitur aduersus mutuum, nisi iussus patris interuenerit: vel iuuetur per Macedonianum. Salyc.

II. Idem A. Triphoni militi.

SI frater tuus cum mutuam pecuniam acciperet, in patris fuit potestate, nec iussu eius, nec contra senatusconsultum contractum est: propter lubricum ætatis, aduersus eam cautionem in integrum restitutionem potuit postulare. P. P. III. *Non. Octob. Pio & Pontiano Coss.*

DE FIDEIVSSORIBVS MINORVM.

TIT. XXIIII.

Restitutio concessa minori, non prodest fideiussori. Alex.

I. Imppp. SEVERVS & ANTONINVS A A. Mironi.[a]

[a] al. Minori.

POSTQVAM *in integrum ætatis beneficio restitutus es, periculum euictionis emptori cui prædium ex bonis paternis vendidisti, præstare non cogeris. Sed ea res fideiussores qui pro te interuenerunt, excusare non potest: quare mandati iudicio, si pecuniam soluerint, aut condemnati fuerint, conuenieris: modò si eo quoque nomine restitutionis auxilio non iuuaberis.* VI. *Kal. Octob. Seuero* A. *& Albino Conss.*

Restitutio minoris non prodest fideiussori, nec potest restitui fideiussor minoris, nisi ob dolum aduersarij. Bald.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. A A. Curioni.

S*I ea quæ tibi vendidit possessiones interposito decreto præsidis, ætatis tantummodo auxilio iuuatur: non est dubium fideiussorem ex persona sua obnoxium esse contractui. verùm si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse: manifesti[b] iuris est vtrique persona*

[b] al in quibusdã manusc. manifestum est.

personæ tam vēditricis quàm fideiussoris consulendum esse.S.VI.Kalen.Maij Diocletiano. II.& Maximiano AA.Conss.

SI TVTOR VEL CVRATOR INTERVENERIT[a]

TIT. XXV.

[a] al. intercesserit.

Minor aduersus aditionem potest restitui intra tempus legitimum: quo elapso contra curatorem sibi succurritur.Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Martianæ & aliis.

SI iam puberes vtriusque sexus parentum hereditatem adiistis: si etiam[b] nunc in ea ætate estis, vt eo quòd paternæ hereditati vos obligastis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis,per procuratores vestros adite præsidem prouinciæ. Quòd si legitimam ætatem implestis,idq; tempus quo in integrum restitui potestis,[c] excessistis:curatores vestros, si aduersus eos nondum experti estis, iudicio secundum formam iuris conuenite.PP.II.Nonas Aprilis Læto & Cereali Conss.

[b] al. sed & si nunc.

[c] al. possitis.

Tutoris auctoritas in iudicio vel extra, non impedit restitutionem minoris.Bald.

II. Imp. ALEXAN. A. Martianæ.

MInoribus annis vigintiquinque etiam in his quæ præsentibus tutoribus vel curatoribus in iudicio, vel extra iudiciũ gesta

fuerint, in integrũ restitutionis auxilium superesse si circunuenti sunt, placuit. PP. III. *Nonas Mart. Maxi.* II. *& Aquilino Conss.*

Auxilium extraordinarium cum ordinario concurrit contra diuersos. Bald.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Nicomedi.

E*Tiam in his quæ minorũ tutores vel curatores male gessisse probari possunt: licet personali actione à tutore vel curatore ius suum consequi possint: in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem minoribus dari iam pridem placuit. Datum* IIII. *Non. Maij, Maximo & Aquilino Conss.*

Minor non restituitur contra obligationem, quam in se suscepit eius administrator. Bal.

IIII. Iidem AA. & CC. Isidoro.

S*I creditor non vestram personam, sed curatorum secutus, cum ipsis cõtractum habuit, & ab ipsis stipulatus est: nullam ei prorsus aduersus vos actionem competere, manifestum est.* V. *Kal. Maij, Heracliæ,* AA. *Conss.*

Licet minor possit restitui, tamen potest contra administratorem experiri: nec præiudicat sibi per electionem. Bald.

V. Iidem AA. & CC. Valentino.

E*Tiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus, vel aliàs contrahentibus,* "*minores tam restitui rebus propriis, quàm tutorum vel*

"al. deest vel al. contrahentibus.

vel curatorum damna sequi, [a] *nullo eis præiudicio per electionem generando, placuit.* VI *Id. Decembr.* CC.*Conss.*

[a] al. prosequi.

SI IN COMMVNI EADEMQVE CAVSA IN INTEGRVM RESTITVTIO POSTVLETVR.

TIT. XXVI.

Pactum sororis non præiudicat fratri. Item restitutio sororis non patrocinatur fratri. Bald.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aphobio [a] & aliis.

[a] al. Phobio. al. Amphibio.

NEC *si maior vigintiquinque annis soror vestra fuit, vobis non mandantibus, nec ratam trāsactionem habentibus, de iure vestro quicquam minuere potuit. Nā si cognitis quæ gessit, his consensum post vigintiquinque annos ætatis commodastis:* [a] *quamuis illa minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare poßit: vobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium eius ætas patrocinari non potest.* S. III. *Idus August.* CC. *Conss.*

[a] accōmodastis.

SI ADVERSVS REM IVDICATAM [RESTITVTIO POSTVLETVR.]

TIT. XXVII.

Contra sententiam pro parte condemnatoriam, & pro parte absolutoriam potest minor pro parte scilicet quatenus est læsus, restitui. Bald.

*Iuliis.

I. Imp. ALEXAND. A. Viliis.*

MINUS ex tutelæ iudicio consecuti, de superfluo habere actionem ita potestis, si tempore iudicij minores annis fuistis, & nunc beneficium ætatis vobis largitur. Cæterum si post legitimam ætatem sententia prolata est: iteratò eandem actionem de eisdem speciebus inferre non potestis. PP. V. *Kalend. Februa. Pompeiano & Peligno Conss.*

Minor xxv. annis potest restitui contra sententiam latam pro patre, super patria potestate. Bald.

II. Imp. GORD. A. Serenæ.

SI cum pater tuus te in sua potestate esse: miniméque emancipationem à se factam valere diceret, proconsul super causa cognoscens, te eius potestati subiectam pronũciauerit: cum aduersus eam sententiam in integrum restitui postules: is qui prouinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. PP. XV. *Kalendas Decemb. Pio & Pontiano Conss.*

Aduersus sententiam vicarij vel delegati principis solus princeps cognoscit & restituit.

III. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS Cæs. Aelianæ.

ADuersus sententiam eius qui tunc vice principis iudicauit, in integrum restitutionis auxilium apud prætorem seu præsidem prouinciæ clarissimum virũ flagitare nequaquam poteris. Nam aduersus eius sententiam, qui vice principis cognouit, solus princeps restituet. PP. XVIII. *Kalend. Nouemb. Philippo* A. *& Titiano Conss.*

Sententia lata aduersus minores indefensos, est nulla ipso iure: sed si sunt legitime defensi, est valida: sed possunt restitui. Bald.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Vrbinio* & aliis.

* Vrbano

CVm & minores vos esse affirmetis, & indefensos: nullum vobis præiudiciũ fieri præses prouinciæ pro sua grauitate curabit. Nam si iusta defensione tutorum vel curatorum vobis assistente aliquid statutum est, intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: eodem obtinente etiam si per procuratorem vestrum legitimè ordinatum lis agitata est. Dat. XVI. *Kal. Maij, Maximo & Aquilino Conss.*

Non attenditur qualitas administratoris, sed qualitas domini. Bald.

V. Iidem AA. & CC. Martiano.

IN rem pupilli vel adulti contra tutores seu curatores à præside lata sententia, restitutionis auxiliũ non minus quàm si quid aduer-

sus eos fuisset statutũ, implorare minores posse constat. Dat. x. *Kalend. Nouemb.* AA. *Conss.*

SI ADVERSVS VENDITIONEM.

TIT. XXVIII.

Si venditio solennis processit à minore cum iuramento, excludit beneficium restitutionis. Bald.

I. Imp. ALEX. A. Florentio militi.

S*I minor annis vigintiquinque emptori prædij cauisti nullam de cætero te esse controuersiam facturum: idque etiam iureiurando corporaliter præstito seruare confirmasti: neque perfidiæ, neque periurij me auctorem tibi futurum sperare debuisti.* Dat. VI. *Kalend. Septemb.**

Contractus puberum iuramento firmati, nequeunt infirmari: nisi vis vel iustus metus interuenerit. Bald.

Noua constitutio Friderichi.

S*Acramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inuiolabiliter custodiantur. Per vim autem vel per iustum metum extorta, etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti iubemus.*

Minor læsus sui facilitate, vel per tutoris insidias, restituitur in integrum. Bald.

II. Imppp. CONSTANT. [CONSTANTIVS, & CONSTANS A]^a A. ad populum.

IN integrum^b *restitutione minoribus aduersus commentitias venditiones, & aduersus tutorum seu curatorum insidias, sanctionum præsidio cautum esse non dubium est. Datum Id. August. Sirmij, Constantio*^c II. & *Constante*, CC. *Conss.*

^a Inclusa desunt in manusc. & C. Th. recte.

^b C. Th. 2. 16. 1.

^c al. ipso A. VII. & Constantino Cæs. IIII. Coss.

SI ADVERSVS VENDITIONEM PIGNORVM.

TIT. XXIX.

Si res minoris est vendita iure creditoris: minor non restituitur, nisi propter enorme damnum. Bald.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabinæ & aliis.

ETIAM *aduersus venditiones pignorum quæ à creditoribus fiunt, minoribus subueniri, (si tamen magno detrimento afficiantur) iam pridem placuit. Si igitur pignori captis prædiis, ac distractis, enorme damnum ex huiusmodi venditione passos vos ostenderitis: præsertim cum hodie minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Datum* X. *Kalend. Decemb. Sirmij, ipsis* AA. *Conss.*

Contra venditionem pignoris, quod incepit ab auctore minoris, minor non restituitur: sed si creditor fuit in aliqua fraude, succurretur minori contra creditorem. Bal.

II. Iidem AA. & CC. Seueræ & Clementinæ.[a]

[a] al. Clemétianæ.

Rem quam à patre vestro quondam creditor eius obligatam sibi distraxit, per ætatem vestram postulantium reuocari desiderium non habet rationem. quod iuris est etiã si extraneo successistis. Nam si creditor non bona fide versatus est, ipsum magis vel tutores siue curatores vestros, qui hanc venũdari passi sunt, conuenite. Dat. XIII. *Kalend. Maij Sirmij*, CC. *Conss.*

SI ADVERSVS DONATIONEM.

TIT. XXX.

Minor non restituitur contra congruentem donationem propter nuptias, vel nuptialia munera consueta. Bal.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMI. AA. Theodoræ.[a]

[a] al. Theodotæ.
[b] pars l. prædia. j. de prędiis & aliis rebus min.

SI quæ res [b] ante nuptias congruenti moderatione à minore annis vigintiquinque marito sponsaliorum tempore, etiam curatore præsente tibi donatæ sunt: obtentu ætatis non reuocabuntur. S. III. *Non. Nouẽb. Diocletiano & Aristobolo Conss.*

Pa

Pater non poteſt alienare res donatas filiis emancipatis. Bald.

II. Iidem AA. & cc. Medeæ.[a] — [a] al. Medę. al. Medię.

SI in te ac fratrem tuum emancipatos pater veſter donationẽ fecit: in alium poſtea trãſferendo portionem eius, nihil vobis abſtulit: nec ſi frater tuus ſibi quæſiti prædij ruſtici partem donanti patri cõſenſit, dominium ab eo diſcedere potuit propter ſenatuſconſulti auctoritatem, nec auxilium in integrum reſtitutionis hac in re neceſſarium eſt. In aliis verò rebus quæ etiã ſine decreti recitatione alienari poſſunt: ſi poſtquam ſibi donatæ fuerint, poſtea alij donanti eandem patri voluntatem in minori ætate cõmodauit,[a] nec præſtituta tempora reſtitutionis exceſſit: hoc auxilium implorare poteſt. Datum VIII. *Kalend. Ianuar.* AA. *Conſſ.*

[a] al. accõmodauit, in omnib. rectè.

SI ADVERSVS LIBERTATEM.

TIT. XXXI.

Minor reſtituitur contra ſentẽtiam, qua pronunciatur aliquem liberandum, ſed non contra ſententiam libertatis. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Hamniæ.[a] — [a] al. Annię

SI poſt decretum prætoris viri clariſſimi, qui fideicommiſſariam libertatem deberi pronunciauit, Secundus, (quem conditioni non paruiſſe conquere-

ris) manumissus non est: ætas tua litis instaurationem admittit. Quòd si libertatem (quamuis indebitam) dedisti, non posse eam reuocari intelligis: sed damnum quod ob eam causam illatum est, iudicio negociorum gestorum à curatoribus tuis esse sarciendum. PP. XI. *Kalen. Iul. Laterano & Rufino Consf.*

Manumissio vindicta, id est causa cognita & cum decreto, ratione minoris ætatis retractari non potest. Bald.

*Solamię.

II. Imp. GORD. A. Solanoæ.*

E*Tsi minor viginti annis, vt allegas, constituta seruum tuum ab eo circunscripta in concilio manumisisti: tamen vindictæ impositio,* *qua libertas iusta munitur, nec obtentu quidem ætatis rescindi potest: indemnitati vero tuæ à manumisso scilicet sarciendæ, ab eo cuius iurisdictio est, quatenus iuris ratio permittit, consuli debet.* PP. VI. *Id. Mart. Gordiano* A. II. *& Pompeiano Consf.*

*al. tamen vindicta imposita, qua &c.

Quod est nullum, non rescinditur per restitutionem in integrum. Bald.

III. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Marthonæ* & Sabinillæ.

*Matronæ.

Q*Vos retrahi in seruitutem postulatis, si non in concilio causa cognita, cum minores annis viginti fuissetis, manumisistis: non per in integrum restitutionem, sed ipso iure persequi potestis. Quòd si probata causa libertas præstita est: restitutio in integrũ contra*

liber

libertatem locum habere non poteſt. Si tamen in ea re, culpa ſeu fraude liberti, eiuſdémque curatoris, ratio veſtra læſa ſit: ſarciri damnum ab eo qui hoc intulit, præſes prouinciæ curabit: nõ dubitaturus etiam grauiorem executionem adhibere, ſi quid tam aperta fraude commiſſum eſt, vt puniendum in liberto crimen deprehendatur. P P. VIII. *Kalend. Octob. Seculare* II. *&* *Donato Conſſ.*

Contra ſententiam libertatis procedit appellatio: ſed non in integrum reſtitutio. Bald.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. A A. & C C. Tatiano.*

*al. Titiano. al. Tacipano.

IN iudicio de liberali cauſa ſententiam pro libertate latam, ne quidẽ prærogatiua minoris ætatis ſine appellatione poſſe reſcindi, ambigi non poteſt. Dat. VI. *Id. Ian. ipſis* AA. V. *&* IIII. *Coſſ.*

SI ADVERSVS TRANSACTIONEM VEL DIVISIONEM [in integrum minor reſtitui velit.]

TIT. XXXII.

Minore reſtituto cõtra tranſactionem vel diuiſionem, reſtituitur aduerſarius ad veterem actionem. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS A A. Antonio.*

*Honorato.

Cum

CVM in integrum pupilla restituta, rescindi trāsactionem vel diuisionem placuit: tu quoque actionibus quas pridem habuisti, vtêris. PP. xv. Kalendas April. Sirmij, CC. Coss.

Per restitutioné actio elisa roboratur aduersario: vel denuo oritur, si prima erat ipso iure extincta. Bald.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Hymnodæ.*

*Iornadę.

SI ex persona minorum in integrum restitutio aduersus transactum propter ætatis auxilium imploretur: tibi quoque agēti ex integro, vel replicatione contra exceptionem pacti, vel si peremptam esse constet pristinam obligationem, ex instauratione negocij tributa [tibi*] actione consulendum est. Dat. Kalend. Decemb. CC. Coss.

*deest in omnibus.

SI ADVERSVS SOLVTIONEM A TVTORE* VEL A SE FACTAM. TIT. XXXIII.

*debitore. in omnibus. recte.

Minor causa cognita restituitur aduersus solutionem factam eius curatori. Bal.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Sotericæ.*

* Soraticæ.

EXEMPLO cæterorum debitorum tutores etiā quæ ex administratione tutelæ debent, curatoribus soluentes liberantur: sed ante tempus in integrū

restitu

*restitutionis præstitutum edicto perpetuo permissum beneficiũ implorari,& an sit tribuendum, per causæ cognitionem æstimari potest. Dat.*VI.*Id.Feb.*CC.*Coss.*

Minor restituitur contra solutionem debiti naturalis,quam facit lapsus errore iuris. Bald.

II. Iidem AA. & CC. Laurinæ.[a]

*INdebito legato,licet per errorem iuris à minore soluto,repetitionem ei decerni:si necdũ tempus quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit:rationis est. Dat.*XV.*Kalen. April. Sirmij,*CC *Coss.*

[a] al. Lauroniæ. al. Larinæ.

SI ADVERSVS DOTEM.

TIT. XXXIIII.

Minor circunscripta in datione dotis viro tanta dote non digno,potest restitui,& eius heres. Salyc.

I. Imp. ALEXANDER A. VALENTI.

QVoniam circunuẽtam dicis sororem tuam omnia bona in dotem dedisse: an veritas allegationi [tuæ] adsistat, si ad te hereditas sororis tuæ vel bonorum possessio pertinuit, & tempora nondum præterierint intra quæ legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrũ restitutionẽ: præses prouinciæ præsẽte aduersa[b] *parte examinabit. Dat.*VI.*Id.Iul. Maximo & Paterno Coss.*

[b] diuersa.

Si

SI ADVERSVS DELICTVM.

TIT. XXXV.

Vbi minor deliquit per dolum, restitutio non procedit sed vbi per culpam, ibi subuenitur ei per restitutionem in integrum Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Longino.

IN criminibus[a] quidem ætatis suffragio minores non iuuantur. etenim malorum mores infirmitas animi nõ excusat. si tamen[b] delictum non ex animo, sed extra venit: noxia non committitur, etiam si pœnæ causa pecuniæ damnũ irrogetur: & ideo minoribus in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit. Dat. Id. Octob. Seuero A. II. & Victorino Coss.

[a] Confer cũ l auxilium. ff. de mino.
[b] Pro, si tamen, legẽdum est, sed cum.

Minor non petens tutorem filio impuberi, ipso iure seruatur illæsa: nec successione impuberis est priuanda. Bald.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. & CC. Proculæ.

LIcet in delictis ætate neminem excusari constet: matri tamen, quæ filiis tutorem ætatis lubrico lapsa non petiit, eorum minime denegari successionem cõuenit: cum hoc in maioribus matribus tantùm obtineat. V. Nonas Mar. CC.*

Si

SI ADVERSVS VSV-CAPIONEM.

TIT. XXXVI.

Contra vsucapionis damnum minor restituitur. Bald.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. & CC. Isidoræ.

C*ONTRA eos qui res minorum*[a] *tenent, si vsucapione dominiũ acquisierint, restitutionis auxilium eis decerni debet. Dat. Kalen. Maij, Sirmij,* CC. *Coss.*

[a] al. minoris.

SI ADVERSVS FISCVM.

TIT. XXXVII.

Minor restituitur etiam contra fiscum. Bal.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Longino.

S*I Probus in minore ætate constitutus, circumuentus à Rufino dispensatore nostro, venditionẽ rei præcipiti animo precio longe minore cõtrahere festinauit: iuris publici fiscus noster in integrum restitutionis iure sequetur auctoritatẽ. Dat.* * *Seuero* A. II. *& Victorino Coss.*

II. Imp. ALEXANDER A. Antiocho & aliis.

S*I aduersus priuatos in integrũ restitutionẽ tã tu quàm fratres tui desideratis: præsidis*

sidis puinciæ viri clarissimi notio est: isq; causa cognita æstimabit, an auxiliũ quod imploratis, cõferri vobis debeat. quòd si aduersus fiscũ id postulatis: intelligitis procuratorẽ meũ vnà cũ præside, præsente fisci patrono, adire vos debere. Dat. Kal. Aug. Alex. A. II. & Mar. Coss.

Si minoris res alicui est vendita à fisco iure creditoris minus solenniter, & iniusto precio: etiam post quinquennium retractatur, debitore satisfaciente fisco. Bald.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. & CC. Laurentio.

*E Dicto quidem diui Marci parentis nostri res minorum exceptæ, * nibil tuum adiuuãt desiderium: siquidem debiti causa patris minoris, vel etiam ipsius prædia venundata, quinquennij præscriptionis nullam admittũt quæstionem. Sed quoniam per collusionem siue fraudem tunc temporis procuratoris nostri nimis exiguo precio fundum tuum cum mancipiis venundatum asseueras: si aditus Rationalis noster tuis adesse fidem allegationibus, nec seruatam solẽnitatem hastarum animaduerterit: fisco te satisfaciente, reuocata venditione, fundũ tibi restitui iubebit. Dat. Id. Feb. Sirmij, CC. Conss.*

* exceptæ.

SI ADVERSVS CREDITOREM.

TIT. XXXVIII.

Ipse

Ipse minor in mutuo læsus præsumitur, nisi mutuans probet versum in rem minoris: & ideo minor restituitur. Bald.

I. Imp. ANTONINVS PIVS A. Prunico.

CVM & ipse profitearis* cum Zenodora minore vigintiquinque annis [te] contraxisse, nec doceri* potuisse prætorem virum clarissimum ex eo contractu locupletiorem [eam esse] factam, intelligis eam merito in integrum restitutam. Dat. XI. Non. Aug. Largo & Messalino Conss.

* cõfitearis.

* docere. recte. & ita in omnibus.

II. Imp. GORDIANVS A. Caiano.*

* al. Gaiano. al. Gagano.

SI (vt allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec ea in rẽ tuam versa est: aduersus cautionẽ per quam eo nomine te obligasti, in integrũ restitutionis auxiliũ potes solẽniter postulare. PP. III. Non. Feb. Gord. A. II. *

SI MINOR * AB HEREDITATE SE ABSTINEAT.

TIT. XXXVIIII.

* Sic legẽdũ: Si vt ab hereditate se abstineat.

Filius qui se paternæ hereditati non immiscuit, non eget beneficio restitutionis in integrum vt abstineat. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONIN. AA. Florentio* & aliis.

* Florentino.

SI vos paternæ hereditati non immiscuistis: ob eam rem testificatio necessaria non fuit, cum fides veritatis verborũ adminicula non desideret. Quòd si

pro herede gesistis, vel bonorum possessionem accepistis: propter ætatem cui subueniri solet, in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. PP. VI. *Nonas Maij, Saturnino & Gallo Conss.*

IN AVTHENT. *vt spon. larg. § ad hæc quoque. col.* IX. *consti.* II. *Nouell.* 119.

SI omnes creditores præsentes sunt vbi restitutio postulatur, à iudice vocetur, vt intersint cum minor se abstinet. sed si omnes absunt, vel quidam, solenniter à iudice citentur: quibus intra tres menses nō apparentibus, minor sine periculo ab hereditate discedat: iudice prouidente vbi & qualiter res hereditariæ debeant custodiri, quantitate earum in actis manifestanda.

Potest quis ab hereditate paterna per restitutionem abstinere, & auitam amplecti. Bald.

II. Imp. GORDIANVS A. Herodotæ.

SI cum aui tui testamento te heredem reliquissent, hereditates eorum non adiisti: liberum tibi est repudiata paterna successione, per in integrum restitutionis auxilium (quo te ætatis iure dicis esse munitam) hereditatem parentum tuorum (licet antea nō adiisti) nunc obtinere. PP. III. *Nonas Feb. Gordiano* A. II. *& Pompeiano Conss.*

SI VT OMISSAM HEREDITATEM, VEL BONORVM possessionem, vel quid aliud acquirat.

TIT. XL.

Aduersus hereditatis vel bonorum possessionis omissam agnitionem, minor potest in integrum restitui. Salyc.

I. Imp. GORDIANVS A. Plotæ.

Minores vigintiquinque annis nõ tantùm in his quæ ex bonis propriis amiserũt, verumetiam si hereditatem sibi delatam non adierint, posse in integrũ restitutionis auxilium postulare, iamdudum placuit. PP. *Id: Octob. Pio & Pontiano Conss.*

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Sarapiadi.[a]

AD bonorum possessionẽ in paternis rebus omissam, minores in integrum restitutionis admitti beneficio iam pridem placuit. Restituti autem decreto, bona quæ habuerunt mortis tempore patris, debent conferre [fratribus.][a] *Dat.* XVI. *Kalend. Nouemb. Sirmij,* CC. *Conss.*

[a] al. Secapidi. al. Seraphiadi.

[a] Deest in omnibus, nõ male.

IN QVIBVS CAVSIS IN INTEGRVM RESTITVTIO NECESSARIA NON EST.

TIT. XLI.

Pœna inultæ mortis defuncti, non habet locum in heredibus minoribus. Bal.

I. Imp. ALEXANDER A. Mutato.

MInoribus vigintiquinq; annis (præsertim qui per tutores & curatores non defenduntur) non obesse si mortem defuncti parentis non vlciscantur, innumeris diuorum parentum meorum ac meis rescriptis cõtinetur. V. Idus Maij, Alexandro A. III. & Dione Coss.

Tempus mouendi querelam inofficiosi testamenti, ipso iure nõ currit minoribus.

II. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Theodoræ.*

*al. Theodotæ.

ADolescentiæ tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius præscriptio seram inofficiosi quæstionem mouentibus opponi solet, manifeste antè descripsimus. Impleta igitur ætate legitima, non est in integrum restitutio necessaria: quia non redintegratio amissæ causæ his datur, sed integra ipsa causa seruatur. PP. II. Id. Aug. Tusco & Basso Coss.

Si minor rem venditam emptori tradidit, statim emptor moram committit, si ei precium non soluit. Salycet.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Decimo.

IN minorum persona re ipsa & ex solo tempore tardæ precij solutionis, recepto iure moram

moram fieri creditum est, in his videlicet quæ moram desiderant, id est in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis, & legatis.

Sententia lata contra tutorem, qui non habet administrationem, est ipso iure nulla. Bald.

IIII. Iidem AA. & cc. Stratonicæ.

SI tutor tuus, qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus est: contra eum lata sententia, iuri tuo officere non potuit: nec ea quæ ab eo gesta sunt, vllam firmitatem obtinent. Frustra ergo in integrum restitutionis auxilium desideras: quando ea quæ ab eo gesta sunt, qui legitimi [a] *administratoris personam sustinere non potuit, ipso iure irrita sunt.* S. XVIII. *Kalendas Nouemb. Nicomediæ,* cc. *Conss.*

[a] legitimę administrationis.

Præscriptiones à minoribus non incipiunt: & eis ipso iure non currunt, nisi sint præscriptiones temporis longissimi, quæ currunt adultis. Bald.

I. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus fauore imperfectæ ætatis exceptionem nõ numeratæ pecuniæ ab initio minoribus non currere: ne dum in integrum restitutionem expectamus, vel aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio minor vti non possit: vel substantia eius subuertatur. Sed humanius est, latius eandẽ legis interpretationẽ extendere, in omnibus casibus in quibus vetera iura currere quidem tempo-

tales præscriptiones aduersus minores cōcesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subueniebant; eas ipso iure nō currere. "*melius etenim intacta eorum iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere, videlicet exceptionibus triginta vel quadraginta annorum in suo statu remanētibus.*" *Dat. Kal. Nouemb. Constantinop. post Lampadium & Orestem* VV. CC. *Conss.*

"concurrere.

QVI ET ADVERSVS QVOS IN INTEGRVVM RESTITVI NON POSSVNT.

TIT. XLII.

Vbi minor semiplene docuit de læsione, recurritur ad verisimilia. sed vbi de læsione constat, verisimilia non attenduntur. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A. Cononidi.

IN cōsilio quidem cognoscentis de restitutione in integrum, esse oportet, num is qui se minorem annis læsum esse dicit, diligens paterfamilias fuerit, actibúsque publicis industrium se docuerit, vt lapsum eum per ætatē verisimile nō sit. Verùm si causa cognita circunuētus deprehēdatur: propter hoc solum velut præscriptione à solito auxilio remoueri nō debet, scilicet quòd vrgētibus patriæ necessitatibus decurio minor annis creatus

sit,

sit, vel prorogādæ soboli liberorum educatione prospexerit. P P. X. *Kal. Octob. Lupo & Maximo Coss.*

Contra parentes vel patronos non datur restitutio ratione minoris ætatis. Salyc.

II. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

Cum apud veteres [a] *dubitabatur, an liberi parentes suos, vel liberti patronos in querimoniam deducere possent, quasi non rite in eos versatos: quidam existimabant nullam esse contra huiusmodi personas in integrū restitutionem, pondere* [b] *naturali, vel patronali reuerentia huiusmodi petulantiæ refragante, nisi vel ex magna causa, vel aduersus turpem eorum personam. alij autem personarū quidem vel causæ distinctionem respuendam esse censuerunt: tunc autē tantummodo dandam esse restitutionem putauerūt, cū minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patris vel patroni circunscriptū esse diceret. Sed* [c] *vt maneat in omnibus honor parentibus & patrono vel patronæ illibatus atq; intactus, sancimus nullo modo neq; aduersus parentes vtriusque sexus, neq; aduersus patronū vel patronā dari restitutionem. nam personarum reuerētia omnem eis excludit restitutionem: cum procul dubio sit etiam ipsas personas cauere, ne quid suæ opinioni contrarium existat. Dat. Kalen.*

[a] Confer Nouell. 155.

[b] vet. pudore, recte.

[c] Quod. in omnib. manuscr.

Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis v v. c c.

SI MINOR SE MAIOREM DIXERIT, VEL [maior] probatus* fuerit.

* adprobatus.

TIT. XLIII.

Adserens se maiorem per errorem, nihilominus potest petere restitutionem in integrum, minoris ætate probata. Bald.

I. Imp. ALEXANDER A. Maximianæ.*

* Maximæ.

SI cum minor annis vigintiquinq; esses, tabulis quæ sunt tuarum professionum, oblatis tibi, ætatem quasi maior annis vigintiquinq; decepta probasti: in integrum restitutionem intra statutũ legibus tempus, etiam post impletã ætatem, de omnibus intra eam ætatem aduersus te gestis, postulare apud eum cui de ea re iurisdictio est, potes. PP. XII. *Kalen. April. Maximo & Paterno Coss.*

Errantibus, non decipientibus, iura subueniunt. Bald.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. A A. & C C. Vitaliano.*

* Vitalio.

SI is qui minorem nunc se esse adseuerat, fallaci maioris ætatis mendacio te decepit: cũ iuxta statuta iuris errantibus nõ etiam fallen

fallentibus minoribus publica iura subueniāt, in integrum restitui non debet. Dat. III. *Kalend.* Decemb. Diocletiano II. & Maximiano A A. *Coss.*

Si minor dixerit se maiorem proprio dolo, non restituitur: si autem dolo aduersarij, restituitur. Bald.

III. Iidem A A. & C C. Theodoræ.

S*I alterius circunueniēdi causa, minor ætate maiorem te probare aspectu laboraueris: cùm malitia suppleat ætatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionibus, quàm rescriptorum auctoritate denegari statutū est. Quòd si per iniuriam vel circunuentionē aduersarij hoc fuerit factum, durabit beneficium, quo minoribus causa cognita subueniri solet. Aditus itaque præses prouinciæ, probationis ætatis examinata causa, si tuum dolum non repererit intercessisse, ac te minorem tunc fuisse probaueris: causa cognita in integrum restitui prouidebit. Si tamen in instrumento per sacramenti religionem maiorem te esse adseuerasti: non ignorare debes exclusum tibi esse in integrum restitutionis beneficium: nisi palam & euidenter ex instrumentorum probatione,* * *non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderis. huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito nullum tibi superesse auxilium perspicui iuris est.* Dat. XIII. *Kal. Octobr. Sirmij*, C C. *Coss.*

* prolatione, vtrūque rectè.

Si restitutio est denegata propter ætatem probatam, ad restitutionem & probandam ætatem minor iterum admittitur. Bald.

IIII. Iidem AA. & CC. Labio.

CVm circa probandum annorum numerum, apud rectorem prouinciæ erratum esse proponas, & in huiusmodi causis etiam filiisfamilias minoribus subueniri admissum sit: ea quæ in prece contulisti, præsidem prouinciæ examinare conuenit: qui si æstimata ætate tua maiorem annis falsa opinione te præsumpsisse ex probationum luce cognouerit, erga minoris personam fidem veri sequetur. Datum VI. Id. Decemb. CC. Conss.

SI SÆPIVS IN INTEGRVM RESTITVTIO postuletur.

TIT. XLIIII.

Aduersus latam sententiam in causa restitutionis contra minorem, minor non restituitur, nisi ad appellandum. Salyc.

I. Impp. SEVERVS & ANTONIN. AA. Romano & aliis.

SI post sententiam proconsulis contra vos latam desiderastis in integrum restitui, nec obtinuistis: frustra rursus, vt ea quæstio in integrũ restitutionis agitetur, desideratis. appellare enim debuistis, si vobis sentẽtia displicebat. sed si adhuc in ea ætate estis cui subueniri solet, appellandi ius vobis restit

restituimus. P P. V. *Kalen. August. Chilone & Libone Conss.*

Ex noua causa potest peti restitutio quæ aliàs fuit denegata. Salyc.

I I. Imp. ALEXANDER A. Iusto militi.

Quanquam curatores pupillæ victi sunt cum in integrum restitui pupillam desiderabant: cum tamen nouis defensionibus causam instrui posse dicas: adeant curatores vxoris tuæ iudicem, & petant vt causas in integrum restitutionis agant. P P. V. *Kal. Aug. Alexan.* A. I I. *& Marcello Conss.*

I I I. Imp. PHILIPPVS A. Anitiæ.[a]

[a] Anatiæ

In vna eadémq; causa iteratũ in integrum restitutionis auxiliũ non iure, nisi nouæ defensiones prætendantur, posci, sæpe rescriptum est. P P. I I. *Kalen. Iul. Peregrino & Aemiliano Conss.*

DE HIS QVI VENIAM AETATIS IMPETRAVERVNT.

TIT. XLV.

Auctoritate principis nemo debet decipi. Bal l.

I. Imp. AVRELIANVS A. Agathocli.

Eos qui veniam ætatis à principali clementia impetrauerunt, etiã si minus idoneè rem suam administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse, manifestissimum est: ne hi qui

qui cum eis contrahunt, principali auctoritate circunscripti esse videantur. P P. *Kalend. Iul. Aureliano* A. *& Capitolino Conss.*

Masculus probata ætate xx. annorum, fœmina verò xviij. veniam consequuntur ætatis, per quam tamen immobilia alienare non poterunt. Bart.

* c. Th. 2. 17. 1.

II. Imp.[a] CONSTANTINVS A. ad Verinum præfec. præt.[a]

* al. pv.i. præfe. vrbi. quam lectioné contédo esse verissimã, cùm postea subiiciatur, senatores ad eum ad qué scribitur, debere adire.

OMnes adolescẽtes qui honestate morum præditi, paternam frugem, vel auorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc imperiali auxilio indigere cœperint, ita demũ ætatis veniam impetrare audeant, cũ vicesimi anni metas impleuerint: ita vt post impetratã ætatis veniam ijdem ipsi per se principale beneficium allegantes, non solum per scripturam annorum numerum probent, sed etiam testibus idoneis aduocatis, morum suorum instituta, probitatémque animi, & testimonium vitæ honestioris edoceant. Fœminas quoq; quas morum honestas, mentísq; solertia cõmendat, cum octauum & decimum annum egressæ fuerint, veniã ætatis impetrare sancimus. Sed eas propter pudorem ac verecũdiam fœminarum, cœtui[a] publico demonstrari non cogimus: sed percepta ætatis venia, annos tantùm ætatis probare posse testibus quinque vel instrumentis misso procuratore concedimus: vt ipsæ etiam

* cœtu.

in omnibus negociis tale ius habeant, quale & mares habere præscripsimus:ita tamẽ, vt prædia sine decreto non alienent. Sed Senatores quidem clarißimi viri in hac regia vrbe commorantes, apud sublimitatem tuam, cæteri vero apud prætorem, in prouinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus & honestate perdoceant. Hi vero qui contra memoratam dispositionem veniam ætatis à principali clementia impetrauerint, sciant eam nullas vires obtinere. Dat. III. *Kalen.Iul.Romæ, Crispo ij. & Constantino Cæs.ij.Conss.*

Sicut minor obtenta venia ætatis non potest alienare sine decreto immobilia, ita nec obligare. Salyc.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfec.præt.

EOs qui veniam ætatis à principali clementia impetrauerunt vel impetrauerint, non solum alienationem, sed etiam hypothecam minime posse sine decreti interpositione rerũ suarum immobilium facere iubemus, in quarũ alienatione vel hypotheca decretum illis necessarium est, qui necdum veniã ætatis meruerũt: vt similis sit in ea parte conditio minorum omnium, siue petita sit, siue non, ætatis venia. Dat. VIII. *Id. April. Decio* V.C. *Coss.*

Verba debent intelligi naturaliter & proprie, non ciuiliter & ficte vel improprie. Salyc.

IIII.

III. Idem A. ad Senatum.

SI quis aliquid dari vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem, vel si se absolutè dixerit perfectæ ætatis: illam tãtummodo ætatem intellectam esse videri volumus, quæ & vigintiquinque annorũ curriculis completur, non quæ ab imperiali beneficio suppletur: & præcipue quidem in substitutionibus vel restitutionibus hoc intelligi sancimus: nihilominus tamen [a] *& in aliis, nisi specialiter quisquam addiderit ex venia ætatis velle aliquid procedere.* Dat. IX. *Kal. April. Lampadio & Oreste* VV. CC. *Conss.*

[a] al. autẽ.

SI MAIOR FACTVS RATVM HABVERIT. [a]

TIT. XLVI.

[a] al. post verbum habuerit, additur, actum.

Ratihabitio tempore competẽti, supplet omnem defectum temporis incongrui. Bald.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Eutychiano.

SI inter minores quinque & viginti annis vel scriptura interposita, vel sine scriptura facta sine dolo diuisio est, eámq; post legitimã ætatem ratam fecerint: manere integram debere conuenit. S. VIII. *Kal. Maij, AA. & Conss.*

II. Iidem AA. & CC. Sortiri. [a]

[a] al. Sotxri.

QVi post vicesimumquintũ annum ætatis ea quæ in minore ætate gesta sunt, rata

rata habuerint: frustra rescisionem eorum postulant. Dat. Idib. Febr. CC. Conss.

VBI ET APVD QVEM COGNITIO IN INTEGRUM RESTITUTIONIS agitanda sit.

TIT. XLVII.

Contra sententiam delegati, vel vicarij, vel procuratoris principis, solus princeps restituit. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Seuero.

S*I quid à procuratore meo iudicatum est, id per in integrũ restitutionem præsidis sententia non potest rescindi. Princeps enim solus contra sententiam procuratorũ suorum in integrũ restituere solet.* PP. VI. *Kal. Decẽb. Læto & Cereali Coss.*

Agens ad distractum, tenetur sequi forum rei. Bald.

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Aquilinæ.

Q*Voniã ea quæ in transactione dari placuerat, te tradidisse proponis: cõsequens est, si de his repetendis per in integrum restitutionem, vel quãcunq; aliam causam putaueris agendum: eius adire te prouinciæ præsidem, in qua domicilium habent quos conuenis. Dat.* III. *Kal. Septembr. Cap. post tertium Consulatum Lampadij & Orestis.*

Restit-

Restitutio in integrum potest peti coram iudicibus ordinariis, & specialiter delegatis. Bald.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni praefec. praet.

CVm scimus esse dubitatum de restitutionibus quae in integrum postulantur, siue tantummodo apud iudicem cui aliqua iurisdictio est, examinari eas oportet, siue apud pedaneos iudices: siue eas minores vigintiquinque annis petierunt, siue maiores, secundum quod anterioribus sanctionibus vel veteris iuris vel nostris declaratum est: sancimus non solum apud iudices pro tribunali huiusmodi causae cognitionem proponi, sed etiam apud eos iudices quos augustalis [a] *dederit maiestas, aut nostrae reipublicae administratores, vel in hac regia vrbe, vel in prouinciis: vt videatur ipse qui iudicem destinauerit, vtpote pro tribunali cognoscēs, in integrū dare restitutionem, & causas eius examinare. Sic etenim nō difficilis erit causarū examinatio. Sed ne quis ita effuse intellectum nostrae cōstitutionis audeat* [b] *esse trahendum, vt etiam apud compromissarios iudices, vel arbitros ex communi sententia electos, vel apud eos qui dantur à iudicibus qui propriam iurisdictionem non habent, sed tantummodo iudicandi facultatem, putet huiusmodi extendi sanctionem: hos tantum generaliter*

[a] al. Augusta.

[b] sic in omnibus, & rectius q̃ quod quidam legēdum putant, audiat.

liter volumus tales causas dirimere, qui vel certæ administrationi cui & iurisdictio adhæret, præpositi sunt, vel ab his fuerint dati: & multo magis si à nostra maiestate delegata eis sit causarum audientia. Sed ne quid penitus dubitandum relinquatur: & hoc addendum esse censemus, vt his tantum quos supra enumerauimus, * *liceat de in integrum restitutione disceptare, siue hoc specialiter eis fuerit mandatum: (quod & veteribus non fuerat incognitum) vel si generaliter dati sunt iudices: vel in aliis speciebus inciderit* * *quædam quæstio restitutionis. Dat. III. Kalend. Septemb. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC.*

*al. memorauimus.

*al. inciderit tamen.

DE REPVTATIONIBVS QVAE FIVNT IN IVDICIO in integrum restitutionis.

TIT. XLVIII.

Restitutio concessa minori, omnia in pristinum statum redintegrat tam pro minore, quàm contra eum. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Tatiano.

QVI *restituitur in integrum, sicut in damno morari non debet, ita nec in lucro: & ideo quicquid ad eum peruenit vel ex emptione, vel ex venditione, vel ex alio contractu, hoc debet restituere. Sed & si intercessor minor viginti-*

quinque annis interuenerit, in veterem debitorem debet restitui actio. Sed & cum minor adiit hereditatē, & restituitur: mox quicquid ad eum ex hereditate peruenit, debet præstare. verum & si quid dolo eius factū est, hoc eum præstare conuenit. Sine die & consule.

ETIAM PER PROCVRATOREM CAVSAM IN INtegrum restitutionis agi posse.

TIT. XLIX.

Restitutiō in integrum potest peti per procuratorem, ad hoc speciale mandatum habentem. Salyc.

1. Imp. ALEXAND. A. Licinio.[a]

[a] Liciniano.

CAVSAM *in integrum restitutionis, si qua competit, etiam per procuratorem agi posse placet. Datum* XIII. *Kalend. Octobr. Pompeiano & Peligno Conss.*

IN INTEGRVM RESTITVTIONE POSTVLATA, NE QVID NOVI FIAT.

TIT. L.

Pendente causa restitutionis in integrum, nihil est innouandum Bald.

1. *Imp.*

1. Imp. GORD. A. Secundino militi.

POSTVLATA in integrum restitutione, omnia in suo statu esse debere donec res finiatur, perspicui iuris est: idque curabit is ad cuius partes ea res pertinet. PP. XII. *Kalen. Iul. Gordiano* A. *& Auiola Conss.*

DE RESTITVTIONIBVS MILITVM, ET EORVM QVI reipublicæ causa absunt.*

*absueru͂

TIT. LI.

Absens læs[u]s circa bonorum possessionem per absentiam probabilem & necess[a]riam, transmittit beneficium restitutionis ad heredem. Bald.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Chiloni.

SI Valerianus Centurio cohortis duodecimæ Alpinorum antè vita decessit, quàm [bonoru͂] possessione͂ acciperet: heres eius ex persona defuncti restitutionis auxilium intra annum vtilem ita rectè implorabit, si Valerianus post exactos dies quibus bonorum possessio defertur, in militia defunctus est.* PP. *Kalend. Nouemb. Laterano & Rufino Conss.*

*co͂cessit.

Ad actionem præscriptam restituitur absens reipublicæ causa. Saly.

II. Imp. ALEXAND. A. Petronio Centurioni.

SI quid de bonis eorum qui reipublicæ causa absentes sunt, deminutum est, actioné ve qua competente eis aliquis liberatus fuit: in integrum restitutio perpetua iurisdictione intra annum vtilem permittitur. PP. XIII. *Kal. Nouemb. Alex.* A. II. *&* *Marcello Conss.*

Si vsucapio fuit inchoata in præsentia, & in absentia consummata: reuerso datur annus vtilis.

III. Idem A. Flauio* Aristodemo militi.

*Florentino.

QVod tempore militiæ de bonis alicuius possessum ab aliquo est, posteaquam is reipublicæ causa abesse desiit, intra annũ vtilem amota præscriptione temporis medij, possessionem vindicare permissum est: vltra autem ius possessoris lædere contra eum institutum non oportet. PP *Non. Ianuar. Maximo* II. *& Æliano Conss.*

Absentes causa reipublicæ patiuntur primum decretum, sed secundum non patiuntur. Bald.

IIII. Imp. GOR. A. Mastriano.*

*Metriano. al. Mēstriano.

IGnorare non debes eorum qui reipublicæ causa sine dolo malo absunt, si absentes boni viri arbitratu non defenduntur, bona tantùm possideri: venditionem autem in id tempus differri, quo reipublicæ causa abesse desierint. Datum XII. *Kalend. Ianua. Gordiano* A. *& Auiola Conss.*

Præ

Præſcriptio quadriennij non currit abſentibus cauſa reipublicæ, nec ſimilibus. Bald.

v. Idem A. Secundino militi.

NEque reipublicæ cauſa abſentibus, neq; aliis maioribus ad titulum in integrum reſtitutionis pertinentibus, præſcriptioně quadriennij poſt factam à fiſco venditionem obeſſe poſſe, manifeſtum eſt. PP. VI. *Id. Maij, Sabino & Venuſto Conſſ.*

Aduerſus venditionem factam propter negligentiam commiſſam tempore abſentiæ iuſtæ, petitur reſtitutio. Bald.

VI. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Germano Centurioni.

SI cum militaribus laboribus operam dares, creditoris tui heredes poſſeßiones ſibi obligatas diſtraxerunt: poteris adito præſide prouinciæ in integrum reſtitutionem impetrare, retractatáque venditione, recipies poſſeßiones, oblato antè debito, vel precio, ſi minus debito fuiſſet.* PP. IIII. *Nonas Aprilis, Valeriano & Gallieno* AA. *Conſſ.*

*al. poſſeſſioně, oblato à te debito.

Priuilegium ſucceſſoris non reſcindit factum legitimum prædeceſſoris. Bald.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Marinæ.

EA quæ à patre geruntur, non decet pro diſciplina militari à filiis ad irritum reuocari: præſertim cum nec patrem tuum in rebus humanis agentem affirmes conqueſtum

fuisse super huiusmodi contractu. Datum No. Februar. cc. Conss.

Tempus absentiæ & occupationis reipublicæ causa prodest, non tempus præsentiæ vel occupationis voluntariæ. Saly.

VIII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

Sancimus his solis qui in expeditionibus occupati sunt, ea tãtummodo tempora quæ in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quàm in petendis in integrum restitutionibus eis opitulari: illis temporibus per quæ citra expeditionis necessitatem in aliis locis vel in suis ædibus degunt, minime eos ad vindicanda memorata priuilegia adiuuantibus. Datum VI.* Id. April. Constantinop. Decio v. c. Cons.*

*pars l. pe. j. de testa. militis.

*legendũ, iiij ut j. l pe de test mil. vel illic legendum vj.

DE VXORIBVS MILITVM, ET EORVM QVI REIPVBLICAE CAVSA ABSVNT. TIT. LII.

Vxor quæ sequitur virum militantem, gaudet beneficio mariti. Bald.

I. Imp. ALEXAND. A. Secundinæ.

TEMPORALIBVS *actionibus exclusis, mulieribus quæ cum maritis reipublicæ causa absentibus peregrinatæ sunt, ad exemplum militum subueniri solere non est ignorum.* PP. III.

Nouas

Nonas Decemb. Alexandro A. II. *& Marcello Conss.*

Quando vxor militis aduersus præscriptionem rei suæ restituitur: emptor à quo res euincitur, saluam habet contra véditorem ad precium actionem. Saly.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & cc. Quintiliano.

EI quæ diutissime fuit [a] *cum marito qui militiæ operam dabat, non officit præscriptio longi temporis, sed quia huiusmodi diutinæ absentiæ commenta callidè adhibita atque composita obesse omnino non debent: decernimus, vt si talis mulier domum ad se pertinere monstrauerit quæ in absentia eius vendita est, refuso precio quod re vera solutum est, eandem recipiat. Datum* VIII. *Kalend. Decemb. ipsis* AA. *& Conss.*

[a] abfuit.

DE TEMPORIBVS IN INTEGRVM RESTITVTIONIS tam minorum, & aliarum personarum quæ restitui possunt, quàm etiā heredum eorum.

TIT. LIII.

Quando vna causa petendæ restitutionis succedit post aliam, tempus petendæ restitutionis non currit. Bald.

I. Imp. GORD. A. Pudenti militi.

IN his in quibus læsus es cum minor annis vigintiquinque esses: toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes. tempus etenim post impletam minorem ætatem præstitutum, ex die missionis iuxta rationem iuris computari debet. PP. III. *Non. Octobris, Pio & Pontiano Conss.*

Si minor succedit maiori causa militiæ absenti, toto tempore minoris ætatis tempus petendæ restitutionis non currit. Bald.

II. Idem A. Secundino militi.

SI intra legitimam ætatem, vel ea impleta, nondum exacto tempore præstituto, pater tuus in fata concessit, túque ei heres extitisti, & intra vigintiquinque annos, vel post eam ætatem intra id tempus quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiæ dedisti: præses prouinciæ causa cognita per in integrum restitutionem ex persona defuncti subueniri tibi prouidebit. Datum XI. *Kalend. Nouemb. Pio & Pontiano Conss.*

III. Idem A. Mutiano militi.

SI intra annos quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur, constitutus es, vel eo tempore nomen militiæ dedisti, & expeditione occupatus es: continuatum beneficium restitutionis, per vsucapionem, licet ante militiam suppleta sit, non patitur te dispendio

rei

rei familiaris affligi. Datum IX. *Kalend. Nouemb. Pio & Pontiano Conss.*

Beneficium restitutionis ex quacunque causa competens, ad heredem transmittitur. Sal.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dionysio.

EX persona fratrum, si tibi eorum quæsita est successio, potes contra quem supplicas agere: non ignorans, quòd si minores vigintiquinque annis militauerint fratres tui, atque in militia diem functi sunt: in integrum restitutionis tempus eis non cesserit, sed omne ad successorem transmiserint. S. VIII. *Kalen. Ian. Philippopoli* CC. *Conss.*

V. Imp. CONSTANT. A. ad Bassum P. P.

EA quæ[*] de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri conuenit: & si fortè quis beneficio nostro ætatis veniam fuerit consecutus: ex eo[*] die quo indulgentia nostra in iudicio competenti fuerit intimata, eique administratio rei propriæ permissa, ad persequendas in integrum restitutionum finiendásque causas iure tempus habeat præstitutum: ita tamen vt nunquam minoribus vigintiquinque annis constitutis de his quæ ante impetratam veniam ætatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur.

[*] C. Th. 2. 16. 2.

[*] sic in vet. & C. Th.

Tempus vtilis anni, quod supererat ad restitutionem petendam defuncto, non currit eius heredi minori. Saly.

¶ *Si quando sanè in minoris iura successerit minor, minimè prohibeatur, cum quintũ & vicesimam suæ ætatis annum transierit, in integrum restitutionis beneficio vti tẽpore illibato. Quòd si maioris fuerit minor iura nactus: quã tum ad eas pertinet causas, quas ex persona maioris fuerit consecutus, tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidẽdásque causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius heres aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquum fuerat.*

Maior succedens minori, habet annum vtilem, vel hod e quadriennium continuum ad petendum restitutionem ex persona defuncti. Saly.

¶ *Cum verò maior successionẽ fuerit adeptus minoris: si quidem ciuili iure ab intestato vel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita hereditas: si verò honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando ac terminando in integrum restitutionis negotio, solida sine vlla deminutione tempora supputentur. Datum Nonis Octob. Romæ, Constantino A. & Licinio Cæs. vtrisque II. Conss.*

IN AVTHENTIC. *De temp. non solutæ pecuniæ super dote. §. generaliter. collat. vij. constitu. x.*

Tem

Tempus opponendi exceptionem dotis non numeratæ, fauore dotis currit minoribus. Bald.

SI minor vigintiquinq; annis de dote cauta non numerata statim non queritur: restituitur eatenus, vt non transcendat à tempore nuptiarum duodecimum annum. Eo quoq; mortuo intra prædictum tempus, indulgetur annus heredi eius. Sed si heres sit minor maioris seu minoris defuncti: quinque annorũ gaudeat spacio, non expectato exitu ætatis eius.

Si petitur dilatio, quæ tempus instantiæ non excedit, tam actori quàm reo conceditur. Bar.

VI. Idem A. ad Iulianum præfectum vrbi.

PEtendæ in integrum restitutionis temporibus obseruatis, si dilatio ab actore petatur, quæ intra metas restitutionis valet artari: eandem, quocunque flagitante, causis cognitis tribui oportebit. Si n verò eiusmodi postulantur curricula, quæ intra spacium receptum angustari nequeunt (quippe si in confinio legitimi temporis petãtur, & eius terminos prorogabunt) dilationem petitori denegari conueniet. in eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora superstite spacio posset includi. Quòd si defensio rei dilationis suffragium postulauerit: eandem asserta causa citra obstaculum temporis differri*

*defensor

ferri sancimus: quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese vltra temporis definitionem proferat, qua dilatione, si à reo impetratur, etiam actor in requirendis[a] *probationibus vti minimè prohibebitur.* Datum XIIII. *Kalen. August. Romæ, Constantino Cæs.* V. *& Maximo Conss.*

[a] quærendis.

Pro anno vtili datur hodie quadriénium continuum ad implorandum restitutionem in integrum, ex quocunque capite postuletur. Bald.

VII. Imp. IVSTIN. A. Ioan. P. P.

Superuacuam differentiam vtilis anni in integrum restitutionis à nostra republica separantes, sancimus & in antiqua Roma, & in hac alma vrbe, & in Italia, & in aliis prouinciis quadriennium continuum tantummodo numerari ex die ex quo annus vtilis currebat: & id tempus totius loci esse commune. ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum visum est: quod non solum in minorum restitutionibus (quibus vtilis annus incipit currere ex quo vicesimisexti anni dies illuxerit) sed etiam in maiorum hoc idem adhiberi sancimus, vt & hic pro vtili anno memorata continuatio temporis obseruetur ad interponendam contestationem, finiendámque litem. Et quemadmodum omnis minor ætas excipitur in minorum restitutionibus

bus : ita & in maiorum, tempus in quo reipublicæ causa abfuerint, vel aliis legitimis causis, quæ veteribus legibus enumeratæ sunt, fuerint occupati, omne excipiatur: & non absimilis sit in hac parte minorum & maiorũ restitutio. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis vv.cc. Conss.

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES IN INTEGRVM RESTITVANTVR.

TIT. LIIII.

Officium legationis est iusta causa indulgendæ restitutionis in integrum. Bald.

I. Imp. ANTONIN. A. Aemiliano.

SI propter officiũ legationis ad me bona fide factæ, absens & indefensus cõdemnatus es, instaurationẽ iudicij iure desideras, vt ex integro defensionibus tuis vtaris. nam eos quoque qui legationis officio funguntur, in eo priuilegio esse in quo sunt qui reipublicæ causa absunt, receptũ est. PP. V. No. Mart. Duob. & Aspris Conss.

Detento in carcere succurritur, si propterea non potuit comparere: & restituitur in integrum. Bald.

II. Idem A. Dionysio.

Si

SI idcirco apud arbitrum præsentiam tui facere non potuisti, quòd sub custodia militari iussu præsidis detinebaris, ídque in veritate esse præsidi prouinciæ probaueris: accipies causæ instaurationem. PP. XIII. *Kalen. Octob. Læto & Cereali Conss.*

Maioribus in contractibus enormiter læsis, officio iudicis subuenitur. Bald.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & cc. Proculo decurioni.*

*al. centurioni.

IN contractibus qui bonæ fidei sunt, etiam maioribus officio iudicis causa cognita publica iura subueniunt. Dat. Non. Aug. Diocletiano & Aristobolo Conss.

Respublica æquiparatur minori: & ideo habet beneficiú restitutionis in integrú. Bal.

IIII. Iidem AA. Prisciano.

REspublica, minorum iure vti solet: ideóque auxilium restitutionis implorare potest. Dat. II. Idus Nouemb. Diocletiano & Aristobolo Conss.

V. Iidem AA. Liciniano.

SI ab hostibus cum patre ac matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliæ beneficio reuersus successiones eorum quæsisti: exemplo vtilis actionis quæ in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuæ (quæ huic obiici solet) obiectu res vindicare non prohiberis. Dat. XVI. Kal. Maij. CC. Conss.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA. TIT. LV.

Facta alienatione ratione mutādi iudicij, possessor potest conueniri rei vindicatione quam possessio parit. Bal.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & cc. Attalo.*

*Catullo. al. Catullio.

CVM in rem actionem possessio pariat aduersario, alienatione etiam iudicij mutandi causa celebrata, in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rē, ne secum ageretur, qui possidebat, venumdedit, & emptori tradidit: quē elegeris, conueniendi tibi tributam esse iure facultatem. Dat. VI. Kal. Decemb. Viminacij, cc. Conss.

DE RECEPTIS ARBITRIS. TIT. LVI.

A sententia arbitri non appellatur, quia ex ea actio non oritur, sed metu pœnæ paretur. Bald.

1. Imp. ANTONI. A. Nepotianæ.

EX sententia arbitri ex compromisso iure perfecto aditi, appellari nō posse sæpe rescriptum est: quia nec iudicati actio inde præstari potest: & ob

quinque annis interuenerit, in veterem debitorem debet restitui actio. Sed & cum minor adiit hereditatẽ, & restituitur: mox quicquid ad eum ex hereditate peruenit, debet præstare. verum & si quid dolo eius factũ est, hoc eum præstare conuenit. Sine die & consule.

ETIAM PER PROCVRATOREM CAVSAM IN INtegrum restitutionis agi posse.

TIT. XLIX.

Restitutiõ in integrum potest peti per procuratorem, ad hoc speciale mandatum habentem. Salyc.

1. Imp. ALEXAND. A. Licinio.[a]

[a] Liciniano.

C AVSAM *in integrum restitutionis, si qua competit, etiam per procuratorem agi posse placet. Datum* XIII. *Kalend. Octobr. Pompeiano & Peligno Conss.*

IN INTEGRVM RESTITVTIONE POSTVLATA, NE QVID NOVI FIAT.

TIT. L.

Pendente causa restitutionis in integrum, nihil est innouandum. Bald.

1. *Imp.*

1. Imp. GORD. A. Secundino militi.

POSTVLATA *in integrum restitutione, omnia in suo statu esse debere donec res finiatur, perspicui iuris est: idque curabit is ad cuius partes ea res pertinet.* PP. XII. *Kalen. Iul. Gordiano* A. *& Auiola Conss.*

DE RESTITVTIONIBVS MILITVM, ET EORVM QVI reipublicæ causa absunt.[a]

[a] abfuerũt

TIT. LI.

Absens læsus circa bonorum possessionem per absentiam probabilem & necessariam, transmittit beneficium restitutionis ad heredem. Bald.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Chiloni.

S*I Valerianus Centurio cohortis duodecimæ Alpinorum antè vita decessit,*[a] *quàm* [*bonorũ*] *possessionẽ acciperet: heres eius ex persona defuncti restitutionis auxilium intra annum vtilem ita rectè implorabit, si Valerianus post exactos dies quibus bonorum possessio defertur, in militia defunctus est.* PP. *Kalend. Nouemb. Laterano & Rufino Conss.*

[a] cõcessit.

Ad actionem præscriptam restituitur absens reipublicæ causa. Saly.

II. Imp. ALEXAND. A. Petronio Centurioni.

SI quid de bonis eorum qui reipublicæ causa absentes sunt, deminutum est, actione've qua competente eis aliquis liberatus fuit: in integrum restitutio perpetua iurisdictione intra annum vtilem permittitur. PP. XIII. Kal. Nouemb. Alex. A. II. & Marcello Conss.

Si vsucapio fuit inchoata in præsentia, & in absentia consummata: reuerso datur annus vtilis.

III. Idem A. Flauio* Aristodemo militi.

*Florentino.

QVod tempore militiæ de bonis alicuius possessum ab aliquo est, posteaquam is reipublicæ causa abesse desiit, intra annũ vtilem amota præscriptione temporis medij, possessionem vindicare permissum est: vltra autem ius possessoris lædere contra eum institutum non oportet. PP. Non. Ianuar. Maximo II. & Æliano Conss.

Absentes causa reipublicæ patiuntur primum decretum, sed secundum non patiuntur. Bald.

IIII. Imp. GOR. A. Mastriano.*

*Metriano. al. Mestriano.

IGnorare non debes eorum qui reipublicæ causa sine dolo malo absunt, si absentes boni viri arbitratu non defenduntur, bona tantùm posideri: venditionem autem in id tempus differri, quo reipublicæ causa abesse desierint. Datum XII. Kalend. Ianua. Gordiano A. & Auiola Conss.

Præ

Præscriptio quadriennij non currit absentibus causa reipublicæ, nec similibus. Bald.

v. Idem A. Secundino militi.

NEque reipublicæ causa absentibus, neq; aliis maioribus ad titulum in integrum restitutionis pertinentibus, præscriptionẽ quadriennij post factam à fisco venditionem obesse posse, manifestum est. PP. VI. *Id. Maij, Sabino & Venusto Conss.*

Aduersus venditionem factam propter negligentiam commissam tempore absentiæ iustæ, petitur restitutio. Bald.

VI. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Germano Centurioni.

SI cum militaribus laboribus operam dares, creditoris tui heredes possessiones sibi obligatas distraxerunt: poteris adito præside prouinciæ in integrum restitutionem impetrare, retractatáque venditione, recipies possessiones, oblato antè debito, vel precio, si minus debito fuisset.* PP. IIII. *Nonas Aprilis, Valeriano & Gallieno* AA. *Conss.*

*al. possessioné, oblato à te debito.

Priuilegium successoris non rescindit factum legitimum prædecessoris. Bald.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & cc. Marinæ.

EA quæ à patre geruntur, non decet pro disciplina militari à filiis ad irritum reuocari: præsertim cum nec patrem tuum in rebus humanis agentem affirmes conquestum

fuisse super huiusmodi contractu. Datum No. Februar. cc. Conss.

Tempus absentiæ & occupationis reipublicæ causa prodest, non tempus præsentiæ vel occupationis voluntariæ. Saly.

VIII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

*pars l. pe. §. de testa. militis.

Sancimus his solis qui in expeditionibus occupati sunt, ea tãtummodo tempora quæ in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quàm in petendis in integrum restitutionibus eis opitulari: illis temporibus per quæ citra expeditionis necessitatem in aliis locis vel in suis ædibus degunt, minime eos ad vindicanda memorata priuilegia adiuuantibus. Datum VI. *Id. April. Constantinop. Decio* V. C. *Cons.*

*legendũ, iiij vt §. l. pe. de test. mil. vel illic legendum vj.

DE VXORIBVS MILITVM, ET EORVM QVI REIPVBLICAE CAVSA ABSVNT. TIT. LII.

Vxor quæ sequitur virum militantem, gaudet beneficio mariti. Bald.

I. Imp. ALEXAND. A. Secundinæ.

TEMPORALIBVS *actionibus exclusis, mulieribus quæ cum maritis reipublicæ causa absentibus peregrinatæ sunt, ad exemplum militum subueniri solere non est ignorum.* PP. III. *Nonas*

Nonas Decemb. Alexandro A. II. *& Marcello Coss.*

Quando vxor militis aduersus præscriptionem rei suæ restituitur: emptor à quo res euincitur, saluam habet contra véditorem ad precium actionem. Saly.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & cc. Quintiliano.

EI quæ diutissime fuit [a] *cum marito qui militiæ operam dabat, non officit præscriptio longi temporis, sed quia huiusmodi diutinæ absentiæ commenta callidè adhibita atque composita obesse omnino non debent: decernimus, vt si talis mulier domum ad se pertinere monstrauerit quæ in absentia eius vendita est, refuso precio quod re vera solutum est, eandem recipiat. Datum* VIII. *Kalend. Decemb. ipsis* AA. *& Coss.*

[a] absuit.

DE TEMPORIBVS IN INTEGRVM RESTITVTIONIS tam minorum, & aliarum personarum quæ restitui possunt, quàm etiã heredum eorum.

TIT. LIII.

Quando vna causa petendæ restitutionis succedit post aliam, tempus petendæ restitutionis non currit. Bald.

I. Imp. GORD. A. Pudenti militi.

IN his in quibus læsus es cum minor annis vigintiquinque esses: toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes. tempus etenim post impletam minorem ætatem præstitutum, ex die missionis iuxta rationem iuris computari debet. PP. III. *Non. Octobris, Pio & Pontiano Conss.*

Si minor succedit maiori causa militiæ absenti, toto tempore minoris ætatis tempus petendæ restitutionis non currit. Bald.

II. Idem A. Secundino militi.

SI intra legitimam ætatem, vel ea impleta, nondum exacto tempore præstituto, pater tuus in fata concessit, túque ei heres extitisti, & intra vigintiquinque annos, vel post eam ætatem intra id tempus quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiæ dedisti: præses prouinciæ causa cognita per in integrum restitutionem ex persona defuncti subueniri tibi prouidebit. Datum XI. *Kalend. Nouemb. Pio & Pontiano Conss.*

III. Idem A. Mutiano militi.

SI intra annos quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur, constitutus es, vel eo tempore nomen militiæ dedisti, & expeditione occupatus es: continuatum beneficium restitutionis, per vsucapionem, licet ante militiam suppleta sit, non patitur te dispendio

rei

rei familiaris affligi. Datum IX. *Kalend. Nouemb. Pio & Pontiano Conss.*

Beneficium restitutionis ex quacunque causa competens, ad heredem transmittitur. Sal.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dionysio.

EX persona fratrum, si tibi eorum quæsita est successio, potes contra quem supplicas agere: non ignorans, quòd si minores vigintiquinque annis militauerint fratres tui, atque in militia diem functi sunt: in integrum restitutionis tempus eis non cesserit, sed omne ad successorem transmiserint. S. VIII. *Kalen. Ian. Philippopoli* CC. *Conss.*

V. Imp. CONSTANT. A. ad Bassum P. P.

EA quæ [a] *de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri conuenit: & si fortè quis beneficio nostro ætatis veniam fuerit consecutus: ex eo* [b] *die quo indulgentia nostra in iudicio competenti fuerit intimata, eíque administratio rei propriæ permissa, ad persequendas in integrum restitutionum finiendásque causas iure tempus habeat præstitutum: ita tamen vt nunquam minoribus vigintiquinque annis constitutis de his quæ ante impetratam veniam ætatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur.*

[a] C. Th. 1. 16. 2.

[b] sic in vet. & C. Th.

Tempus vtilis anni, quod supererat ad restitutionem petendam defuncto, non currit eius heredi minori. Saly.

¶ *Si quando sanè in minoris iura successerit minor, minimè prohibeatur, cum quintũ & vicesimam suæ ætatis annum transierit, in integrum restitutionis beneficio vti tẽpore illibato. Quòd si maioris fuerit minor iura nactus: quã tum ad eas pertinet causas, quas ex persona maioris fuerit consecutus, tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidẽdásque causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius heres aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquum fuerat.* 1

Maior succedens minori, habet annum vtilem, vel hod e quadriennium continuum ad petendum restitutionem ex persona defuncti. Saly.

¶ *Cum verò maior successionẽ fuerit adeptus a minoris: si quidem ciuili iure ab intestato vel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita hereditas: si verò honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando ac terminando in integrum restitutionis negotio, solida sine vlla deminutione tempora supputentur. Datum Nonis Octob. Romæ, Constantino A. & Licinio Cæs. vtrisque II. Conss.* 2

IN AVTHENTIC. *De temp. non solutæ pecuniæ super dote. §. generaliter. collat. vij. constitu. x.*

Tempus opponendi exceptionem dotis non numeratæ, fauore dotis currit minoribus. Bald.

SI minor viginti quinq; annis de dote cauta non numerata statim non queritur: restituitur eatenus, vt non transcendat à tempore nuptiarum duodecimum annum. Eo quoq; mortuo intra prædictum tempus, indulgetur annus heredi eius. Sed si heres sit minor maioris seu minoris defuncti: quinque annorũ gaudeat spacio, non expectato exitu ætatis eius.

Si petitur dilatio, quæ tempus instantiæ non excedit, tam actori quàm reo conceditur. Sal.

VI. Idem A. ad Iulianum præfectum vrbi.

PEtendæ in integrum restitutionis temporibus obseruatis, si dilatio ab actore petatur, quæ intra metas restitutionis valet artari: eandem, quocunque flagitante, causis cognitis tribui oportebit. Si n verò eiusmodi postulantur curricula, quæ intra spacium receptum angustari nequeunt (quippe si in confinio legitimi temporis petãtur, & eius terminos prorogabunt) dilationem petitori denegari conueniet. in eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora superstite spacio posset includi. Quòd si defensio rei dilationis suffragium postulauerit: eandem asserta causa citra obstaculum temporis differri*

*defensor

ferri sancimus: quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese vltra temporis definitionem proferat, qua dilatione, si à reo impetratur, etiam actor in requirendis[a] *probationibus vti minimè prohibebitur.* Datum XIIII. *Kalen. August. Romæ, Constantino Cæs.* V. *& Maximo Conss.*

[a] quærendis.

Pro anno vtili datur hodie quadriēnium continuum ad implorandum restitutionem in integrum, ex quocunque capite postuletur. Bald.

VII. Imp. IVSTIN. A. Ioan. P. P.

SVperuacuam differentiam vtilis anni in integrum restitutionis à nostra republica separantes, sancimus & in antiqua Roma & in hac alma vrbe, & in Italia, & in aliis prouinciis quadriennium continuum tantummodo numerari ex die ex quo annus vtilis currebat: & id tempus totius loci esse commune. ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum visum est: quod non solum in minorum restitutionibus (quibus vtilis annus incipit currere ex quo vicesimisexti anni dies illuxerit) sed etiam in maiorum hoc idem adhiberi sancimus, vt & hic pro vtili anno memorata continuatio temporis obseruetur ad interponendam contestationem, finiendámque litem. Et quemadmodum omnis minor ætas excipitur in minorum restitutionibus

bus : ita & in maiorum,tempus in quo reipublicæ causa absfuerint,vel aliis legitimis causis, quæ veteribus legibus enumeratæ sunt,fuerint occupati, omne excipiatur:& non absimilis sit in hac parte minorum & maiorū restitutio. Dat.Kal.Septemb.Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. *Conss.*

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES IN INTEGRVM RESTITVANTVR.

TIT. LIIII.

Officium legationis est iusta causa indulgendæ restitutionis in integrum. Bald.

I. Imp. ANTONIN. A. Aemiliano.

S*I propter officiū legationis ad me bona fide factæ, absens & indefensus cōdemnatus es, instaurationē iudicij iure desideras, vt ex integro defensionibus tuis vtaris.nam eos quoque qui legationis officio funguntur, in eo priuilegio esse in quo sunt qui reipublicæ causa absunt, receptū est.*PP.V.*No.Mart.Duob.& Aspris Conss.*

Detento in carcere succurritur, si propterea non potuit comparere: & restituitur in integrum. Bald.

II. Idem A. Dionysio.

Si

SI idcirco apud arbitrum præsentiam tui facere non potuisti, quòd sub custodia militari iussu præsidis detinebaris, idque in veritate esse præsidi prouinciæ probaueris: accipies causæ instaurationem. P P. XIII. *Kalen. Octob. Læto & Cereali Conss.*

Maioribus in contractibus enormiter læsis, officio iudicis subuenitur. Bald.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & cc. Proculo decurioni.*

*al. centurioni.

IN contractibus qui bonæ fidei sunt, etiam maioribus officio iudicis causa cognita publica iura subueniunt. Dat. Non. *Aug. Diocletiano & Aristobolo Conss.*

Respublica æquiparatur minori: & ideo habet beneficiũ restitutionis in integrũ. Bal.

IIII. Iidem AA. Prisciano.

REspublica, minorum iure vti solet: ideóque auxilium restitutionis implorare potest. Dat. II. *Idus Nouemb. Diocletiano & Aristobolo Conss.*

V. Iidem AA. Liciniano.

SI ab hostibus cum patre ac matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliæ beneficio reuersus successiones eorum quæsisti: exemplo vtilis actionis quæ in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuæ (quæ huic obiici solet) obiectu res vindicare non prohiberis. Dat. XVI. *Kal. Maij.* cc. *Conss.*

ii. De

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA. TIT. LV.

Facta alienatione ratione mutãdi iudicij, possessor potest conueniri rei vindicatione quam possessio parit. Bal.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & cc. Attalo.*

*Catullo. al. Catullio.

CVM in rem actionem possessio pariat aduersario, alienatione etiam iudicij mutandi causa celebrata, in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rẽ, ne secum ageretur, qui possidebat, venumdedit, & emptori tradidit: quẽ elegeris, conueniendi tibi tributam esse iure facultatem. Dat. VI. Kal. Decemb. Viminacij. CC. Conss.

DE RECEPTIS ARBITRIS. TIT. LVI.

A sententia arbitri non appellatur, quia ex ea actio non oritur, sed metu pœnæ paretur. Bald.

1. Imp. ANTONI. A. Nepotianæ.

EX sentẽtia arbitri ex compromisso iure perfecto aditi, appellari nõ posse sæpe rescriptum est: quia nec iudicati actio inde præstari potest, & ob

& ob hoc inuicem pœna promittitur, vt metu eius à placitis non recedatur. Sed si vltra diem compromisso comprehẽsum iudicatum est, sententia nulla est: nec vllam pœnam committit, qui ei non paruerit. PP. IX. *Kal. Aug. Romæ, Antonino* A. IIII. *& Balbino Conss.*

Qui est contumax in non comparendo coram arbitro, incidit in pœnam compromissi. Bald.

II. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA. Clementi.

SI contra compromissum aduersarius tuus apud electum arbitrũ præsentiam sui facere detrectauit, placitæ pœnæ videtur obnoxius. PP. VIII. *Kal. Ian. Caro & Carino Conss.*

Aduersus petitionem pœnæ competit exceptio doli, si per dolum vel sordes fuerit arbitratum. Bald.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMI. AA. & CC. Petroniæ.

ARbitrorum ex compromisso sententiæ non obtemperans, si sordes vel euidens gratia eorũ qui arbitrati sunt, intercessit: aduersum filiam tuam agẽtem ex stipulatu, exceptione doli mali vti poteris: sed ex doli mali clausula, quæ compromissi stipulationi subiici solet, filiam tuam conuenire non vetaberis.* PP. III. *Id. Ianua. ipsis* AA. *& Conss.*

*id est cõpromisso. Contius.

Si

ſi compromiſſum fuerit iuratum à partibus & ab arbitro, ex arbitri ſententia condemnatoria oritur actio, ex abſolutoria exceptio. Bald.

IIII. Imp. IVSTINIANVS A. Demoſtheni præfecto prætorio.

NE in arbitris cum ſacramenti religione eligendis periurium cõmittatur, & detur licẽtia perfidis hominibus paſſim definitiones iudicum eludere: ſanctiſſimo arbitrio & huiuſmodi rem cenſemus eſſe componẽdam. Si igitur inter actorem & reum, necnõ ipſum iudicem fuerit conſenſum, vt cum ſacramenti religione lis procedat, & ipſi quidem litigatores [*in ſcriptis**] *hoc ſuis manibus, vel per publicas perſonas* [*ſcripſerint*] *vel apud ipſum arbitrũ in actis propria voce depoſuerint, quòd ſacramentis præſtitis arbiter electus eſt, hoc etiam addito, quòd & ipſe arbiter iuramentum præſtiterit ſuper lite cum omni veritate dirimenda: eius definitionem validam omnimodo cuſtodiri cenſemus, & neque reum neque actorem poſſe diſcedere, ſed tenere omnifariã, quatenus obedire ei compellantur. Sin autem de arbitro quidem nihil tale fuerit vel compoſitum, vel ſcriptum, ipſæ autem partes literis hoc manifeſtauerint, quòd iuramenti nexibus ſe illigauerint, vt arbitri ſententiæ ſtetur: & in præſenti caſu omnimodo definitionem arbitri immutatam ſeruari. literis videlicet eorum ſi-*

*Incluſa deſunt in pler. ſq;.

milem vim obtinentibus: siue ab initio hoc fuerit ab his scriptum, vel præfato modo depositũ dum arbiter eligebatur: siue post definitiuam sentẽtiam hoc scriptum inueniatur, quòd cum sacramenti religione eius audientiam amplexi sunt, vel quòd ea quæ statuta sunt, adimplere iurauerint. Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis vel depositionibus (vt dictum est) manifestum facientibus, præstiterit iuramentum, quòd cum omni veritate liti libramenta imponat: similem esse etiam in præsenti casu prioribus eius definitionem, & eam omnimodo legibus esse vallatam; & in his omnibus casibus liceat vel in factum, vel condictionem ex lege, vel in rem vtilem instituere actionem, secũdum quod facti qualitas postulauerit. Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil tale apparuerit, vna autem pars dicat iuramentum esse præstitum, quatenus arbitrali stetur sentẽtiæ: huiusmodi litigatorum, vel solius arbitri sermones minimè esse credendos: cum & si quis iuramentum datum esse non iudice supposito, nec hoc scriptura partium testante, concesserit: incerti certaminis compositio (quæ inter homines imperitos sæpe accidit) non aliquid vigoris rebus iudicatis inferat, sed in huiusmodi casu hæc obtineãt quæ veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

IN AVTHENT. *de iudicibus.* §. *quia verò multæ.colla.vj.const.x.*

Hodie prohibetur fieri compromissum cùm iuramento: & licet arbiter iuret, si male iudicat, solum à deo punitur. Sal.

Decernit ius nouum, nullum sic fieri posse arbitrum, vt cum sacramẽti religione iudicet, sed pœnam statuat: qua præstita liceat à iudicatis recedere. Si contra hoc iudicatum fuerit: iudex qui male iudicat, si dolo facit, pœnam à deo expectet: si ignorantia, nihil præter sacramentum ei erit, neque litigatores rursus damno afficientur.

Finis authent. Sequitur tex. l. Codicis.

1 ¶ *Si quis autem post arbitri definitionem subscripserit, ἐμμένειν* [a] *vel πληροφορεῖν, vel διδόναι, (Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem vtilius visum est) etsi non adiecerit ὁμολογῶ: & sic omnimodo per actionẽ in factum eum compelli ea facere, quibus consensit. Qualis enim differentia est, si huiusmodi verbis etiam ὁμολογῶ adiiciatur, vel huiuscemodi vocabulum omnino omittatur? Si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, immo magis superuacuà obseruatio ab aula concessit, & nos quidem nuper legibus à nobis scriptis multa vitia stipulationum, multásque ambages, scrupulósque circuitus correximus: cur non & huiusmodi scripturæ totam*

[a] al. ἐμμεῖναι, vel ἐνστῆναι, vel πληροῦν. in meis manus. id est permanere, stare, implere. quam lectionem veram puto.

formidinē veteris iuris amputamus: vt si quis hæc scripserit, vel vnum ex his, acquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere? cum non sit verisimile hæc propter hoc scripsisse, vt tantum non contradicat, sed vt etiam ea impleat, aduersus quæ obuiam ire non potest. Dat. III. Kalend. Nouemb. Decio V. C. Cons.

Per litis contestationem factam coram arbitro, interrumpitur præscriptio. Sal.

v. Idem A. Iuliano P. P.

C*Vm antea sancitū fuerat in arbitris eligēdis, quos neque pœna compromissi vallabat, neque iudex dederat, sed nulla sententiæ præcedente communis electio, vt illorum sententiæ staretur, procreabat: si quidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari: sin autē pro actore calculus poneretur, *nihil ex eo procedere ei præsidij: sancimus in eos arbitros quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit sub eo pacto vel in scriptis, vel non in *scriptis habito, vt eorum definitioni stetur: si quidem subscripserint postquam definitio processerit, quòd non displiceat ambabus partibus eorum sententia: non solum reo exceptionem veluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem, quatenus possit*

*al. proponeretur.

* vel sine scriptis.

sent

sententia eius executioni mandari, in hac quidem regia ciuitate ab officio eminentißima præfectura, vel eius cuius forum pars persequitur fugientis: in prouinciis autem tam per moderatores, quàm per apparitores eorum, vel per iudices, quorum regimen pars pertimescit pulsata. Sin autem post sententiam minime quidem subscripserint [se] arbitri formam amplecti, sed silentio eam roborauerint, & non intra decem dies proximos attestatio missa fuerit vel iudici vel aduersario ab alterutra parte, per quam manifestum fiat definitionem non esse amplectendam: tunc silentio partium sentẽtiam roboratam esse, & fugienti exceptionem, & agenti memoratam actionem competere. Altera autem parte recusante secundum præfatum modum, & implere statuta minime cupiente: nibil fieri præiudicij, * *neque parari vel exceptionem reo, vel actori actionem: exceptis videlicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt secundum nouellam nostri numinis cõstitutionem. Tunc etenim ea omnia seruari oportet, quæ lege nostra super huiusmodi audientia definita sunt: licet* * *non ignoremus Iulij Pauli opinionem, & aliorum certorum prudentium, qui tetigerunt quidem huiusmodi quæstionem quam in præsenti aggredimur, non autem peritißime peregerunt, sed vsque ad quasdam actio-*

* al. præiudiciũ neque pari.

* Licet enim.

nes temporales standum esse existimauerunt. Plenius autem & generaliter definimus conuētum in scriptis apud compromissarium iudicem factum, ita temporis interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. Ad hæc generaliter sancimus, in his quæ apud compromissarios facta sunt, si aliquid in factum respiciens, vel professum est, vel attestatum: posse eo & in ordinariis vti iudiciis. Dat. VI. Kal. Lampadio & Oreste VV.CC. Conss.*

Mulier non potest esse arbiter. Bald.

VI. Idem A. Ioanni PP.

Sancimus mulieres suæ pudicitiæ memores, & operum quæ eis natura permisit, & à quibus eas iussit abstinere, licet summæ atque optimæ opinionis constitutæ in se arbitriū susceperint, vel si fuerint patronæ, etiam si inter libertos suam interposuerint audientiam: ab omni iudiciali agmine separari, vt ex earum electione nulla pœna, nulla pacti exceptio aduersus iustos earum contemptores habeatur. Dat. Kal. Septemb. Constantinopoli, Lampadio & Oreste Conss.

DE SATISDANDO.

TIT. LVII.

Procurator actoris factus apud acta non tenetur satisdare de rato, sed de defendendo. Bart.

I. Impp.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC.

NON est incerti iuris, eum qui apud acta factus est agentis procurator, nõ compelli ratam rem dominum habiturum satisdare. hoc enim casu veluti præsentis procuratorem interuenire intelligendum est. Itaque etsi postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudiciũ quo quasi procurator expertus est, iudex ratũ habere debebit. Sin autem ei ab aduersario suo opposita fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio: etiam ipse quasi absentis in hac parte procurator satisdationem super excipienda lite præstare cogitur. qua non præcedente, lis quæ ei data est, vlterius procedere à iudice non cõceditur. Rei autem procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine iudicatum solui satisdationem in omnibus causis præstare cogitur. Datum VIIII. Kalendas Nouemb. CC. Conss.

DE FORMVLIS* ET IMPETRATIONIBVS ACTIONUM SUBLATIS.

TIT. LVIII.

* aliàs de iuris formulis, & impetratione actionum sublatis.

1. Imp. CONSTANTINVS A. Marcellino præsidi Phœniciæ.

IVRIS *formulæ aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus,* * *radicitus amputentur.* *Dat. x. Kal. Febr. Constantio* III. *& Constante* II. AA. *Conss.*

* a'. auctoritatibus.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Hierio præfecto vrbi.

*NVlli** *prorsus non impetratæ actionis in maiore vel minore iudicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei & proposito negocio competentem eam esse constiterit.* *Datum* x. *Kalendas Maij, Felice & Tauro Conss.*

* c. T. 2. 3. 1.

DE IVREIVRANDO PROPTER CALVMniam dando.

TIT. LIX.

In omnibus causis in quibus necessitas probationum exigitur, petens prius de calumnia iurare tenetur. Salyc.

V. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto prætorio.

IN omnibus causis, siue propter literas fuerit apud te certatum, siue propter instrumenta, siue propter quicquam aliud in quo necessitas probationis incumbit: sancimus non aliter easdem probationes præstare compelli, nisi prius qui eas exposcit, iuramentum de calumnia

præstit

præstiterit, quòd non causa differendi huiusmodi proposuit allegationes. Nam sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescitur. Ne autem perperam in quæstionem seruorum quidam venientes, sui animi crudelitatem exerceant: non aliter concedi eis qui quæstionem seruorum exposcunt, ad hoc venire, vel à iudicibus audiri, nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant, quòd non odio seruorum, vel propter offensas coheredum ad hoc venerunt: sed quia aliter rerum hereditariarum veritatem exquirere vel ostendere non possunt. Datum XII. *Kalendas Octob. Constantinop. Decio* V. C. *Cons.*

IN AVTHEN. *de his qui ingre. ad ap. §. fi. coll.* V *. constit.* XJ.

HOc sacramentum hodie remittitur: cum in initio iuret nihil se calumniose in toto negocio exigere.

Litigantes & patroni causarum debent iurare de calumnia: & si debentes iurare, ad iudicem venire non possunt, vel non decet eos venire, debet ad eos mitti. Bald.

II. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm [&] iudices non aliter causas dirimere concesserimus, * *nisi sacrosanctis euangeliis propositis, & patronos causarum in omni orbe terrarum, qui Romano imperio suppositus est, prius iurare, & ita perferre causas disposuerimus: necessarium duximus præsen-*

* al. cócessimus.

tem legem ponere, per quam sancimus in omnibus litibus quæ fuerint post præsentem legem inchoatæ, nō aliter neq; actorē neq; fugientem in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem & respōsionem, antequā vtriusque partis aduocati sacramentum legitimum præstent, ipsæ principales personæ subeant iusiurandum, & actor quidem iuret non calumniandi animo litem se mouisse, sed existimando bonam causam habere: reus autem non aliter suis allegationibus vtatur, nisi prius & ipse iurauerit, quòd putans se bona instantia vti, ad reluctādū peruenerit: & postea vtriusque partis viros disertissimos aduocatos (secundum quod iam dispositum est à nobis) iuramentum præstare, sacrosanctis videlicet euangeliis ante iudicem positis.

Græco more dicit, φεύγοντα. Id est litem contestatam. ἐνστάσει, quo verbo Aeschines cōtra Ctesiphōtē vtitur in eadem [illegible]ficatione.

IN AVTHEN. de his qui ingred. ad appel. §. fi. col. v. constit. XI.

IN isto iuramento adijciendum est, nullam in tota lite exacturum probationem, nisi quam pro veritate putat quis necessario esse exhibendam: ne sæpius iuretur in causa.

IN AVTHEN. vt litigantes iurent. §. j. col. ix. const. v.

PRincipales personæ, vel illæ ad quas negocium in medio migrauerit, corā iudicibus iurent, quòd nihil penitus causa patrocinij

iud

iudicibus vel alij cuicunque personæ pro hac causa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt, vel per se, vel per aliam mediam personam: exceptis his quæ propriis aduocatis pro patrocinio præstant, aliisque personis quibus nostræ leges dari disponunt. Sed si in sacro consistorio lites vel cōsultationes intromittantur: sub præsentia sacri senatus prædictū iusiurandum præstetur. Sed si qui litigantium ad iudicem venire nequeunt: prædictum iusiurandum præstent coram officiis ab administrantibus directis ad eos cum aduersa parte. Mulier honestæ vitæ absente aduersario iuret coram officialibus. Sed si partes in aliis locis abesse contingat, vel vna earum absens fuerit: iuret sub gestis monumentorum apud iudicem prouinciæ, vel apud defensorem locorum. Si quis autem litigantium prædictum iusiurandum præstare noluerit: per sententiam iudicis actor casum actionis, reus condemnationem sustineat. Tutores & curatores in causis quas agunt, prædictum iusiurandum præstabunt.

Finis authenticæ. Sequitur textus l. C.

1 ¶ *Sin autem vel dignitas vel sexus personæ non concesserit eam ad iudicem peruenire: in domo litigatoris sacramentum procedere, altera videlicet parte vel procuratore eius præsente.*

Ad

Administratores legitimi debent iurare de calumnia secundum credulitatem eorum, aliis iuramentis firmis rem inentibus. Salyc.

¶ *Quod obseruari oportet & si tutores vel curatores vel aliæ quædam sint personæ, quæ administrationem alienarum rerum auctoritate legitima gerunt. Conuenit enim & ipsos iureiurando affici: quia ipsi causam scientes, ita ad eam perueniunt. neque enim pupillus, neque adultus, vel aliæ huiusmodi personæ, sed ipsi qui pro eis tutelam vel curam vel aliam legitimam gerunt administrationem, scire possunt causam, & ita ad iudicium peruenire, eo quòd ex animi sui scientia* iurët. Et licet vera causæ natura alia forsitan est: tamen quod quisque credit & existimat, hoc est iurãdum. Omnibus aliis iuramentis, quæ vel ex præteritis descendunt legibus, vel à nobis disposita sunt, in sua firmitate duraturis.* 2

*In vete. plerisque legitur, sentẽtia. rectiùs. hęc enim erat vetus iurandi forma, vt & apud Athenienses, auctore Polluce, συγγνώμη ἀπεκαλεῖτο. Cont.

Quando causa per procuratorem agitatur, siue ex parte actoris, siue rei, principalis debet de calumnia iurare Salyc.

¶ *Sin autem absuerit alterutra pars, & per procuratorem causa eius agitetur: non antè licentiam habeat actor litem exercendam suo procuratori mandare, nisi prius actis interuenientibus in prouincia in qua degit, sacramentum calũniæ subeat. Similiq; modo si reus absuerit, & forsitan per iudicatũ solui stipulationem procuratorem ordinauerit, vel defensor* 3

pro

pro eo interuenerit: & ipse vel præsente actore per se, vel per instructum procuratorem, vel etiam absente eo (si hoc iudex perspexerit) inter acta iuramentum præstet, quod reum dare antea dispositum est.

Sacramentum calumniæ non potest à partibus remitti. Bald.

4 ¶ *Sed quia veremur ne forsitan quidam collusione aliqua vtentes,* * *remittere videantur inter se huiusmodi sacramentum, & ex prædicta dissimulatione nostram sanctionem deludant: sancimus, omnes iudices, licet ex compromisso cognoscant, vigorem suum exercentes (quia non pro commodo priuatorum, sed pro communi vtilitate præsentem legem posuimus) minime pati tale sacramentũ remitti, sed omnimodo hoc & ab actore & à fugiente exigi: ne paulatim videatur huiusmodi res defraudari, & sacramentum vel principalium personarum vel aduocatorum ex quacunque parte mutilari.*

* abutentes.

Qui propter dubium mandati est admissus cum cautione rati, non releuatur quin principalem suum debeat facere iurare de calumnia intra tempus à iudice statuendũ.

5 ¶ *Hoc etiam huic legi addendum esse censemus,* * *vt si quis pro alio litem mouere voluerit, & nullo mandato prolato, sed per fideiussionem ratam rem dominum habiturum, suam personam firmauerit: ne vel ex hac machinatione*

* sancimus.

tione lex circunscribi videatur: sancimus, si quid tale in posterum emerserit (siue pro vna persona quis litẽ mouere voluerit, siue pro aliquo corpore, vel vico, vel alia vniuersitate) fideiußionem quidẽ solitam præstare, litem autem vlterius minime procedere, nisi intra [a] *à iudice statuẽdum tempus faciat personas principales sacramentum subire, vel præsente aduersario (si hoc maluerit) vel alio pro eo agente, vel penitus altera parte cessante, inter acta apud defensorẽ locorũ huiusmodi sacramẽtum calũniæ, vel ab ipso pro quo agitur, vel à plurima parte vel idonea vniuersitatis procedat.*

[a] al. nisi iudices intra statuendum tẽpus faciãt principales personas sacra. &c.

Si actor non vult iurare de calumnia, cadit ab actione: reus vero nolens iurare, habetur pro confesso. Bald.

¶ *Quòd si actor noluerit sacramentum calumniæ subire, & hoc legitimè fuerit approbatum: nõ liceat ei penitus ad litem peruenire, sed cadat ab instituta actione quasi improbus litigator, & tristitia iudicum ei cum summa interminatione occurrat, & à iudicio eũ quàm longißime expellat. Sin autem reus hoc sacramentum subire recusauerit: in his capitulis quæ narratione comprehensa sunt, pro confesso habeatur: & liceat iudici sententiam proferre, quemadmodum ei ipsa rei qualitas suggesserit. Sic enim non lites solum, sed etiã calumniatores minuentur: sic pro iudiciis putabunt sese* 6

hom-

homines in sacrariis sisti. Si enim & ipsæ principales litigantium partes per iuramentũ lites exerceant, & causarum patroni præbeant sacramentum, & ipsi iudices propositis sacrosanctis scripturis tam causæ totius faciant examinationem, quàm suum proferant arbitrium: quid aliud nisi pro hominibus deum in omnibus causis iudicem esse credendum est? Antiqua itaq; calumnia * *quiescente, & eius ambagibus, cõstitutio nostra dilucida & compendiosa in terris clareat omnibus, & sit maximum dirimendarum causarum remedium.*

*Id est calumniæ actione. Instit. de pœna teme. litig. §. vtriusque.

In litibus post hanc legem mouendis, hoc sacramentum debet præstari in primordio litis. Salyc.

7 ¶ *Sed prædictum sacramentum in litibus quidem quæ necdum sunt inchoatæ, præstari volumus in ipso litis primordio. Sin autẽ causæ adhuc pendẽtes inueniãtur: vel post litẽ contestatã, & post solitas iudiciales cautelas iam præstitas, si quidem præsto fuerit vtraq; persona, & in eadem ciuitate vel in territorio eius moratur: & in his litibus sacramentũ locum habere, & in primo post hanc legem ingressu eum compelli iusiurãdum præstare. Sin autem vna pars absfuerit: ne videatur propter absentiam personæ lis differri, & aliquod contrariũ eueniat nostro proposito, & quod pro cõpendio litium introductum est, protinus hoc in aduer-*

sariam

sariam figuram transformetur: iubemus præsentem quidem personam omnimodo dare sacramentum, absenti autem in pendẽtibus duntaxat litibus (secundum quod prædictum est) hoc concedi. Sin autem vtraque principalis persona absuerit: ne diutius lites protelentur, etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite. PP. IIII. *Kalen. August. Iustiniano* A. IIII. *& Paulino* V. C. *Conss.*

***